Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

STANFORD
UNIVERSITY
LIBRARIES

JOANNIS BUXTORFII P.

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM.

DENUO EDIDIT ET ANNOTATIS AUXIT

BERNARDUS FISCHERUS
DR. PHILOSOPHIAE ET THEOLOGUS HEBRAEUS.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI,
ASHER & Co.
13. Bedford Str. W.C.

LIPSIAE,
IMPENSIS MAURITII SCHAEFER.

PHILADELPHIAE,
E. SCHAEFER & KORADI.
S. W. cor. 4 th. & Wood Str.

MDCCCLXXV.

Buxtorf, J.
II

JOANNIS BUXTORFII P.

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM

IN QUO

OMNES VOCES CHALDAICAE TALMUDICAE ET RABBINICAE,

QUOTQUOT IN UNIVERSIS VET. TEST. PARAPHRASIBUS CHALDAICIS, IN UTROQUE TALMUDE, BABYLONICO ET HIEROSOLYMITANO, IN VULGARIBUS ET SECRETIORIBUS HEBRAEORUM SCRIPTORIBUS COMMENTATORIBUS PHILOSOPHIS THEOLOGIS CABBALISTIS ET JURECONSULTIS EXTANT, FIDELITER EXPLICANTUR,

ET COPIA AC DELECTU EXEMPLORUM TARGUMICORUM TALMUDICORUM ET RABBINICORUM ELEGANTER DECLARANTUR;

PASSIM ETIAM SUIS LOCIS HEBRAEORUM ET CHALDAEORUM PROVERBIA, APOPHTHEGMATA SENTENTIAE RITUS ALIAQUE AD SACRAM HANC PHILOLOGIAM PERTINENTIA EX PROPRIIS IPSORUM LIBRIS PRODUCUNTUR ET EXPLANANTUR;

QUAM PLURIMA DENIQUE VET. ET NOV. TEST. LOCA EX ANTIQUITATE ET HISTORIA HEBRAICA NOVE EXPONUNTUR ET ILLUSTRANTUR,

UT NON SOLUM VULGARIS LEXICI, SED AMPLISSIMI ET INSTRUCTISSIMI THESAURI PHILOLOGICI LOCO ESSE POSSIT;

OPUS XXX. ANNORUM,

NUNC DEMUM POST PATRIS OBITUM EX IPSIUS AUTOGRAPHO FIDELITER DESCRIPTUM IN ORDINEM AEQUABILEM DIGESTUM, ET MULTIS PROPRIIS OBSERVATIONIBUS PASSIM LOCUPLETATUM REIPUBLICAEQUE CHRISTIANAE BONO IN LUCEM EDITUM

A

JOANNE BUXTORFIO FILIO
LING. HEBR. IN ACAD. BAS. PROF. ORD.

DENUO EDIDIT ET ANNOTATIS AUXIT

BERNARDUS FISCHERUS
DR. PHILOSOPHIAE ET THEOLOGUS HEBRAEUS.

KEREN HAJESOD

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE.
IMPENSIS MAURITII SCHAEFERI.
MDCCCLXXV.

PJ5205
B8
1875
v.1

JOS. SCALIGER.

Si quem dura manet sententia judicis olim,
  Damnatum aerumnis suppliciisque caput:
Hunc neque fabrili lassent ergastula massa,
  Nec rigidas vexent fossa metalla manus:
Lexica contexat: nam caetera quid moror? Omnes
  Poenarum facies hic labor unus habet.

TYPIS C. W. VOLLRATHII, LIPSIENSIS.

JOANNIS BUXTORFII

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM.

EDIDIT

BERNARDUS FISCHERUS.

VIRO

DOCTRINAE COPIA AC MORUM HONESTATE PRAESIGNI

JACOBO MAUTNERO

BELFASTINO ÍRO

HOC OPUS

UT PIETATIS ET GRATI ANIMI

MONUMENTUM ESSET

DEDICAVIT

EDITOR.

JACOBO MAUTNERO

S. D.

BERNARDUS FISCHERUS.

Noli succensere, Vir amicissime, amico Te hac salutatione ab arvis Britaniae laetis artiumque insignibus florentibus vocanti ad ripas Euphratis lugubres ruinasque temporum praeteritorum. Nec vero refugies ab illis monumentis nostros animos mire permoventibus. Quid quod necessitudo quaedam est et similitudo hujus ruinis oppletae regionis orientalis et patriae Tuae Britaniae? Nam illic sunt incunabula, illic primordia earum artium, per quas excultus est animus humanus, et in quarum favore triumphat nunc vestra Britania. Contemplare igitur mecum aedificium illud vetustum „regali situ Pyramidum altius", quod tristium quidem fatorum nobis memoriam revocat, quod multae nunc obumbrant tenebrae, quod profanorum hominum oculi formidant atque fugiunt. At Tuae acies mentis, revulsis nebulis, perspicit illas tenebras probeque agnoscit splendorem antiquitatis per ipsas saeculorum sordes tamquam fulgor adamantis perlucentis. Pateris Tu detergere me situm monumenta illa obsidentem, gaudes ostendi Tibi imaginem restauratam ingeniorum redivivorum et quasi revocatorum ex sepulcris.

Quid quod Tu Ipse in urbe Tua patria Germanica sepulcris defunctorum honestum locum consecravisti Tuis sumptibus idque sepulcretum tanto apparatu dotasti et exornasti, ut haec, quae Tu ob hoc sepulcretum expendisti, divitem reddere possent hominem, qui erat egenus? Monumentum hac pietate Tibi illic erexisti, ubi regnat silentium, unde reformidant homines de plebe, cujus nomen ipsum audire mors est mortalibus voluptati et corpori deditis. At tale monumentum loquitur voce clariore quam tubae et buccinae illorum, qui vulgo placere cupiunt captantque auram popularem vagam et inconstantem. Illic, in illo agro, Tu sparsisti semina virtutum Tuarum: et quemadmodum animi ipsi occulto adscendunt ad immortalitatem, ita factorum Tuorum semina ap eandem immortalitatem efflorescunt, flores nulli perniciei obnoxii.

Tu pro Tuo amore litterarum accede nobiscum ad veterem illam fabricam litterarum sacrarum. Nec vero nunc quidem aegre feras, quod iterum — ut feci in monumento illo in Tuum honorem exstructo — appello Te virum generosum atque cordatum. Nam es mihi fautor generosus, fautor cordatus. Beneficiis autem Tuis cumulum hac re adde, ut pro beneficiis Tuis publice sinas me Tibi agere gratias.

Opus, quod Tibi offero, ejusmodi est, ut sumptu magno paretur a Schaefero bibliopola, sed a paucis tantummodo hominibus ematur. At tantum est studium litterarum in bibliopola honestissimo ut nihilo minus tradi prelis opus velit. Ego vero non potuissem huic operi absolvendo invigilare, nisi animus Tuus generosus ita meis rebus domesticis providisset, ut esset meus animus solutus a cura mordaci alendae familiae meae. Tu quum hac tua plane singulari liberalitate me juveris, gratiam inisti ab litteris, si ego ope Tua aliquid profeci, quod utile esset litteris.

O utinam essem pictor, qui arte Apellea describere possem animum Tuum ingenuum, pectus Tuum amabile, mores Tuos sinceros! Haec mea imago referret virtutis solidae speculum! Vocis una mihi data dos est. Hac utar ut agam Tibi gratias, ut publice illud profitear, quod ait Horatius

„Totum muneris hoc Tui est
Quod spiro et — scribo."

Vale et me, ut amas, ama.

Scripsi Lipsiae a. d. XVIII. Cal. Oct. anni MDCCCLXVIII.

KEREM HAJESOD

PRAEFATIO EDITORIS.

Libri, qui Talmudis nomine comprehenduntur, quomodo orti sint et quo tempore compositi, in ipso lexico p. 68. not. 169. exposuimus. Jam reliquum est, ut nonnulla dicamus de argumento Talmudis atque mentionem faciamus eorum virorum, qui imprimis de eo meriti sunt, quibusque solis fere omnem ejus debemus intelligentiam. Sed cum Talmud ipse maxima e parte in litteris sacris nitatur, consentaneum videtur esse demonstrare, quae ratio intercedat inter illum et libros sacros. Atque quod attinet ad hanc utrorumque librorum inter se rationem, confitendum primum est Talmude explicari et illustrari libros sacros illiusque auctores id maxime egisse, ut ipsorum disciplinam congruentem esse divinis litteris demonstrarent, praeterea autem, ut unius Dei cultum per illas traditum philosophorum disciplinis comprobarent ac communirent. Temporibus vero vitaeque generibus immutatis fieri non potuit, quin litteris sacris novae sensim sententiae subjicirentur, quae a nativa simplicique illarum natura atque indole abhorrerent. Ita factum est, ut singula verba integrarum sententiarum loco haberentur et unumquodque enuntiatum pro graviter acuteque dicto praedicaretur. Quid? quod etiam nova praecepta, quae reliquos fugissent, in libris illis divinis repperisse sibi visi sunt Talmudis auctores. Non est igitur, quod miremur non pauca hoc modo prolata esse veritati et simplicitati repugnantia. Sed utcumque hoc est, concedere sane debemus multo plura recte et subtiliter ab iis tractata esse, quae ad libros sacros melius intelligendos valeant satis multum. Quod quidem etiam nostrae aetatis viris doctis concedendum est, modo dignum sua opera laboreque censeant Talmudem cognoscere, antequam illum dent quasi mortis saltum, quo his libris prorsus neglectis vix e scholis academicis profecti accinguntur ad interpretandas litteras sacras, quas nisi vocalibus interjectis saepe ne legere quidem possunt. Namque ut omittam, quae ad Judaeorum leges et instituta pertinent, continentur Talmude permultae res ad historiam maxime et antiquitates eorum spectantes, quae ad litteras divinas ipsas recte intelligendas ot interpretandas vel plurimum faciant. Etenim cave putes Talmudicos in illis explicandis non adhibuisse judicium, immo vero critica demum ratione subducta illorum librorum divinam originem agnoscebant. Quid? Talmudicorum de vita atque humanitate sententiae hauquaquam inferiores sunt quam eorum, qui nostra memoria litteras sacras ne dicam explicarunt, sed degustarunt. Nam cum hi plerumque suae quisque fidei soli aeternam felicitatem vindicent, Talmudici discrimine omni hominum sublato unumquemque illam assequi posse perhibent, dummodo sincere, caste, integre, denique pie vitam transierit, nec dicere dubitant librorum divinorum leges ac praecepta eo dumtaxat consilio data esse, ut ad veram illam humanitatem mortales perducantur. Quin etiam longius procedit Ben Asai, cum dicat litteras divinas nihil aliud velle nisi ut in hominibus naturae ipsorum conscientiam excitent eosque sic instituant, ut se ipsi agnoscant a Deo procreatos divinaeque naturae consimiles.

Sed ne quis credat hoc de ratione inter litteras sacras et Talmudem intercedente judicium ex opinione quadam praesumpta pravaque proficisci, haud ab re duxi hoc loco paulo copiosius persequi meam de litteris sacris sententiam maxima ex parte in Talmude nitentem, quo hujus ipsius natura atque indoles in clariore collocetur lumine, praesertim cum ita apparere confidam, quam vanae sint quaedam recentiorum criticorum his de rebus quaestiones.

Tantum abest, ut Moses universum mundum vix tria millia annorum exstitisse omnesque homines ab uno homine procreatos esse nobis persuadere voluerit, ut ne originem quidem et historiam omnium populorum esset compositurus. Hoc unum Genesis auctor sibi proposuerat, ut historiam antiquissimam earum terrarum adumbraret, quae circum Euphratem fluvium sitae sunt, idque sic, ut simul morum praecepta gravissima insereret, quibus potissimum sui populi indolem et vivendi rationem contra reliquos Asiae populos, maxime Indos, tueretur. Haud incredibile est in diversis Asiae regionibus aut iisdem aut diversis temporibus circum aequinoctialem circulum animalia atque homines procreatos esse, sed illi quidem homines, qui primi auctore Mose fuerunt, in India exstitisse videntur; namque

hortus ille Eden nomine, quem eorum domicilium fuisse narrat, in montanis Indiae regionibus[1]) fuisse putandus est, haud scio an in monte Mero, ex quo Ganges, Brahmaputra aliaque illius terrae flumina initium capiunt, quem etiamnunc Indi domicilium deorum sedemque animorum defunctorum esse arbitrantur. Illic maxime videntur homines memores fuisse se pari ortu esse atque pecora, scilicet e terra ipsa natos, quare factum est, ut in illis regionibus carnem animantium comedere adhuc verecundentur propterea quod vita privare ea, quae pari essent origine atque ipsi, nefas ducant. Hanc de pari hominum bestiarumque origine opinionem cum Moses, quod quidem ad corpus hominis attinet, omnino evellere non posset, in suam ipse disciplinam recepit, sic tamen, ut adjiceret hominem ab ipso primordio iccirco creatum esse, ut imperium teneret in in pisces maris, in aves coeli, denique in omnia pecora superiorque esset ceteris animalibus. Atque hac ipsa de causa etiamsi ex humo hominem a Deo confectum esse concedit, tamen non verbo hoc factum, ut in ceteris animalibus dicit, sed ipsius Dei manu honem formatum animaque divina inspirata animatum tradit. Ac praeterea sexto, i, e. ultimo die eum creatum esse docet, ut tamquam culmen et summum gradum rerum omnium comprobet. Nec vero dubitat hominem acque ac bestias vocare נפש חיה, i. e. animal spiritu animatum (voce enim נפש, quae inter animi nomina infimum locum tenet, modo intelligenda est vita animalis, quae de antiquorum sententia sanguine constat). Animaduertas autem, quomodo Moses hac voce utatur, prout de homine aut de bestiis loquitur. Atque de bestiis quidem dicit תוצא הארץ נפש חיה, i. e. procreet terra naturam, quae per illam נפש, per vitam animalem videlicet חיה reddatur, i. e. sibi conscia, patibilis. Verum de homine: Deus, inquit, in ejus nasum spiritum inhalavit itaque factus est homo נפש חיה, i. e. posteaquam natura divina jam inerat in eo, factus est natura animalis, animali praedita sensu. Quorum verborum vis ac voluntas haec fere est: Bestiae vita animali ad conscientiam excitatae sunt nec aliud quidquam est illa vita nisi vox quaedam sensuum, quibus morte exstinctis ipsa quoque vita exstinguitur, ideoque mortales sunt bestiae. Contra homo ad vitam animalem excitatur per illam, quae jam in eo inest, vitam divinam (נשמת חיים), quae etiam privata sensibus post mortem exstare et permanere potest.[2]) Primum autem omnium Moses ait hominem bestias spectasse discrevisseque in species et genera. Quod dum facit, opus erat cogitatione rationeque adhibenda, qua ipsa ratione, cum in mulieris societatem venisset, cognovit se esse איש[3]), i. e. omnium rerum quasi naturam, οὐσίαν, quamobrem se ipse איש vocat feminamque ex ipso natam אישה.

[1]) Hoc, ut puto, arcanum est, quod aetatem suam celare equum censuit Aben Ezra, cujus verba ad illlud ויטע ד' אלהים גן בעדן מקדם וישם שם את האדם אשר יצר (Gen. 2, 8) haec sunt: וה"א יש לו סור גם נמצא ושבט המנשה האדונה i. e. *et He* (demonstrativum ante nomen proprium) *obtinet arcanum. Etiam invenitur* שבט המנשה האדונה, h. e. He demonstr. ante nom. propr. stirpis est ad orientem habitantis (מקדם). Ex quibus perobscuris verbis Aben Ezrae facile videre potes, nomen Adami ab eo minime nom. propr. unius viri, sed totius stirpis haberi, quam sententiam indicare magis quam pronuntiare voluit, timens ne a sua aetate haereticus haberetur. Exstant etiam aliae explicationes hujus loci Aben Ezrae: ex iis vero, quod verba sua non ad versum praecedentem (ubi bis nomen אדם cum articulo demonstr. legitur) sed, ad versum sequentem refert, facile videndum, ab eo non solum articuli demonstr., sed potius vocis מקדם rationem haberi.

[2]) Tali modo Moses: *vos*, inquit, *filii estis domini Dei vestri* בנים אתם לה' אלהיכם (Deut. 14, 1.) i. e. vobis, veluti filiis indoles paterna, natura inest divina indeque immortalis; quare לא תתגודדו ולא תשימו קרחה בין עיניכם למת opus non est, *ut vos incidatis aut calvitum faciatis super mortuo.* Spes enim immortalitatis haud recentior est, quam quaepiam alia in corde humana agitata spes, et haec tam vetus, quam ipse homo; minimeque credi potest eam ab optatis humanis unquam alienam fuisse aut omnino Mosem latuisse. Vide etiam notam sequentem.

[3]) Hinc איש איש (non גבר גבר, אנוש אנוש etc.) οὐσία quaelibet, quidquid per se *exstans*, individuum quodvis, sive est animal (Joel. 2, 7.) sive angelus, qui, ut s. v. אופן arguimus, οὐσία naturae est; aeque ac אישי המין, quo philosophi uti solent pro *speciebus*, *inviduis* cujusdam generis, quae sc. *essentia* generis sunt. Item: איש חסד איש מלחמה וכו', איש מדון, inviduum, cujus essentia bellum, lis, pietas est i. e. bellator, contentiosus, pius etc.; cave autem dicas גבר מלחמה, אנוש חסד, אדם מדון. Cf. praeter haec illa, quae ad vocem אנוש, אית et הל scripsimus, ex quibus videre potes voci איש significationem inesse *exstandi per se* contrariam atque illam a recentioribus lexicographis huic voci subditae significationem. Etenim, si ita dicere licet, furore quodam arabico capti recentiores lexicocraphi ullam pertimescunt apponere significationem vocabulo cuipiam hebraicae, quam ad etymon quoddam arabicum referre non possunt. Itaque ad ar. verbum أنس *societatem inivit, familiariter vixit* respicientes recentiores lexicographi vocem איש (quae primum obtinet locum inter voces אנוש, גבר, אדם) *hominem* denotare dicunt *societatem ineuntem*, *familiariter viventem*, ζῷον πολιτικόν. Nugae! Nam ut ipsum usum hebraicum negligamus, qui huic etymologiae magnopere obstat, illa ar. significatio verbi أنس valde est suspecta. Itaque negari nequit radici أنس cui in ar. lingua notio inest *familiariter vivendi, societatis ineundae*, eandem esse radicem atque אנש, quae in Hebr. Chald. et Syriaco *debilem*, *fragilem esse* (gr. νοσ-έω) *malis obnoxium* denotat, neque restat, nisi ut, utra significatio primitiva atque utra earum derivata sit, deliberemus. Fieri autem poterat, ut prisci propter *debilitatem fragileque corpus*, quo tutiores essent adversus impetus ferarum, se in urbes congregarent i. e. *societatem inirent familiariterque vivernt*, quod nihil aliud est quam si significationem arabicam

Posteaquam ita quantum praestaret homo ceteris animalibus exposuit Moses, virtutes ejus exemplis ex vita ipsa repetitis comprobare vulgaremque illam Indicam de homine opinionem imagine quadam horribili impugnare studet. Jam terra ortum αὐτόχθονα Adamum — ita enim vocat illum primum hominem in India natum — duos habuisse filios scriptum videmus in Genesi, Cainum et Abelium, quorum uterque Deo esset sacrificaturus. Tum majorem natu, qui de opinionibus ipsi innatis victimam immolare nefas haberet, fruge Deum coluisse; contra minorem, qui ab illa opinione de animalibus non caedendis jam abalienatus esset, nefas non duxisse victimam immolare ad placandum Deum. Sacrificio autem non litante desperatione adductum Cainum erraticam vitam degisse (נע ונד) adeoque a pristina animi sententia discessisse, ut etiam fratri manum inferret. Quo facto ad orientem versus eum profugisse, cujus incolae ab hoc potissimum originem ducant, cum incolae earum terrarum, quae ad occidentem vergant, a Setho, minimo Adami filio, i. e. a populis posthac in India habitantibus , procreati sint. Recte igitur ait Ben Asai ad Genesis c. V. v. 1., ubi sermo est de similitudine hominis cum Deo Sethusque solus Adami progenies commemoratur, hoc uno loco summam litterarum divinarum voluntatem et consilium contineri; namque illis id unum agi, ut hominis praeter cetera animalia praestantia ac dignitas probetur. Praeterea vero scriptor historiam terrarum circum Euphratem sitarum conscribere voluit, quarum incolae Sethi progenies esse dicuntur.[4])

Ut Genesi Indica vivendi cogitandique ratio, ita Exodo et Levitico Aegyptiaca, Numeris et Deuteronomio, cum Hebrae jam terram Canaan ingressuri fuerint, Canaitica impugnatur. — Jam cum Moses ejusque successores sibi proposuissent, ut Indorum, Aegyptiorum, Canaiticorum rationem ac religionem impugnarent, Prophetarum fuit oppugnare religionem finitimorum Phoenicum, denique Talmudici id egerunt, ut contra Bactrianos, quorum religionem et mores intra captivitatem Judaei cognoverant, ipsorum religionem ac doctrinam a majoribus traditam defenderent. Cumque praeterea Legi Prophetisque interpretandis operam darent, Talmud quidam quasi thesaurus est paene inexhaustus Hebraeorum linguae, cultus, antiquitatum. Sed ut populi Judaici tempestates causa fuerunt Talmudis conscribendi et colligendi, ita omnes illius vicissitudines fortunae ipse quoque subiit. Summum florem in ipsa patria terra, Babylonia, assecutus est aetate eorum rectorum, qui Gaonim vo-

---

societatem inivit notione ductam esse a propria significatione hebr. verbi אנש *debilem, fragilem esse* dicas; minimeque contendi queat vocem hebr. איש neglecta propria significatione a voce ar. originem trahere. Plura de ea re agemus in synonymia hebraica, quam Deo juvante brevi edituri sumus.

[4]) Copiosius de ea re s. v. נבט agemus. Hic interea notare licet: Maimonides in describendo libro *de agricultura* (עבודה הנבטית, עבודת האכרים, الفلاحة النبطية apud Arabes) multa refert de vi vitali, quam ethnicae gentes arboribus adscripserunt. Ita quidem in eo libro narrari tradit de arbore quadam, quae in India proveniat, cujus radicibus forma sit humana voxque humana, ramis vero tantam inesse vim vitalem, ut, in terram eos si quis jaciat, serpentes ex iis evadant atque reptilia. Itidem teste Maimonide in eo libro de arbore quadam narratur mirifica, quam Adamus primus (cui, ut dicunt, fuerunt parentes) e regione solari prope Indiam sita (מאקלים אלשמם הקרוז להודו) in Babyloniam migrans secum tulit. Pergit idem auctor scribere gentem religioni in illo libro traditae deditam maximam aliquando fuisse omnium his temporibus gentium. Hanc igitur theologiam ethnicam ab Indis maxime traditam atque cultam ut ex animis hominum suae aetatis evelleret, jam pridem unicum fuisse dicit Abrahami nixum, et post eum Mosis, qui omnes institutiones ad evellendas tantum doctrinas illas noxias constituerit. (Vide eum in libro More, pars III. c. 29. 30. et 37.) Haec Maimonides, cujus verba non solum sententiam nostram hic expositam confirmant, sed etiam scrupulum nobis eximunt, cur in S. s. mentio non fiat de animi immortalitate. Quin etiam omnia fere a Mose proposita virtutis pretia ad hujus tantum vitae beatitudinem spectant. Nimirum maxime necessaria ab antiquissimis hominibus illa tantum remedia quaesita sunt, quae ad confirmandam augendamque bonam conditionem terrenam, uti sunt ubertas frumenti, conferrent. Fuerunt vero illa in libro de agricultura hominibus commendata remedia nil nisi superstitio, stultitia et idololatria, in quarum locum Moses intelligentiam, claram humanam mentem atque cultum unius tantum Dei supposuit; quasi dicere vellet Israelitis: vos praesidia si quaeritis ad suppeditandas res nessarias, minime in illis vanis, sed in colenda veritate ea reperietis. Praeter haec apud Maimonidem inventa argumento mihi sunt, quae de Janne et Jambre (Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς II. ad Thimoth. 3, 8. et Plin 30, 1.) in Talmude, Midraschim et Jonathane (Menach. 85a, Zohar et Jon. ad Num. 22, 22. Midr. Tanchuma s. כי תשא, et multis aliis locis quos vide in lexico, s. v. יוחנא) leguntur. Quarum narrationum vim potestatemque si recte intelligere vis, nihil est nisi Jannem et Jambrem auctores cujusdam libri magici fuisse dicas, id quod jam pridem recte observaverunt Hilarius (Ambros. 2 Timoth. 3, 8.) et Origenes (Tract. 35 in Matth.). His adde illam apud Nabbataeos (qui cultui in libro de agricultura maxime sunt dediti) vigentem fabulam de יגבושאר praeceptore Adami primi (Cusari l. 1. p. 60.). Quibus omnibus comparatis non improbabile videtur nomen יגבושאר idem esse per metathesin ac יגברום, ita ut idem magus, cujus disciplinae theologicae Judaei in Aegypto et deserto maxime indulgebant, idem sit atque יגבושאר, qui a Nabbataeis magister Adami habetur, i. e. auctor libri de agricultura, confirmarique possit sententia mea, secundum quam temporibus Mosis Indicam apud Hebraeos praevaluisse theologiam, quam eradicare unicum fuisse studium S. s.

cantur. Postea quoque, ubi in Africam, Hispaniam, Italiam Judaei transmigraverunt, Talmudica studia admodum viguerunt. Sed ex quo Aristotelis imprimis philosophia apud Arabes tractari coepta est atque grammaticae studia ad summum floris fastigium pervenerunt, magis magisque a Talmude tractando viri docti abhorruerunt. Nec minus Judaeorum doctorum in Italia viventium ingenia animique tenebantur nova illa et Platonica et Pythagorica philosophia, qua adducti Cabbalam composuerunt, qua illas philosophiae disciplinas partim, quoad quidem fieri posset, cum ipsorum doctrina ac religione consociarent, partim easdem refutarent; Talmud autem in utramque partem auxilio advocatus est. Verum tali modo multo plus detrimenti quam incrementi ortum est studiis Talmudicis, si quidem ad cujusvis generis somnia praestigiasque, quibus tum dediti erant Judaei, Talmudis quoque auctoritas adhibebatur. Maximum vero detrimentum cepit, ubi ex Hispania et Italia in Galliam, Germaniam ceterasque Europae partes translatus est. Atque hic quidem jam inde a saeculo duodecimo p. Chr. n. usque ad nostram aetatem propter Judaeorum illiberalitatem et inscientiam haec studia neglecta jacuerunt. Etenim alii somnia sua opinionumque commenta in illis libris reperire sibi videbantur, etiamsi a propria nativaque verborum vi ac potestate essent alienissima, eaque tantum ex iis arripuerunt, quae ad aeternam beatitatem adipiscendam opus esse censerent; alii ignoratione moti nihil nisi hujuscemodi somnia in Talmude inesse existimabant. Quae cum ita essent, in meridionali Gallia saeculo duodecimo homines quidam religionis et litterarum studiosi conspiraverunt, qui nomine בעלי תוספות, i. e. glossatores Talmudici appellati sunt, iidemque praeclare de Talmude meriti.[5]) Quoniam autem Judaei illis temporibus ab omni vitae societate exclusi essent vehementerque vexarentur, glossatores illi lingua, philosophia, antiquitatibus omnino neglectis et fere pro nihilo habitis eas potissimum Talmudis partes respiciebant, quibus Dei auxilium impetrare se posse confiderent, ad caerimonias nimirum ritumque spectantes. Ea horum studiorum condicio ad nostrum usque saeculum permansit, quo novum paradisum in terris adepti coelestem illum paradisum Judaei jam non desiderant nec est iccirco, quod libris sacris Talmudeve studiose tractandis meliorem a deo statum supplices efflagitent. Quae cum ita sint, hodie quidem haec studia plane neglecta jacent paucique Rabbini Talmudem etiamnunc intelligunt cognitumque habent, longe plurimi legere vix possunt. Quid? quod etiam probro habent ab alio edocti locum aliquem Talmudis in templis explicare, scilicet quod tale quid non usu venire vident in templis Christianorum. Ac pro dei fidem! vix me contineo, quin maximo opere conquerar de hodierno Judaeorum statu et conditione, quippe qui jam ad eam rerum divinarum contemptionem et negligentiam progressi sint vel potius degenerarint, ut ridiculum iis videatur, si quis Rabbinum quempiam ob librorum sacrorum Talmudisque intelligentiam commendare velit, nisi forte corpore est obeso, urbano habitu, voce sonora. Ex his nimirum rebus solis idoneus censetur ad munus administrandum, quo impetrato magis ejus interest, ut lamentabilibus orationibus lacrimas moveat mulieribus quam literis divinis Talmudeque recte et rite interpretandis probetur viris. Nihilo tamen secius ut omnibus temporibus sic hodie quoque non omnino desunt, qui nimio sui amore avaritiaque remotis quique abhorrentes ab ridicula illa alios imitandi cupiditate solius Dei veritatisque ducti amore Talmudi probe intelligendo ingenioseque interpretando operam suam studiumque navent, neque indignum esse videtur referre eorum nomina, praesertim cum hoc quoque nostrum sit, ut optimos horum studiorum fontes, e quibus etiam haec nostra maximam partem emanarunt, aperiamus.

Paulo post Talmudem confectum vocabula, quae in eo inveniuntur, litterarum ordine (ערוך) primus disposuit in ipsa urbe Babylone

Zemachus ben Paltai (צמח בן פלטאי) rector (גאון) scholae Pumbeditensis a. 872—891. Idem conatus est aliquando post

Rabbi Machirus (רבי מכיר), Mediomatricensis, frater Rabenu Gersonis (גרשון בן יהודה הזקן), cognomine מאור הגולה i. e. lumen exilii (mortuus dicitur a 1040) lexicon rabbinico-francogallicum conscribens. Qualia fuerint utriusque lexica, hodie judicare non possumus, cum perierint. Ceterum liber Zemachi, qui Aruch inscriptus fuit, nonnisi in Abrahami Zachi libro Jochsin (s. v. באדן et אבא בר חם) commemoratur. Alterius libri mentio fit a R. Salomone sub nomine אלפא ביתא דר' מכיר ad Gen. 43, 11. et in tractatu talmudico Cholin 206a. Verus igitur artis lexicographicae talmudicae parens jure haberi potest

Rabbi Natanus ben Jechiel (רבינו נתן בר רבינו יחיאל seu בעל ערוך κατ' ἐξοχήν, mort. a. 1105), qui composuit librum adhuc superstitem Aruch nomine. Natus ex familia nobili nomine עכו (nescio an appellata sit ex urbe עכו Phoeniciae?) institutione usus est illius Rabenu Gersonis, quem supra commemoravimus, tum archisynagogi munere Romae functus est. Ex ipso opere apparet, eum accuratissime instructum fuisse cognitione tum regionum orientalium tum illius aetatis morum rituumque, qua ex parte magni momenti est ad Talmudem intelligendum, neque interest, id quod ambigitur, utrum, ut Abrahamus Zachus (in libro Jochsim s. v. מנהרדעה. רבי ר' מ') ait, Babylonem sit profectus an ex interpretationibus illorum rectorum Babylonicorum, qui Geonim vocantur, an ex magistri institutione hauserit. Utcumque hoc est, non sine magno ipsorum detrimento ejus opus a lexicographis neglectum erit Sed cum tam multae ac tam diversae res comprehendendae essent, fieri non potuit, quin subinde non sa-

[5]) De colligendis describendisque Glossatoribus summum sibi comparavit meritum Vir doctissimus *Zunzius*, cujus opera vide.

tisfaciat Vir ille doctissimus nostrae exspectationi. Neque vero mirandum est inveniri in Talmude vocabula, quae in lexico Rabbi Natanis aut omnino non reperiuntur aut certe non satis accurate enucleata. Quo factum est, ut fere 50 annis post supplementum illius operis conficeretur ab

R. Samuelo Aben Gamia (ר׳ שמואל אבן נמיא, אנור nomine), cujus tamen mentio non fit nisi apud De Rossium (num. 140 et 180); haud scio an asservetur manuscriptum in bibliotheca Parmensi. Aliud supplementum, quod, ut suspicari licet, circiter Damascum urbem etiamnunc exstat, confecit

Abrahamus Zachus auctor libri Juchsim (c. a. 1500). Laudat hoc opus manuscriptum R. Samuelus Schulam in praefatione editioni libri Juchsim, quae Constantinopoli a. 1542 in lucem prodita est, praefixa. Praeterea nominibus memoranda sunt opera

Eliae Levitae (אליהו לעוויטא s. אשכנזי i. e. Germanus. Mort. a. 1509), qui nomine Meturgeman (מתורגמן) et Tischbi (תשבי) duo conscripsit lexica chaldaico-talmudica. Utrumque vero opus minime comparari potest cum opere R. Natanis. Quamquam non de arte lexicographica ipsa, attamen de explicandis enucleandisque vocabulis talmudicis ac rabbinicis optime meritus est Vir illustris

R. Salomo Isakius seu **ben Isak** (רבי שלמה יצחקי compos. רש״י) Trecis (mort. anno 1105 peracto aetatis a. 65). Inter plurimos, quos conscripserat, libros excellit commentarius (קונטרס) in Talmudem, in quo nullum fere desideratur vocabulum in Talmude Babylonico obvium. Quare insigniter ejus ratio habetur a Buxtorfio ceterisque lexicographis. Eo tamen vitio opera ejus laborant, quod in interpretando lingua utitur francogallica hebraicis literis descripta, qua quidem re admodum frequentes admissi sunt errores. Non minus de arte lexicographica talmudico-rabbinica quam de arte medica, logica, ethica, metaphysica meritus est

Moses Maimonides seu **Moses ben Maimon** (רבי משה בן מיימון comp. רמב״ם) natus Cordobae a. d III. Cal. April. a. 1204. Ab aequalibus ob ingenii magnitudinem alter Moses appellatus est. Hujus Jad hachasaka i. e. *manus fortis* s. Mischna Thora i. e. *explicatio legis* maximi aestimanda est non solum iccirco, quod tamquam compendium est Talmudis ipsius, verum etiam propter vocum sagacem accuratamque interpretationem et explicationem. Etiam magis arti lexicographicae profuit nominibus plantarum in Talmude et Mischna obviarum diligenter enarratis ejusdemque commentario in Mischnam haud dubie optimo duce utentur, qui amplum illum litterarum talmudicarum campum sunt perlustraturi. Sed ut ille R. Salomo francogallica, ita Maimonides arabica lingua usus est ad interpretanda Talmudis vocabula idque sic, ut etiam harum rerum peritissimis difficile sit eruere nomina herbarum, quae praeterea vix in paucis lexicis arabicis inveniuntur. Quo factum est, ut paulo post

R. Tanchumus bar R. Joseph Hierosolymitanus (רבי תנחום ירושלמי) opera immortalis Maimonidis interpretatione adornaret, cui nomen est אלמרשד אלכאפי i. e. *dux sufficiens*. Hujus operi item arabice confecti quattuor exempla asservantur in bibliotheca Oxoniensi. Munkius (in praefatione interpretationis francogallicae ejusdem scriptionis, Parisiis 1843 editae) esse opus ait praestantissimum, quod ut edatur, vehementer sit optandum. Hi, quos supra commemoravimus, viri artem lexicographicam talmudicam ad quendam perfectionis gradum perduxerunt, quatenus voces talmudicae rabbinicaeque ad prosapiam linguarum semiticam pertinent; non aeque valuerunt in enucleandis vocibus graecis latinisque et in moribus, sententiis, doctrinis ex occidentalium populorum ingenio explicandis. R. quidem Natanus multarum videtur instructus fuisse linguarum scientia praeditusque earum sensu quodam, quem dicunt, nativo, ut plerumque suum cuique voci locum tribueret, prout ad semiticam aut indogermanicam linguarum prosapiam pertineret; ille tamen naturalis quidam sensus dumtaxat eo usque valuit, quatenus vox quaepiam non majorem aliquam mutationem subierat. Multo minus praestitit in iis vocabulis eruendis, quae ex graeca latinave lingua repetita ita mutilata sunt, ut nisi mutationis legibus perspectis agnosci nequeant. Ceterum antiquarum litterarum studia illis temporibus vixdum colebantur nec nisi intra monasteriorum claustra, ut Judaeis praesertim perdifficile esset aliquid ex iis sibi arripere. Temporum demum decursu contigit, ut saeculo XVI. existeret summus ille Buxtorfius, qui omnibus, quae arti lexicographicae talmudicae obstabant, impedimentis feliciter superatis ad summum illam perfectionis fastigium perduxit. Quemadmodum autem in rebus naturalibus aeque atque in historia magna portenta antegredi solent exiguae quaedam res et quasi antecessores, sic in hoc quoque litterarum genere Buxtorfii ingenio viam complanaverunt viri nonnulli haud contemnendi. Quorum primum locum tenet

Reuchlinus (1455—1521) restaurator ille praeclarissimus apud Germanos litterarum et graecarum et hebraicarum. Multum quoque valuit ad propaganda haec studia ars typographica paulo ante inventa, qua multi libri hebraici in bibliothecis Italicis a Mediceis una cum graecis latinisque collecti celeriter multiplicati sunt et a saeculo illo discendi studiodissimo quasi uno haustu devorati. Imprimis ad scholas ab Elia Levita, quem supra commemoravimus, Romae, Venetiis, Paduae habitas multi undique confluxerunt adolescentes Christiani, ut novum litterarum genus degustarent, iidemque posthac magni fuerunt momenti ad universalem eruditionem proferendam. In quibus est

Sebastianus Munsterus (1489—1552). Is non modo Reuchlini lexicon hebraicum emendatius edidit, sed etiam ipse novum lexicon hebraico-talmudicum atque insuper lexicon trilingue condidit, quorum uterque liber cum laude nominandus est. Ex his temporibus, de litteris hebraicis propagandis bene meriti sunt: *Capito* (mort. 1541), *Pellicanus* (mort. 1556), *Pagninus* (mort. 1541) denique *Vitablius* (mort. 1547), qui e com-

mentariis R. Salomonis multum fructus percepit. Nec omittendi sunt hoc loco *Lutherus* ipse *Melanchthonque*, qui, cum in verbis litterarum sacrarum ipsis quam accuratissime intelligendis insignem operam industriamque collorarent, ad vulgandum studium linguae hebraicae vel plurimum valuerunt. Totum se litteris talmudicis tradidit

Guido Faber Boderianus (Fevre de la Boderie, natus Bodoriae Normanniae a. 1541) a conciliis intimis ducis Alenconensis. Cujus lexicon syro-chaldaicum Buxtorfius quoque diligenter adhibuit et, quamvis multa in eo vituperanda inveniret, tamen de laudibus ejus nihil detraxit. Longius etiam progressi sunt

Valent. Schindlerus, Guil. Alabastrus et Jo. Ernestus Gerhardus, qui, cum ad universum talmudicorum et rabbinicorum thesaurum eruendum etiam finitimarum linguarum cognitionem necessariam esse intellexissent, in *lexicis pentaglottis* jam comparativa linguarum tractandarum ratione usi sunt. In ipsis rabbinicis litteris subtilius cognoscendis operam posuere

Postellus (mort. 1581), cum Cabbalam potissimum tractaret, et

Drusius, cum Rabbinorum scripta ad morum disciplinam spectantia colligeret. Ad hoc scripsit nonnulla de Talmudicorum arte arithmetica et calendaria. Porro cum laude ex illo saeculo nominandi sunt:

Christmannus (mort. 1613), qui recensionem fecit librorum talmudicorum, **Conradus Gesnerus** (mort. 1565), **Genebrandus** archiepiscopus (1597), **Andreas Masius** (1573), qui libros bibliothecae Vaticanae manuscriptos magno cum fructu usi sunt. In Italia ad litteras talmudicas tractandas viri docti se contulerunt impulsu potissimum

Davidis ben Isak de Pomis medici Venetici (natus est Spoleti a. 1525). Is Italica lingua scripsit lexicon talmudicum *Zemach David* nomine, quo etiamsi non multum novi attulerit, ejus tamen in artem lexicographicam talmudicam merita non plane sunt praetermittenda. Item in Gallia ad propagandam illam haud parum contulit

Philippus Aquinas. Ejus liber מערך מערכות a Wolfio (in Biblioth. jud. Pars II. p. 540) magnopere laudatur. Judicat vero Wolfius, ut suspicor, secundum titulum, qui multa pollicetur, summa vero libri paulum novi, quod non jam pridem in Arucho legatur, praebet. Verum horum omnium lumina suo lumine obscuravit Vir admirabili quadam scientia saeculorumque memoria dignus

Joannes Buxtorfius. Natus est Comeni in oppidulo Guestphaliae a. d. VIII. Cal. Jan. a. 1564. Cum theologiae studio se dedicasset, prae ceteris adamare coepit litteras talmudicas, in quibus brevi tantos progressus fecit, ut aliquot opera rabbinica in latinum sermonem converteret et multis libris de Talmude litterisque rabbinicis compositis non solum Christianis, verum etiam Judaeis harum rerum peritis viam ad litteras talmudicas patefaceret. Quae in arte bibliographica praestitit, multum valuerunt ad tractandos scriptores etiamtum ignotos; quae ejus antecessores in grammaticorum praeceptis et antiquitatibus investigandis invenerant, unus, quo erat ingenio, non modo complexus est, verum etiam ad eum perfectionis gradum adduxit, ut etiamnunc ejus opera fundamenti instar habendi sint iis, qui aditum sibi ad interiores harum litterarum recessus aperiri volunt. Opus ejus praestantissimum, quod nunc auctius et emendatius Viris doctis proponimus, sit licet retractatus Aruch, tamen in rebus maxime grammaticis vocibusque ex lingua graeca latinave repetitis tantum novi praebet, ut pro novo opere existimari debeat. Quod si solum esset a Buxtorfio profectum, satis esset ad nomen auctoris posterorum memoriae prodendum. Quamquam Buxtorfius non protulit leges, secundum quas vocabula graeca et latina in hebraica lingua immutata sunt, tamen exemplis ab illo multis allatis non admodum difficile fuit eas investigare. His legibus nixus

Benjaminus Mussafia seu **Mussafia ben Immanuel** (philosophiae et medicinae doctor, mort. 1675) *additamenta* scripsit *ad librum Aruch* (מוסף הערוך), quibus imprimis vocabula graeca et latina in illo omissa explicanda et illustranda sibi proposuit. Idem consilium secutus est

Menachemus de Lonsano (מנחם די לאנזאנו) supplementis ad librum Aruch nomine ספר המעריך editis. At hic iis, quae in praefatione promisit, non stat, cum multo plura ex lingua turcica quam ex graeca latinaque interpretetur. Ad hoc tam pauca ab eo vocabula explicata sunt, ut non cum Mussafia, nedum cum auctore libri Aruch aut Buxtorfio comparare eum liceat. Multo magis operae pretium fecit

Davides de Lara ben Isac Cohen Amstelodamensis (mort. Hamburgi anno 1674). Scripsit enim vocabularium rabbinico-graecum nomine עיר דוד i. e. *urbs Davidis*, quo in libro licet aeque atque in Mussafiae מוסף הערוך multa ex Buxtorfio deprompta deprehendantur, tamen non pauca invenimus nova ac bene animadversa. Sed neque operis ambitu neque iis, quae pro sua litterarum antiquarum scientia in vocabulis graecis latinisque illustrandis praestare poterat, nostris expectationibus respondet Davides de Lara. Quibus magis videtur responsurus fuisse libro כתר כהונה i. e. *corona sacerdotis*, „opere quadraginta annorum", ut in fronte voluminis inscriptum videmus, sed inchoatum et imperfectum hoc opus reliquit, cum usque ad litteram Jod dumtaxat pertineat. Nomina sola satis erit nominasse

Christiani Stockii, cujus „*breve* Dictionarium chaldaeo-rabbinicum" ne iis quidem, quae in fronte libri inscripta videmus, respondet et

Joannis Henr. Othonis, qui in „*lexico* suo *Rabbinico-Philolog.*" dogmatum, rituum et statutorum Hebraeorum magis rationem habet, quam artis lexicographicae ac philologiae. Multo plus praestitit ille multarum linguarum peritissimus

Edmundus Castellus. Qui etiamsi multa ex Buxtorfio et Mussafia hauserit atque librum Aruch πρώτευστον (quo nomine ipse Kimchium et R. Natanem in

praefatione appellat) secutus sit, ratione tamen, qua ceteras linguas orientales ad vocabula talmudica illustranda adhibuit, optime de hisce studiis meritus est. Praeter hujus opus, quod nomine *Lexici Heptaglotti* ubique notum ac celebratum est, alia scripserunt *lexica heptaglotta* linguam rabbinico-talmudicam eruentia:

Vitalis et post eum **Jo. Henr. Hottingerus.** Ille vero paulum novi praebet, hic, etiamsi in enucleandis nonnullis vocabulis talmudicis prosperum fecerit progressum, tamen ob exiguum numerum vocabulorum ab ipso tractatorum ejus opus exigui pretii nobis est. Quamquam nullius fere momenti est, tamen omnino praeteriri non debet

Lorsbachius, qui in *archivo* suo *hebraico* tam pauca vocabula talmudica tractat, ut, nisi in annotatis nostris eum citavissemus, in numero lexicographorum talmudicorum numquam enumeravissimus. Tali modo compluribus ex illis temporibus occurrimus lexicographis, qui in eruendis vocabulis hebraicis passim vocabulum talmudicum eruunt, quorum vero profectus minores sunt, quam ut locum tenere possint inter lexicographos talmudicos. Etenim jam opere Clarissimi Castelli eo perfectionis pervenerat ars lexicographica ad Talmudem pertinens, ut supra addi nihil posse videretur. Quare factum est, ut posthac potius in convertendos Talmudis Mischnaeque tractatus integros incumberent viri docti. Quorum in numero habendi sunt: *Sennertus* (mort. 1666), *Cellarius* (mort. 1684), *Buxtorfius minor* (1664), *Coccejus* (1669), *L'Emperius* (1648), *Pococcius* (1691), *Lingfootius* (1675), *Carpzovius* (1699), *Buddeus* multique alii. Quamquam per se apparet his Talmudis, Mischnae et Cabbalae studiis multum utilitatis etiam ad ipsam linguarum scientiam artemque lexicographicam redundavisse. Quo in genere commemorandus est

Hadrianus Relandus (mort 1719), qui voces persicas in Talmude obvias eruendas sibi suscepit dolendumque est ei non contigisse, ut, quod ipse ait, „majus otium nactus plura Deo volente colligeret." Ejus vestigia magna cum laude secutus est

Sam. Bochartus, qui etiamsi ex parte dumtaxat in arte lexicographica talmudica elaboraverit, tanta tamen diligentia ac sagacitate in ea versatus est, ut hodieque de laudibus ejus detrahere nefas sit; licet enim contendant quidam „Bochartum nihil fere nisi etymologias compilasse" (Act. Erud. T. V. p. 449), non vereor dicere nomen ejus aetatem esse laturum.

Jam inde ab eo tempore Christiani paulum tantum studii in his artibus posuerunt (memoratu digni sunt: *Bashugsenus* propter *Clavem talmudicam*, *Vitringa* propter librum de *synagoga vetere*, *Millius* propter *catalecta rabbinica* ab ipso edita, pauci alii), Judaei omnino nihil. Nam nova illa aetas Hebraeorum, quae condita est superiore saeculo maxime per *Mosem Mendelsohnium*, tametsi ad populi ipsius conditionem et statum reformandum et corrigendum multum valuit, talmudicis tamen studiis non modo nihil incrementi attulit, verum etiam magnum illa ceperunt detrimentum, cum ex illo praecipue tempore repetendae sint causae potissimae, cur hodieque theologiae apud Judaeos studia neglecta prorsus jaceant atque inculta. Nimirum post illam aetatem Rabbini bene dicendo magis quam bene sentiendo cogitandoque excellere praeoptare et histrionum potius quam magistrorum partes agere coeperunt. Nostro domum saeculo renovare conatus est pristina studia talmudica

Mos. J. Landauus. Hic miro quodam usus est artificio in discernendis iis, quae falsa apud Buxtorfium inveniuntur, et quae recta, haec ut removeat ex libro suo מערכי לשון, illa ut in eum recipiat. De eo severum quidem, sed justum tulit judicium

Sal. Jeh. L. Rappoportus in libro Bickure haittim anni 1830. Verum is quoque ostendit, quanto sit facilius alios reprehendere, quam ipsum meliora proferre. Namque illa **rudimenta** lexicographica, quae fecit libro Erech Millin (ערך מלין) ab se edito prorsus nihili sunt aestimanda. Attamen dolendum est eum opus suum modo ad litteram Aleph usque perduxisse, cum multa in eo insint ad antiquitates et historiam Talmudicorum spectantia, quae haud parvi sunt pretii. Bonus liber est

J. B. Schoenhakii (Sobolskensis) *Aruch novus* (ערוך חחדיש) sive *Ha-maschbir*, ut eum alio nomine appellant. Huic idem contigit, quod multis hominibus modestioribus, ut despiceretur; ego ipse valde doleo, quod ejus opus ante absolutum hoc primum volumen mihi non copia facta est inspiciendi et cognoscendi. Prorsus alia indole est

Lewius: hic enim opus chald. Wörterbuch für die Targumim (cum appendice Fleischeri) conscripsit, in quo difficile est dignoscere, utrum arrogantia praestet an stupiditate. Nempe sagacitatem et acumen eo probare voluit, quod Buxtorfium recte judicantem vituperavit, ubi vero ipse novi quid ex Buxtorfio non desumtum attulit, turget ingenio levi, obtuso, inepto. Ita accidit, ut ejus lexicon nihil aliud sit nisi epitome ex Buxtorfii opere contorta vitiisque refertissima. Nostra denique memoria complures viri docti, sed vario illi quidem eventu arti lexicographicae talmudicae operam dederunt. Atque haud contemnendum opus est

Mich. Sachsii (Beiträge zur Sprach- und Alterthumsforschung) qui linguam graecam cum talmudica non inepte comparavit, itemque

A. Jellinekii, qui in libello שפת רבבים licet conjecturas multas fecerit vehementer addubitandas, tamen ad agnoscendas voces arabicas atque persicas bona subsidia attulit. Longe diversum est genus quoddam hominum non doctorum illorum, sed fucatae cujusdam doctrinae specie se jactantium, ad quos cum nonnulli alii pertinent tum *Lagardus*, qui eo ineptiae progressus est, ut hoc illudve vocabulum ex lexico repetitum contexta, in qua legitur, oratione aut omnino non inspecta, aut, quod verisimilius est, non intellecta cum hoc illove vocabulo alius linguae non plane dissono conferret atque cognatum esse utrumque cum altero contenderet. Hac scilicet ingeniosa linguarum comparandarum ratione

evenit, ut ex praesepi faceret stabuli magistrum (cf. ann. nostram 262 p. 112), vel ut mendum quodpiam typographicum copiam ei praeberet veriloquii eruendi speciosi certe illius, sed ridiculi (cf. notam 187m. p. 82). Quo magis laetamur inter multos lexicographos hujus saeculi paucos quidem inveniri, qui istorum hominum praestigiis revelatis vero lumine viam collustrarent. Inter eos principem haud dubie locum obtinet

Julius Fuerstius. Natus a. 1805 in oppidulo Posnaniae, cui nomen est Zerkowo, posteaquam a prima juventute multum operae in hisce studiis collocavit, gymnasio quodam Berolinensi transcurso Herbartioque philosopho audito Halam se contulit, ut Gesenio potissimum duce totum se antiquitatis et linguarum orientalium studiis dedicaret. Cum ad munus Rabbini fungendum destinatus esset a parentibus, posthac in seminarium Posnaniae rabbinicum receptus illa tamen studia semper revocavit atque in dies magis amplexatus est. Anno 1835 rudimenta fecit grammatica dialectorum aramaicarum edita. Id opus secuti sunt libri admodum copiosi tot, quot in hoc quidem litterarum genere post Buxtorfium nemo ediderat iidemque non minus exquisita sinceraque doctrina praestabiles. Sed cum non in certam quandam sectarum illarum se insinuaret, qui, proh dolor! etiam nunc principatum tenent litterarum, diu gloriam meritam non adeptus est, dum operibus ejus in complures linguas conversis fieri non potuit, quin omnium quidem, penes quos est harum rerum judicium, ferret comprobationem. In operibus ejus nullum quidem totum ad artem lexicographicam talmudicam pertinet, verum continentur fere omnibus res permultae, quae lexicographum fugere minime debeant, maxime illae ad comparationem linguarum semiticarum et indogermanicarum spectantes. Nunc professoris in academia Lipsiensi munere fungitur ita, ut dubium sit, utrum doctrina magis an modestia sua illam exornet.

Habes nunc, Lector benevole, quae in hisce studiis adhuc praestiterunt viri docti. Num justum ubique et aequum de iis judicium tulerimus, Tuum erit videre. Hoc unum licet addere judicasse me „sine ira et studio, quorum causas procul habeo." Jam vero quispiam sibi persuaserit hanc artem ita esse tritam omnibusque numeris absolutam, ut melius proferri fere nihil possit. Hoc si quis animum induxerit, vehementer falletur. Est enim fons ille, ex quo emanarunt haec studia et ad quem recidunt, perennis, innumerabilesque sunt rami ex arbore librorum sacrorum erumpentes. Non est igitur, quod metuamus, ne oleum et operam perdiderimus; immo speramus nos quoque aliquid attulisse allaturosque esse ad haece studia in honorem Dei Optimi Maximi, cujus causa suscepta sunt, promovenda atque exornanda. Haud pauca a nobis peccata esse, non nescimus et ipsi, quibus tamen, quaesumus, veniam des, Lector candide, aequa eorum, quae ad memoriam summi Buxtorfii recolendam bene retractasse visi erimus, compensatione.

Minime credideris, me nunc primo volumine absoluto nescire, quantum peccaverim; immo multa, si etiamnunc possem, emendarem, quod, quantum fieri poterit, in fine totius operis partim peculiari mendorum recensione fiet, partim spicilegio adjecto.[6]) Nimirum cum ad opus Buxtorfii denuo edendum aggrederer, collaboratore usus sum, cujus erat plagulas typis exscriptas corrigere et annotationes latinas in justam formam redigere. Is vero brevi post promissis non satisfecit, sed ad me omnia relegavit. Quo labore suscepto accidit, ut vicesima plagula confecta officina ipsa, in qua typis opus describitur, incendio absumeretur atque una cum illa magna pars eorum, quae manuscripta illic asservabantur. Quo factum est, ut ea, quae per multos menses elaboraveram, totidem mensium lucubrationibus reficere cogerer. Praeterea multum temporis oculis laboravi, ut scribere omnino non possem, atque postea etiam quam convalui, tamen corrigere opus non sustinui, sed alii cuidam, qui officio suo parum diligenter functus esse videtur, corrigendum tradidi. Quibus rebus adductus opus porro edere desiissem, nisi viri docti iidemque amicissimi ad persequendum laborem me cohortati essent.[7])

Postremo nonnulla liceat addere de operis in tria volumina distributione. Confitendum nobis est salvis summi auctoris manibus Buxtorfium parum rationem habuisse Talmudis Hierosolymitani ejusdemque dialecti. Quibus vitiis ut remedium pararem, multa collegi, quae appendicis sive supplementi loco novae editioni adjecturus sum. Jam is appendix copiosior fiet, quam ut opere bipartito edendo alterum volumen non nimis accrescat. Quare praetuli edere tripartitum primumque volumen littera Thet conclusi. Vale!

Scripsi Lipsiae a. d. XIII. Cal. Jan. a. MDCCCLXVIII.

Bernardus Fischerus.

---

[6]) Interea supplere lubet: אסקנדרי (lex. p. 96) pers. سكندر *ludi genus* fortasse idem, atque gr. κυνδαλισμός lusus, qui fit paxillis, ad quem R. Salom. his verbis respicere videtur תחימה עץ קטנים שמשחקים בהם; דרדא *fundamentum* (Lex. p. 297). Rectius vocem per *damnum, detrimentum* explices, ut sit ar. ضرر, quae sententia esse videtur glossatoris talm. Bm. 2b. Chag. 21b; הבאי *hyperbole, superlatio sermonis* (Lex. p. 302). Est vocabulum mere gr. ἠβαιὸν *tantillum, res nihili*, τὸ διὰ σμικράτητα βάσιν μὴ ἔχων, ut haec vox a gramm. gr. explicatur. יסה (pag. 329) ipsissima vox latina **usus** esse videtur — חוץ (lex. p. 339 in notis) rectius vocem ad pers. vertas زوز *pondus* item *maneta* et generaliter *pecunia*. — טיטראות (Lex. p. 447) gr. esse videtur ἠβητήριον, quod idem.

[7]) Absoluto fasciculo nono hanc mihi scripsit epistolam Vir Cl. Fuerstius:

„Magna cum voluptate lexicon Buxtorfii ab Te novis curis editum, quantum adhuc in lucem prodiit, pervolutavi, cum viderem Te non satis habuisse opus novis litteris describendum curare, sed emendati

iis, quae Buxtorfius pro suae aetatis scientia peccaverat, totum lexicon retractasse itaque propemodum novum opus protulisse. Vere dici potest magnos hoc opere in arte lexicographica talmudica et rabbinica factos esse progressus. Praeter ceteros, qui his studiis operam dant, Tu videris is esse, qui hanc quoque litterarum orientalium partem, quae tam diu paene neglecta jacuit, ita promoveas, ut ad eum, quem par est, perfectionis gradum nostro demum saeculo adducatur. Quam ob rem vehementer opto, ut Tibi liceat etiam in posterum his litteris operam Tuam et laborem dedicare. In iis quae melius quam ceteri tractavisti, haecce potissimum putanda sunt: nota 18 pagina 21, 70 p. 27, 213 p. 93, 262 p. 112 et 81a p. 333. Verum magis etiam arbitror Te meritum esse his de litteris iis locis, quibus Buxtorfius per librum Aruch in errorem inductum esse demonstrasti, propterera quod multis locis et illius auctor Rabbi Natanus et reliqui omnes lexicographi locum Talmudis ipsum non intellexerant, Nota 168 pagina 67, 187 p. 82, 285 p, 123, 77 p. 188, 78 p. 189, 119 p. 244, 2 p. 332, 9 p. 333 denique nota 10 p. 334.

Quibusdam vocibus annotationes addidisti, quae ad cultum et philosophiam Talmudicorum recte intelligendam permagni mihi videntur esse momenti, ut: nota 51 pag. 121, 246 p. 102, 297 p. 126, 67 p. 324, 28 p. 341.

Noli igitur concidere animo, sed quod coepisti, ad finem quaeso perducas. Licet enim hic labor Tuus in varias imperitorum atque invidorum reprehensiones incurrat, eruditorum quidem et harum rerum studiosorum hominum haud dubie feres approbationem." etc. etc.

Quanti sit litterarum momenti iterata atque renovata Buxtorfiani lexici editio, ex hisce fere verbis Viri doctissimi Delitzschii intelligere licet. Scribit enim:

„Dignum profecto propter praestantiam atque raritatem erat ingens illud et singulare Joannis Buxtorfii Lexicon, quod rursus in usum eorum, qui litteris Judaicis operam navant, in lucem prodiret: qua de causa grate agnoscimus magnum Bernardi Fischeri *meritum, qui perdifficile hoc et perdiuturnum negotium suscepit. Diu exspectandum erit, donec existat qui immensam judaicorum idiomatum materiam denuo pertractet. Interea magnopere laetamur Lexico illo targumico, quod* J. Levy, *Rabbinus Vratislaviensis, feliciter ad finem perduxit, atque etiam variae istae fructuosaeque annotationes, quibus* Fischerus *novam suam Buxtorfiani Lexici editionem locupletavit, judaicarum litterarum studiosis multum utilitatis afferent, quod quidem memet ipsum expertum esse libelli quem „Handwerkerleben zur Zeit Jesu" inscripsi, pagina tricesima septima testificatur. Quum vero dolendum sit, in Lexico Buxtorfiano paene omnes eas formulas, quae ad artem codicis talmudici dialecticam pertinent desiderari, certo speramus* Fischerum *hac potissimum in re suppleturum quae operi Buxtorfii desunt. At sunt et alia innumera quibus perfici queat. Itaque sincere optamus, ut erudito huic praeclari operis editori contingat, ut ad exitum prosperum perducat id quod superatis magnis difficultatibus tam confidenter aggressus est.*

Accipe nunc **Catalogum alphabeticum capitum omnium et singulorum,** quae in Talmude exstant, ex quo intelliges, quod singulorum initium (hoc enim Talmudici citare solent, omisso codice et numero capitis), cujus codicis et cujus numeri.

א		
אין עומדין	ברכות	פרק ה'
אלו דברים	שם	מ"ח
אלו דברי' שאין להם שיעור	פאה	מ"א
אלו מפסיקין	שם	מ"ב
איזהו ערים	כלאים	מ"ז
אין אסור	שם	מ"ט
אין תורמין	תרומה	מ"ט
אין נותנין	שם	מ"יא
אוכלין עראי	חלה	מ"ג
אגרוזנטם	בכורים	מ"ד
מועד		
אמר ר' עקיבה	שבת	מ"ט
אלו קשרין	שם	מ"טו
אור לארבעה עשר	פסחים	מ"א
אלו עוברין	שם	מ"ג
אלו דברים בפסח	שם	מ"ו
אמר להם הממונה	יומא	מ"ג
אין צדין	ביצה	מ"ב
ארבעה ראשי שנים	ראש השנה	מ"א
אם איגן מכירין	סוכה	מ"ב
אין דורשין	חגיגה	מ"ב
אלו הן הממונין	שקלים	מ"ה
נשים		
ארבעה אחין	יבמות	מ"ג
אלמנה לכהן גדול	שם	מ"ז
אלו נערות	כתובות	מ"ג
אף על פי שאמרו	שם	מ"ה
אלמנה נזונת	שם	מ"יא
ארבעה נדרים	נדרים	מ"ג
אין בן המדר	שם	מ"ד
אלו נדרים	שם	מ"י
ארוסה	סוטה	מ"ד
אלו נאמרין	שם	מ"ז
נזיקין		
ארבע אבות	בבא קמא	מ"א
אלו מציאות	בבא מציע'	מ"ב
איזהו נשך	שם	מ"ה
אחד דיני ממונות	סנהדרין	מ"ד
ארבע מיתות	שם	מ"ז
אלו הן הנשרפין	שם	מ"ט

אלו הן הנהנין — שם — מ"י
אלו הן הגולין — מכות — מ"ב
אלו הן הלוקין — שם — מ"ג
ארבעה סומרין הן — שבועות — מ"ח
אין מעמידין — ע"א — מ"ב
אלו דברים מקולי ב"ש — עדיות — מ"ד

קדשין

איזהו מקומן — זבחים — מ"ה
אלו מנחות — מנחות — מ"ז
אלו טרפות — חולין — מ"ג
אותו ואת בנו — שם — מ"ה
אין נערכין — ערכין — מ"ב
אין מקדישין — שם — מ"ז
אלו קדשים — תמורה — מ"ג
ארבעה מתעסקי כפורים — כריתות — מ"ב
אמרו לו — שם — מ"ג
אמר להם הממונה — תמיד — מ"ג
אמר להם הממונה ברכו — שם — מ"ה

טהרות

אבות הטומאה — כלים — מ"א
אלו כלים — שם — מ"י
אלו מטמאין — אהלות — מ"ב
אדם וכלים — שם — מ"ז
ארובה — שם — מ"י
אלו בהרת — נגעים — מ"ז
ארץ ישראל — מקואות — מ"ה
אלו חוצצין — שם — מ"ט
אוכל מעשר — טבול יום — מ"ר

ב

זרעים

ב"ש אומרין הפקר — פאה — מ"ז
בצל שנתגו — תרומה — מ"י
בגד שצבעו — ערלה — מ"ג
בנות שוח — שביעית — מ"ב
בראשונה היו אומרין — שם — מ"ד

מעור

במה מדליקין — שבת — מ"כ
במה טומנין — שם — מ"ד
במה בהמה — שם — מ"ה
במה אשה — שם — מ"ז
ככל מערבין — עירובין — מ"ג
באחד באדר — שקלים — מ"א
בשלשה פרקין תורמין — שם — מ"ג
בראשונה — יומא — מ"ב
בא לו בהן גדול — שם — מ"ז
ביצה שנולדה — ביצה — מ"א
בשלשה פרקן — תענית — מ"ד
בני העיר — מגלה — מ"ד

נשים

בש"א אין ממאנין — יבמות — מ"ג
בתולה נשאת — כתובות — מ"ה
בש"א טעות הקדש — גיטין — מ"ח

נזיקין

בן סורר ומורה — סנהדרין — מ"ה
בן זומא — אבות — מ"ד
בעשרה מאמרות — שם — מ"ה

קדשים

בש"א כל הבהנים — זבחים — מ"ד
בהמה המקשה — חולין — מ"ד
בג' מקומות הכהני' — תמיד — מ"א
בזמן שכהן גדול — שם — מ"ז
בג' מקומות הכהני' עומדין — מדות — מ"א
בר"א בכהן — קינים — מ"ג

טהרות

בתרת עזה — נגעים — מ"ב
בנות כותיים — נדה — מ"ד
בא סימן — שם — מ"ן
בו ביום — ידים — מ"ד

ג

זרעים

גריש שלא לקט — פאה — מ"ה

נזיקין

גט משוש — בבא בתרא — מ"י

קדשים

גיד הנשה — חולין — מ"ז

טהרות

גופה של בהרת — נגעים — פ"ו

ד

נזיקין

דיני ממונות — סנהדרין — מ"א
דיני ממונות בשלשה — שם — מ"ג

קדשין

דם חטאת — זבחים — מ"יא
דם שחיטה — כריתות — מ"ה

טהרות

דם הנדה — נדה — מ"ז

ה

זרעים

היה קורא — ברכות — מ"ב
הרואה — שת — מ"ט
הפאה ניתנת — פאה — מ"ד
הקלים שבדמאי — דמאי — מ"א
הלוקח פירות — שם — מ"ד
הלוקח מן הנחתם — שם — מ"ה
המקבל שדה — שם — מ"ז
המזמן את חבירו — שם — מ"ז
התורם מן הקישות — תרומה — מ"ג
המפרש מקצת — שם — מ"ד
האוכל תרומה שוגג — שם — מ"ז
האוכל תרומה מזיד — שם — מ"ז
האשה שהיתה אוכלת — שם — מ"ח
הזורע תרומה — שם — מ"ט
האיגם והרבוזין — שביעית — מ"ט
החטין והזנין — כלאים — מ"א
המבריך — שם — מ"ז
היה עובר בשוק — מעשרות — מ"ב
המעביר האנים — שם — מ"ג
הכובש והשולק — שם — מ"ד
העוקר שתלים — שם — מ"ה
המוליך פירות — מעשר ב' — מ"ד
הנוטע לסייג — ערלה — מ"א
התרומה ותרומת מעשר — שם — מ"ב
התרומה והבכורים — בכורים — מ"ב

מועד

המוציא יין — שבת — מ"ח
המצניע — שם — מ"י
הזורק — שם — מ"יא
הבונה — שם — מ"יב
הדר עם הנכרי — עירובין — מ"ז
המוציא תפלין — שם — מ"י
האשה בזמן — פסחים — מ"ח
הוציאו לו — יומא — מ"ה
הישן תחת מטתו — סוכה — מ"ב
החליל חמשה — שם — מ"ה
המביא כדי יין — ביצה — מ"ד
הקורא את המגלה למפרע — מגלה — מ"ב
הקורא את המגלה עומד — שם — מ"ג
הכל חייבין בראייה — חגיגה — מ"א
התרומה מה היו עושין — שקלים — מ"ד

נשים

התולין ליבמתו — יבמות — מ"ד
הבא על יבמתו — שם — מ"ז
הערל — שם — מ"ה
האשה שהלך בעלה — שם — מ"י
האשה שהלכה — שם — מ"ט
האשה — שם — מ"ן
האשה שנתגרמלה — כתובות — מ"ב
המריד — שם — מ"ן
האשה שנפלו לה — שם — מ"ת
הכשא — שם — מ"ט
הגוי — שם — מ"ן

השותפין שנדרו		נדרים	פ"ה		
הנודר מן המבושל		שם	פ"ז		
הנודר מן הירק		שם	פ"ח		
הרני נזיר		נזיר	פ"ב		
הגוים אין להם נזירה		שם	פ"ט		
המקנא לאשתו		סוטה	פ"א		
היה מביא		שם	פ"ב		
היה נוטל		שם	פ"ג		
המביא גט		גטין	פ"א		
המביא שני		שם	פ"ב		
השולח גט		שם	פ"ד		
הנזקין		שם	פ"ה		
האומר התקבל		שם	פ"ו		
הזורק גט		שם	פ"ה		
המגרש		שם	פ"ט		
האשה נקניה		קדושין	פ"א		
האיש מקדש		שם	פ"ב		
האומר לחבירו		שם	פ"ג		
נזיקין					
המניח את הכד		בבא קמא	פ"ג		
הכונס צאן		שם	פ"ו		
החובל		שם	פ"ה		
הגחל עצים		שם	פ"ט		
הגחל ומאכיל		שם	פ"י		
המפקיד		בבא מציע'	פ"ג		
הזהב		שם	פ"ד		
הסוכר את האומני'		שם	פ"ו		
הסוכר את הפועלים		שם	פ"ז		
השואל		שם	פ"ה		
המקבל		שם	פ' ט		
הבית והעליה		שם	פ"י		
השותפין		בבא בתרא	פ"א		
המוכר את הבית		שם	פ"ד		
המוכר את הספינה		שם	פ"ה		
המוכר פירות לחבירו		שם	פ"ו		
האומר לחבירו		שם	פ"ז		
היו בורקין אותו		סנהדרין	פ"ה		
העיד ר' יהושע		עדיות	פ"י		
העיד ר' יהושע בן בתירי		שם	פ"ח		
השוכר את הפועל		ע"א	פ"ה		
הורו בית דין		הוריות	פ"א		
הורה כהן משיח		שם	פ"ב		
קדשים					
המזבח מקדש		זבחים	פ"ט		
השוחט והמעלה		שם	פ"יב		
הכל שוחטין		חולין	פ"א		
השוחט		שם	פ"ב		
העור והרוטב		שם	פ"ט		
הזרוע והלחיים		שם	פ"י		
הקומץ את המנחה		מנחות	פ"ב		
הקומץ א"ה לאכול דבר		שם	פ"ג		
התכלת		שם	פ"ד		
ההודה		שם	פ"ה		
המנחות		שם	פ"יב		
הרי עלי עשרון		שם	פ"ג		
הלוקח עובר חבירו		בכורות	פ"א		
הלוקח עובר פרתו		שם	כ"ב		
הלוקח בהמה		שם	פ"ג		
הכל מעריכין		ערכין	פ"א		
השיג יד		שם	פ"ד		
האומר משקלי		שם	פ"ה		
המקדיש את שדהו		שם	פ"ח		
המוכר את שדהו		שם	פ' ט		
הכל מפירין		תמורה	פ"א		
הנהנה שוה פרוטה		מעילה	פ"ה		
השליח		שם	פ"ו		
המביא אשם		כריתות	פ"ו		
החלו עולים		תמיד	פ"ו		
דר הבית		מדות	פ"ב		
המזבח היה		שם	פ"ג		
טהרות					
יכול החרס שאינו		כלים	פ"ד		

העושה שלשה		שם	פ"ו
הקלחת של ב"ב		שם	פ"ז
התנור שחצצו		שם	פ"ח
הסיף והסכין		שם	פ"יג
השידה ב"ש		שם	פ"יה
המפרק את המטה		שם	פ"יש
הכרים והכסתות		שם	פ"כ
הנוגע בכובד		שם	פ"כא
הכדוך והאמום		שם	פ"כב
הכלים יש		שם	פ"כה
הבגד מטמא		שם	פ"כו
הטומאה בכוהל		אהלות	פ"ו
הבית שנסדק		שם	פ"יו
העושה מאור		שם	פ"א
הזיז שפיא		שם	פ"ב
הדורש את הקבר		שם	פ"ד
הכל מיטמאין		נגעים	פ"ג
המושך מן הטמא		שם	פ"ח
השוחין והמכוה		שם	פ"ט
הניתקין מיטמאין		שם	פ"י
המביא כלי חרס		פרה	פ"ה
המקדש ונפל		שם	פ"ו
האוזב הקצר		שם	פ"יב
האשה שהיתה כובשת		טהרות	פ"ב
הרוטב והגריסין		שם	פ"ג
החרס מטמא		שם	פ"ד
השרץ והצפרדע		שם	פ"ה
הקדר שהניח		שם	פ"ו
הדר עם הארץ		שם	פ"יב
הנועל בית הבר		שם	פ"ב
הטמא שירד		מקואות	פ"ג
המניח כלים		שם	פ"ד
המפלת		נדה	פ"ג
הרואה כתם		שם	פ"ה
האשה שהיא עושה		שה	פ"ט
השותה לשותות		משקין	פ"ד
המעלה פירותיו		שם	פ"ו
הרואה דאיה		זבים	פ"א
הכל מיטמאין בזיבה		שם	פ"ר
הזב והטהור		שם	פ"ג
הנוגע בזב		טם	פ"ה
המכניס		שבול יום	פ"א
המכניס ידיו		ידים	פ"ג
ו			
זרעים			
ואלו דברי' מתעשרים		דמאי	פ"ב
מועד			
ואלו מגלחין		מעד קטן	פ"ג
נשים			
ואלו מותרין		נדרים	פ"ב
ואלו נזירים		שם	פ"שו
קדשים			
ואלו המנחות		מנחות	ב"ו
ולד חטאת ותמורה		תמורה	פ"ד
ולד חשאת		מעילה	פ"ג
ז			
נזיקין			
זה בורר		סנהדרין	פ"ג
טהרות			
זתים מיאמתי		טהרות	פ"ט
זיעת בתים		משקין	פ"ב
זתים שכבשן		עקצין	פ"ב
ח			
זרעים			
חמשה לא יתרומו		תרומה	פ"א
חמשה דברים		חלה	פ"א
מועד			
חביות שנשברה		שבת	פ"כב
חמור בקודש		חגיגה	פ"ב
חלון		ערובין	פ"ב

נשים

חמש עשרה נשים
תרש שנשא פקחה

נזיקין

חזקת הבתים
חלק
חנניא סגן הכהנים

קדשים

חטאת העוף
חטאת העוף מעלין
חטאת העוף נעשה

טהרות

חמשה שמלאו

ם

מועד

טרף בקלפי

קדשים

טבול יום

טהרות

טבעת ארם

י

זרעים

יש מביאין

מועד

יציאת השבת
יום הכפורים
יום שוב שחל
יט של ראש השנה

נשים

יש מותרות

נזיקין

יש נוחלין
ידיעת הטומאה

קדשים

יש בכור
יש בזריכין
יש בקרבנות
יש בקרשי המזבח

טהרות

יש מביאין הטומאה
יש בשער לבן
יש מעלין
יוצא דופן
יש בזריכין

כ

זרעים

כיצד מברכין
כל כוית
כלל גדול שאמרו
כלל גדול שאמרו
כל שאה
כרם שהרב
כלאי הכרם
כלל אמרו במעשרו
כרם רבעי
כיצד מפרישין

מועד

סיפה
כלל גדול
כל כתבי קודש
כל הכלים נישלים
כיצד מעברים
כיצד משתתפין
כל שעה
כיצד צולין
כל הרוקן

נישם

כיצד אשה אחיו

יבמות ס"א
שם ס"ד

נזיקין

בבא בתרא ס"נ
סנהדרין ס"יא
עדיות ס"כ

קדשים

זבחים ס"ו
מעילה ס"ב
קינין ס"א

טהרות

פרה ס"ז

ם

מועד

יומא ס"ד

קדשים

זבחים ס"יב

טהרות

כלים ס"יב

ו

זרעים

בכורים ס"א

מועד

שבת ס"א
יומא ס"ח
ביצה ס"ב
ראש השנה ס"ד

נשים

יבמות ס"ט

נזיקין

בבא בתרא ס"ח
שבועות ס"א

קדשים

בכורות ס"ח
ערכין ס"ג
תמורה ס"ב
שם ק"ז

טהרות

אהלות ס"ח
נגעים ס"ד
מקואות ס"ו
נדה ס"א
עוקצין ס"ג

כ

זרעים

ברכות ס"ו
פאה ס"ו
שביעית ס"ט
שם ס"ם
מלאים ס"ב
שם ס"ה
שם ס"ח
מעשרות ס"ג
מעשר ב' ס"א
בכורים ס"ג

מועד

שבת ס"ג
שם ס"ו
שם ס"ז
שם ס"ז
עירובין ס"ה
שם ס"ח
שם ס"ט
פסחים ס"ב
שם ס"ו
שקלים ס"ח

נישם

יבמות ס"ב

כל פנוי בדרים
כל פנוי נזידות
כהן גדול ונזיר
כשם שחמים
כל גט

נזיקין

כיצד הרגל
כאן בחול
כיצד העדים
כל הנשבעים
כל המישתמין
כל הצלמים
כאן בשיטה שתטא

קדשים

כל הזבחים שנזבחו
כל הזבחי שקבל
כל הפסולין
כל הזבחי שנתערבו
כל התדיר מהביאו
כל הדם
כל הבשר
כל המנחות שקמצו
כל המנחות באות
כל הקרבנות הצבור
כל הפסולי המוקדשין
כיצד מערימין
כל האומרין
כל העזרה

טהרות

כלי עץ וכלי עור
כלי מתכות משוטחין
כלי מתכות כמה
כלי עץ כלי עור
כל כלי עץ
כל כלי ב"ב
כל הכלים
כלי זכוכית
כל המטמאין באהל
כותרת שהיא
כל המטלטלין
כיצד בוצרין
כל שפן נגעים
כל מבגדים
כל הבתים
כיצד מטהרין
כלי עשים
כל הראוי לטמא
כל המעורב
כל ירוה
כל היד
כל משקה
יחזו האוכלין
כל שהוא יד

ל

זרעים

מועד

לא יאמר אדם

לולב הגזול
לגלב ועריבה
לפני אידיהן

קדשים

ם

זרעים

לא היו כופתין

מאימתי קורין
מי שמתו
מלבנות התבואה
מאימתי כל אדם
מאכילין את העניים
מאימתי מציאין

נדרים ס"מ
נזיר ס"ג
שם ס"ן
סוטה ס"ה
גטין ס"נ

בבא קמא ס"ב
סנהדרין ס"ב
מכות ס"ג
שבועות ס"ד
עדיות ס"נ
ע"ז ס"נ
הוריות ס"נ

זבחים ס"א
שם ס"כ
שם ס"נ
שם ס"ח
שם ס"י
חולין ס"ן
שם ס"ח
מנחות ס"א
שם ס"ה
שם ס"ט
בכורות ס"ה
תמורה ס"ה
שם ס"ן
מרות ס"ה

כלים ס"כ
שם ס"יא
שם ס"יד
שם ס"טו
שם ס"יז
שם ס"יח
שם ס"טו
שם ס"ל
אהלות ס"נ
שם ס"ש
שם ס"יו
שם ס"יח
נגעים ס"ה
שם ס"יא
שם ס"יב
שם ס"יד
פרה ס"ה
שם ס"י
שם ס"ו
שם ס"י
נדה ס"ב
מכשירין ס"א
טבול יום ס"נ
עוקצין ס"א

מעשר ב' ס"נ

סוכה ס"נ
שם ס"ד
ע"ז ס"ד

תמיד ס"ד

ברכות ס"א
שם ס"ג
פאה ס"ח
שם ס"ח
דמאי ס"נ
שביעית ס"א

מעשר שני איד	מעשר ב'	פ"א
מעשר שני נתן	שם	פ"ב
מועד		
מפנין	שבת	פ"יח
מי שהחשיך	שם	פ"כד
מבוי שהוא גבוה	ערובין	פ"א
מי שתוציאהו	שם	פ"ד
מי שהוא טמא	פסחים	פ"ט
מקום שנהגו	שם	פ"ד
מצרפין שקלין	שקלים	פ"ב
מה היו עושין	שם	פ"ד
מעות שנמצאו	שם	פ"ו
משילין פירות	ביצה	פ"ח
מאימתי מזכירין	תענית	פ"א
מגלה נקראת	מגלה	פ"א
משקין בית השלחין	מועד קטן	פ"א
מי שהפך את זיתיו	שם	פ"ב
נשים		
מצות חליצה	יבמות	פ"יב
מציאת האשה	כתובות	פ"ז
מי שהיה נשוי	שם	פ"ט
מי שאמר הרני נזיר מגלה	שם	פ"ג
מי ש"א הרני נזיר ושמע	שם	פ"ד
מי שקנא	סוטה	פ"ו
משה מלחמה	שם	פ"ח
מי שאחזו	גטין	פ"ז
נזיקין		
מרבה	בבא קמא	פ"ו
מי שמת	בבא בתרא	פ"ט
משה קבל	אבות	פ"א
קדשים		
מומין	בכורות	פ"ז
מעשר בהמה	שם	פ"ט
טהרות		
מחט או טבעת	כלים	פ"ט
מגדל שהוא עומד	אהלות	פ"ד
מראות נגעים	נגעים	פ"א
מקום שהיה רה"י	טהרות	פ"ו
מעין שמעבירו	מקוואות	פ"ה
מי שטבל	מכשירין	פ"ה
משקה טבול יום	טבול יום	פ"ב
מי רביעית	ידים	פ"א
נ		
מועד		
נטל אדם	שבת	ב"כא
נשים		
נשואין על האנוסה	יבמות	פ"יא
נערה שנתפתתה	כתובות	פ"ד
נערה המאורסה	נדרים	פ"ו
נזיקין		
נגמר הדין	סנהדרין	פ"ז
טהרות		
ניסי הבדין	כלים	פ"כט
נגר שהוא נתון	אהלות	פ"יב
נטל ידו	ידים	פ"ג
ס		
זרעים		
סאה תרומה	תרומה	פ"ב
מועד		
סוכה שהיא גבוה	סוכה	פ"א
סדר תעניות	תענית	פ"ב
סדר תעניות אלו	שם	פ"ג
ספק אכל חלב	כריתות	פ"ד
טהרות		
סגום עבה	אהלות	פ"שו
סנדל עמקי	כלים	פ"כו
ע		
זרעים		
עד אימתי תורשין בשדה האילן	שביעית	פ"א
עד אימתי תורשין בשדה הלבן	שם	פ"ב
עירתה כלאים	כלאים	פ"צ
מועד		
עושין פסים	ערובין	פ"כ
עדבי פסחין	שם	פ"י
נשים		
עגלה ערופה	סוטה	פ"ט
עשרה יוחסין	קדושין	פ"ד
נזיקין		
עקיבה בן מהללאל	אבות	פ"ה
קדשים		
עד כמה ישראל	בכורות	פ"ד
על אילו מומין	שם	פ"ז
טהרות		
עשרה בתים	נגעים	פ"יג
פ		
זרעים		
פיאות תוצה לארץ	חלה	פ"ב
קדשים		
פרת יחטאת ששרפה	זבחים	פ"יד
פתחו של היכל	מדות	פ"ר
טהרות		
פרת חטאת ששחטה	פרה	פ"ד
צ		
טהרות		
צלחית שנפל	פרה	פ"ט
צלחית שהניחה	שם	פ"יא
ק		
זרעים		
קרחת הכרם	כלאים	פ"ד
נשים		
קונם יין	נדרים	פ"ח
קדשי		
קדשי קדשים שחיטתן בראש	זבחים	פ"ו
קדשי קדשים שחיטתן בדרום	מעילה	פ"א
קדשי מזבח	שם	פ"ד
קן סתומה	קינין	פ"כ
ר		
מועד		
ר' אליעזר א' האומר	שבת	פ"יג
ר"א אם לא דמילה	שם	פ"יט
ר"א תולין	שם	פ"כ
ראוו בית דין	ראש השנ'	פ"ג
נשים		
ר' גמליאל אומר	יבמות	פ"ח
ר' אליעזר א' פותחין	נדרים	פ"ט
נזיקין		
ראוהו אותיו	תמיד	פ"ב
רבי חנניא	עדיות	פ"כ
ר' יהודה א' ששה דברו'	שם	פ"ת
ר' יהודה בן בבא העיד	שם	פ"ו
רבי ישמעאל	ע"א	פ"ד
רבי אומר	אבות	פ"כ
רבי מאיר אומר	שם	פ"ו
קדשים		
ראשית הגז	תולין	פ"יא
ר' ישמעאל אומר העומר	מנחות	פ"ז
טהרות		
ר' אלעזר א' עגלה	פרה	פ"א
ר' אלעזר א' פרת החטאת	שם	פ"ב
ר' יוסי אומר שני	מקוואות	פ"ג
ר' יהושע אומר	זבים	פ"ד
ש		
זרעים		
שלשה שאכלו	ברכות	פ"ז
שלשה ארצות	שביעית	פ"ז
שביעית משמטת	שם	פ"י

מועד

שבת	פ"יד
שם	פ"כג
שקלים	פ"ז
יומא	פ"א
שם	פ"ו
סוכה	פ"ג
נזיר	פ"ץ
שם	פ"ח
בבא קמא	פ"ד
בבא מציע'	פ"א
שם	פ"ה
שבועות	פ"א
שם	פ"ג
שם	פ"ד
שם	פ"ח
שם	פ"ז
עדיות	פ"א
תולין	פ"ב
מנחות	פ"י
שחי הלחם	פ"יא
שם היתומים	פ"ז
שלשה ושש	פ"א
שיעור כלי חרס	
שלשה תרסין	
שלש על שלש	
שני טמאים במת	
שבעה ימים קודם שריפה	
שנים שהיו	
שלשם עשר דברים בנבילה	
שש מעלות	
שמאי אומר	
שק שהוא מלא	

נשים

שני דייני גזירות	
שלשה מינים	
שני נזירים	

נזיקין

שור שנגח	
שנים אוחזין	
שור שנגח את הפרה	
שבועה שתים	
שבועה שתים	
שבועה העדות	
שבועה הפקדון	
שבועה הדיינין	
שמאי אומר כל הנשים	

קדשים

שלח הקן	
שחי מדות	

טהרות

כלים	פ"כ
שם	פ"כ
שם	פ"כ
אהלות	פ"א
פרה	פ"ג
שם	פ"ח
טהרות	פ"א
מקוואות	פ"א
נדה	פ"א
משקין	פ"ג

ת

תפלה השחר	
תמיד נשחט	
תנור תחלתו	
תנור שהסיקו	
תינוקת	
תולין	

ברכות	פ"ד
פסחים	פ"י
כלים	פ"ד
אהלות	פ"ה
נדה	פ"י
שבת	פ"כ

Quingenta viginti quatuor haec capita (פרקים) comprehenduntur sexaginta tribus libris praeter quos quatuor adhuc sunt tractatus a posterioribus una cum Pirke Avot corpori talmudico adjecti. Sunt autem sequentes:

I. מסכת סופרים *tractatus Scribarum*. Agitur in eo de modo scribendi librum Legis in pergamento, et quali pergamento utendum: an maculam atramenti vel litteram aliquam eradere licitum sit: de vocibus diversae lectionis et scriptionis: quando et quot personis liber Legis in synagoga legendus: de utilitate et praestantia studii Legis et similia quaedam. Capita ejus XXI.

II. אבל רבתי *luctatus magnus* vel מסכת שמחות *tractatus laetitiarum* scil. prohibitarum. Ubi agitur de luctu, quibus cerimoniis mortui lugendi, quomodo lugentes consolandi, quomodo polluantur ob cadaver. Cap. ejus XIV.

III. כלה *sponsa;* de acquisitione sponsae, ornamentis ejus et concubitu, aliisque ad sponsam pertinentibus. Capite *uno* constat.

IV. מסכת דרך ארץ *tractatus viae terrae* i. e. *tract. de moribus*, quos vocant *viam terrae*. Distinguitur in tractatum majorem et minorem: ille continet capita *decem*, hic *sex*. Subjicitur ad finem caput peculiare, quod vocatur פרק שלום *caput de pace*.

Praeter usitatissimas in plerisque fere lexicis obvias (quarum explicatio exinde omittere licet), haec in nostra editione occurrunt abbreviaturae:

Ar., Aruch.
ar., arabice.
As., Avoda sara.
ap. Tos. apud Talmudicos.
ap. Ros., apud Rabbinos.
B. Ar., Baal Aruch.
Ber., Berachot.
Bez., Betza.
Bcch., Bechorot.
Bic., Biccurim.
Bk, Baba kama.
Bm., Baba metzia.
Bb., Baba bathra.
Br., Bereschit rabba.
Chag., Chagiga.
Chal., Challa.
Chol., Cholin s. Chullin.
c. aff., cum affixo.
Cast., Castelli (lexicis heptaglorton,
Dem., Demai. Londini 1669).
Dr. vel Deb. rab., Debarim rabba.
Er., Echa rabba.
Erach., Erachin.
Erub., Erubin.
Edj., Edaejot.
Esth, Esther.
Fr., Freytagii (Lex. arab.).
Frs., Feurstii (Lex. chald.).
Gem, Gemara.
Git., Gittin.
gl., glossa.
gl. talm., glossa talmudica.
glt., glossator v. glossatores.
Gu., Guido.
Hor., Horajot.
Jalk., Jalkut.
Jed., Jedaim.
Jeb., Jebamot.
Jelam., Jelammedenu.
Jom., Joma.
Jon. Jonatan.
Ket., Ketubbot.
Kel., Kelim.
Kid, Kidduschin.
Kil., Kilaim.
Kin., Kinnin.
Krit, Kritot.
Koh., Kohelet.
Mas., Maaserot.
Meg., Megilla.
Men., Menachot.
Mac., Maccot.
Mid., Middot.
Mk., Moed katon.

Ms., Maaser scheni.
Mikv., Mikvaot.
Machs., Machschirin.
Midr., Midrasch.
Mr., Midrasch rabba.
MT., Mierasch Tillim.
ME., Midrasch Echa.
M. Esth., Midrasch Esther.
MK., Midrasch Kohelet.
Midr. Tanch., Midrasch Tanchuma.
Maim., Maimonides.
Munst., Munsterus.
M. d. L., Menachem di Lonsano.
Mus., Mussafia.
Nas., Nasir.
Ned., Nedarim.
Neg., Cegaim.
Nid., Nidda.
Oh., Oholot.
Okz., Oketzin.
Onk., Onkelos.
pp., proprie.
pec., peculiariter.
pers. persice.
Pes., Pesachim.
Rh., Rosch haschana.
R. Rabbini.
Sab., Schabbat.
Sanh., Sanhedrin.
Seb., Sebachim.
Schvi., Scheviit.
Schvu. Schevuot.
Schek. Schekalim.
Sav. Savim.
Sot. Sota.
Suc., Succa.
Sr., Schemot rabba.
syr., syriace.
T., Talmud.
TH., Talmud Hierosolymitanum.
Ti., Talmudici.
Tis., Talmudicis.
tr., tractatus.
tr. talm., tractatus talmudicus.
Tan., Taanit.
Tem., Temura.
Tah., Tahhrot.
Tj., Tibbul jom.
Tr., Truma.
Tg., Targum.
TgH., Targum Hierosolymitanum.
TJ., Targum Jonatis.
Wr., Wajikra rabba.
Willm., Willmetti (Lex arab.

*) Voces novae quae in hac editione accesserunt. IR., 1 Reg.; IIR., 2 Reg.; IS., 1 Sam.; IIS., 2 Sam.

Abbreviaturas in Talmude librisque rabbinicis obvias sub fine singularum litterarum in ipso lexico addidimus, et quae ad intelligendum utrumque Talmudem Babylonicum et Hierosolymitanum requiruntur auxilia sub calce libri Deo juvante addituri sumus.

מִזְמוֹר שִׁיר.

הָבוּ כָּבוֹד בְּנֵי אֵלִים הָבוּ לַאדֹנָי יִשְׁעֵי חָדֶל: קִדּוּ לֵאלֹהִים מְאוֹרֵי שַׁחַק וְהִשְׁתַּחֲוּוּ
בְרַעֲדָה: נִגְהוֹת חֶרֶס הָאִירוּ תַּבֵּל גָּלוּ נְחִיבוֹת שַׁדַּי דַּלִּיכוֹת אֵלִי כִּיוֹם הָאִירוּ: הָבוּ לַיְיָ
חַדְרֵי חַיְמָן שַׁחוּ הַשְׁפִּילוּ אֲלוֹנֵי קוֹמָה הָבוּ לַיְיָ פְּהַדְרַת קֹדֶשׁ: עוֹלָמוֹת אֵין מִסְפָּר בָּרְכוּ
אֶת־יְיָ חוֹלְלוּ וְחוֹגְגוּ עַל חוּג הָרְקִיעַ וּבָרְכוּ אֶת יְיָ: יְפִיפִי יְצוּרִים שְׁאוּ זְמָרָה סַפְּרוּ עִוָּ
יַחַד אַחִים יְרַנְּנוּ: חוֹל הַיָּם לְגִבּוּלוֹת עוֹלָמִים לַעֲצוֹר יַמִּים לַבְּרִיחַ מִשְׁבָּר יְדֵי אֱלֹהִים
כּוֹנְנוּ יַחַד יְיָ שְׁמוֹ: חֶרֶס אֶל חַרְסָה קְרָא רוּם שְׁחָקִים הַרְחֵיב יְרִיעָה הֵלִיל בֹּקֶר חַזֵּה
דַּעַת כּוֹכְבֵי נִשְׁפָּה הֹדוּ אֶת יְיָ וּבְאוֹר פָּנָיו תְּנַהֲרוּ: סַפְּרוּ נִפְלְאוֹתָיו שְׁכוּנֵי חֹמֶר בַּשְּׂרוּ
טוּבוֹ חֲבוּר יְצוּרִים הַנֵּה מָלֵךְ הַכָּבוֹד: אָן אַבִּיט וַיְיָ לֹא יִלְךְ אָשָׁא עַיִן וְאֵיתוֹ אֶפֶס שְׁחָקִים
עָבִים רְכִיבוֹ אֲחַת שְׁאוֹל עוֹרֵר שִׁבְטוֹ נָגְרִי: עַל חוּג מָזְרוֹת אָשִׁים קְנִי לָאָרֶץ יְמַגְּרֵנִי
אָשְׁפּוֹן בֵּין כּוֹכְבִים בְּחָהוֹמוֹת יְרַמֵּנִי עוֹלָם וָעֶד: אָחוֹר וָקֶדֶם שַׁדַּי נִפְלָאוֹת הֲלִיכוֹתָיו בַּקֹּדֶשׁ:
הָאָרֶץ חֲדוֹמוֹ הָרְקִיעַ מְקוֹמוֹ תְּהוֹם מְרוֹמוֹ סֶלָה: בְּדֵי צְבָאוֹת מָרוֹם אַבִּיטֶנּוּ בְּתַחְתִּיוֹת
שְׁאוֹל אֲשׁוּרֶנּוּ שָׁמָה בֵּין שִׁיחִים הֵעָהוּ בְּכַנְפֵי רְנָנִים הִנָּחוּ: אוֹחוֹת אֲבִי עַד מְסָבִיב עֵינַי
חֲחוּיָה תַּנּוֹצָר מִיּוֹצְרוֹ יְחֻוָּה דָּעַת בְּמִבְנֵה חֹבֵל אוֹרָאָה מַרְאֵהוּ מְקוֹל תְּחִלּוֹת אֶת קוֹלְךָ
אֶשְׁמָעָה יְיָ: בְּכָפֶל חֲסָדִים עֲטַרְתָּ אָדָם הָרֵאשִׁית בְּנִפְלָאוֹת חָלַד בְּקֶרֶב כְּלִיוֹתָיו חִוִּיתָ
דָּעַת נִגְלֵיתָ בְּרוּחַ לְתִמְיֵתִי דַּרְכְּךָ: הַבִּיטָה שַׁדַּי רִנְנַת שִׂפְתֵי בְּחוֹן כְּלִיוֹתַי חַוְּרִי בְּטֶנִי בְּכָל
מְאוֹדִי עָרֶיךָ אֶחְפַּלֵּל אַהֲה מַחְמִי יְיָ אֱלֹהָי: דַּעַת רְצוֹנְךָ תֵּטִיב גְּהֵה עֲשׂוֹת חֶפְצֶךָ שְׁמָחַת
לֵבָב הִתְוַדַּע אֱלֹהַי אֶל־נַפְשִׁי סוֹד דְּרָכֶיךָ הֲבִינֵנִי: נִגְלֵיתָ זֶה רָב לְחוֹזֵי יְשֻׁרוֹן בְּרוּחֲךָ
הָאָרֶץ אֶת עֵינֵיהֶם תַּעֲלוּמוֹת חָכְמָה מָצָאוּ חִקְרֵי בִינָה בָּאוּ סֶלָה: שִׁישׁוּ יוֹשְׁבֵי אֶרֶץ
עִלּוּ בְנֵי דְבַר רְצוֹנוֹ קֹדֶשׁ גִּלָּה לְרָה אוֹנִים לָנוּ: חָזוּת נוֹרָא שָׁמָעוּ עֲתִידוֹת יָדָעוּ שִׁמְחוּ
בָאֱלֹהִים כָּל נִפְלְאוֹתָיו זַמְּרוּ עֶלְיוֹן בִּשְׁמוֹ רַנֵּנוּ: אֶל מְחִי תְמוּהָה יַבִּיטוּ עֲמָעָמִי מְגָבְהֵי
שָׁמָיו אַרְצָה חַחַת כָּל מַפְעָלָם יַשְׁגִּיחַ סֶלָה: אֶת שְׁבוּעֵי פֶּשַׁע חָקוּ הוֹדֵיעַ פְּקוּדַת חַיִּים
רוּחָם כִּי חִשְׁמוֹר מַעַן יִקְוּ נָצַח: הַלְלוּהוּ כָּל חַי רְחֵם כָּל מַעֲשָׂיו הַלְלוּהוּ בָּאוּרִים חַיְחוֹ־
טָרָף יְצוּרֵי בִינָה בְּבַהֲתִּי חֲמַרְתָּ הַלְלוּ־אֶת יְיָ סֶלָה:

ILLURTRIBUS ET POTENTIBUS

GRONINGAE ET OMLANDIAE ORDINIBUS,

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS, GRATIAM

ET PACEM A DEO OPT. MAX.

PRECATUR

JOHANNES BUXTORFIUS FIL.

Cum magna semper fuerit omnium eorum laus, Viri Illustres et Magnifici, qui humanioribus et politioribus literis ac linguis propagandis operam suam contulerunt; maxima certe jure meritoque debebatur iis, qui sacratioribus linguis, quibus verbum Dei est comprehensum, illustrandis, omnes suas curas et cogitationes impendunt. Quanto enim sanctissimum Dei verbum scriptis humanis praestat et praecellit, tanto praestantius quoque et nobilius est omne illud studium, quod circa ejus illustrationem versatur, quantumvis in speciem vile saepe et perexiguum. *Ego ut vero fatear,* inquit alicubi D. Bernhardus, *jam olim mihi persuasi, in sacri pretiosique eloquii textu ne modicam quidem vacare particulam.* Nec otiosa proin vel supervacanea censenda est illorum opera, qui in minimarum etiam eloquii Divini particularum explicatione solidiore occupantur. Quales inter alios sunt illi, qui vel per Scholia et Commentarios, vel per Lexica et Grammaticos libellos literalem et genuinum Sacrae Scripturae sensum, ex linguarum ipsarum Originalium natura et fundamentis, solerter eruunt et scrutantur. Cum vero hanc ad rem, ex omnibus in hoc universo linguis, nullae majorem praestare possint usum, quam Hebraea et Chaldaea, optime certe omnes illi et suis et aliorum studiis consulere videntur, qui linguis his solidius, seu discendis seu docendis, omnes ingenii sui nervos intendunt. His duabus etenim linguis Sacrae Veteris Instrumenti Tabulae sunt consignatae, his duabus maxime linguis, quicquid uspiam est scriptorum vel librorum Judaicorum, est comprehensum, Et tamen nescio quo iniquo fato nunquam eam felicitatem aut dignitatem linguae istae hactenus assequi potuerunt, ut vel tam necessariae et utiles ac caeterae haberentur, vel pari studio excolerentur. Ad unum vel alterum melioris notae authorem Latinum vel Graecum enarrandum aut recensendum non piget multos, quantum est Latinorum et Graecorum authorum, evolvere, et quicquid ad ejus illustrationem momentum aliquod afferre potest, incomparabili studio et diligentia conquirere et colligere: quotusquisque autem est, qui ad Sacrorum librorum illustrationem idem sibi faciendum putet et priscos etiam Hebraeos consulendos ducat? Et cum foedus iste neglectus atque contemptus universum hoc studium hodie fere occupet et comitetur, tum vero vel maxime Talmudicorum et Rabbinicorum librorum lectionem adeo aeriter invasit, ut perpauci reperiantur ex omni Hebraizantium Christianorum numero, qui eos audire et adire, vel velint vel valeant. Nolo nunc amplissimum illum campum ingredi, ut vel de contemptus hujus causis vel e contrario de Rabbinici studii usu et utilitate in genere prolixe disseram; unum tamen de Talmudico studio in hoc praelopuio non plane intactum a me relinqui, et

ad Patris mei τοῦ νῦν μακαρίτου, et ad meam quoque famam asserendam, pernecessarium esse duco. Nam cum tantum apud multos Talmudis Judaici vigeat odium, ut vel ad solam ejus mentionem perhorrescant, vel omnia promiscue, quae ex eo proferuntur, propter solum ejus nomen condemnent et contemnant, valde vereor, ne vel ipsum statim hujus libri frontispicium, dum LEXICON TALMUDICUM inscriptum vident, vel ejus argumentum, quod post Chaldaicas in Sacra Biblia Paraphrases, magna ex partem Talmudicarum vocum et rerum explicatione versatur, superstitiose eos offendat, Inutilem arbitrabuntur, imo Christiano homini vix dignam operam, Talmudis Judaici non duntaxat lectorem, sed et interpretem agere, atque ad ejus lectionem nostram juventutem tam operose invitare et adjuvare, quod illi potius modis omnibus supprimendum et exterminandum, atque adeo flammis devovendum, vel undis submergendum censent. In promptu hic sunt ipsis gravia praejudicia, quibus illud praegravant; quod nempe plurima contineat absurda, fatua, fabulosa, falsa; multa aperte impia et blasphema contra Jesum Christum et sanctissimam ejus matrem, contra Apostolos et Evangelistas; multa denique haeretica et Christianorum religioni e diametro contraria et repugnantia. Non est instituti mei, Talmudis Judaici patrocinium suscipere, vel per omnia illud excusare: sed hoc duntaxat asserere, non etiam ex omni parte esse damnandum et abjiciendum, multaque utilia ex eo quoque, ut et caeteris Hebraeorum scriptis, in Christianorum usum depromi posse. Et accusationes quidem prolatas quod attinet, nequaquam negamus, multa in eo contineri *absurda, fatua, et fabulosa,* quod ipsimet in hoc et aliis libris passim ostendimus; sed hoc interim etiam sciendum et dicendum, non omnia, quae imperitis talia videntur, esse talia. Prisca enim gens Judaica, pro more omnium Orientalium, arcana mysteria, per figuras et aenigmata, perjucundas et ingeniosas lepidas et graves enarrationes, sigmento et fabulis saepe similes explicabant, ut illis rudiores et simpliciorem plebeculam ad lectionem suaviter allicerent, et istis quasi illecebris artificiose caperent; ingeniosum autem lectorem ad scrutenda et explicanda profunda mysteria, sub specioso cortice latentia, pressius exercerent. Haec apud imperitos, tam Judaeos recentiores, quam Christianos, antiquorum theologizandi et philosophandi modum ignorantes in ludibria et blasphemias convertuntur, quae non intellecta sine judicio potius condemnantur, quam ut cum judicio legantur et considerentur. Quis ignorat Poetas gentiles, etiam gustum Christianismi habentes, Theologiam, Ethicam, Politicam, simili modo tradidisse, quorum tamen libri, ob eloquii venustatem, aliasque virtutes, a Christianis leguntur, imo tanquam pretiosa κειμήλια asservantur, et in Scholis publice praeleguntur? *Impia et blasphema* quod attinet contra Christum et sanctissimam ejus matrem; vel contra Evangelistas et Apostolos; unus est duntaxat liber Talmudicus, De Idololatria inscriptus, qui talia nonnulla continet, qui proinde totus ex editione Talmudis Basileensis, per ejus censores, Marcum Marinum, Italum Brixiensem, et Petrum Cevallerium, Professorem Hebraeae linguae Genevensem, viros quibus inter Christianos tum in his literis doctiores nulli exsiterunt, est exemtus. Deinde verum etiam est, in uno et altero adhuc loco Jesu Nazareni fieri mentionem; sed Judaei eum alium a nostro Christo ejusdem nominis esse volunt, qui centum et decem circiter annis, secundum illorum Chronologiam, ante ipsum vixerit, quod tamen nos contra ipsos ex aliis circumstantiis, alicubi in hoc opere in dubitum vocamus. Proinde ne fraus Judaica imperitiae Christianorum in libris Talmudicis fucum faceret, omnis ista quoque historia ex editione Basileensi est deleta. Loca illa alicubi a nobis sunt annotata non ad stabiliendas et confirmandas Judaeorum blasphemias, sed ad eas detegendas et deplorandam ipsorum malitiam, fraudes et imposturas in lucem producendas. Omnino enim Christianorum interesse videtur et haec ab illis non ignorari. *Haeretica et Christianorum religioni contraria* multa in Talmud reperiri, negari non potest. Constat enim, illos in praecipuis fidei articulis a nobis dissentire. Negant in Deo Personarum Trinitatem; sed de eo nulla peculiaris in toto Talmud contra Christianos est assertio vel dissertatio, simpliciter docentes illud Mosis; *Audi Israel, Jehovah Deus noster Deus unus est,* Deut. 6, 4. In Articulo de Messia similiter errant, quem ipsi credunt venturum, Christiani, venisse. At vero hic et in aliis a Christianis erudiendi sunt et docendi, ut dum eadem loca de Messia accipienda esse simul cum Christianis fatentur, etiam discant et convincantur ab iisdem Messiam istum jam venisse et eum ipsum esse, quem Christiani agnoscunt et colunt. Idem de Traditionibus humanis esto judicium: exemplo Jesaiae et exemplo Christi doceantur, religionem ipsorum esse praeccpta hominum, unde Deus sapientiam sapientum inter ipsos perdidit. Quod si itaque Graecorum et Latinorum gentilium libri hactenus non sunt aboliti, quod fidei et moribus Christianis contraria multa continent, sed inter nos conservantur, ut linguis istis per-

fectius discendis et docendis inserviant, quis jure vitio vertet, eodem modo et fine libros Talmudicos et Judaicos inter nos retineri et ad illorum lectionem juventutem dicendi cupidam, mediis autem et subsidiis hactenus destitutam, omnis generis adminiculis allici? maxime cum ex his turbidissimis licet fontbius subinde aliquid etiam puri ad uberiorem Verbi Dei illustrationem hauriri et proferri queat. Nequaquam enim, quod multi somniant, ita jam a Christianis interpretibus exhausti sunt illi fontes, ut nil sit posterorum diligentiae et solertiae relictum. Plura certe adhuc restant, quam prostant. Sint modo, qui eos adire velint et possint. Utut ergo multae sint inutiles quasi paleae, multi furfures, in Talmud et aliis Judaeorum libris: at omnia, quae in iis traduntur, talia esse credere, praecipitatae mentis est insania. Habent et illi utilia quandoque grana et puram similam: sunt in illis quoque infinita e contrario bona et Christianis utilia comprehensa. Cujus rei testes sunt, Johannes Picus Mirandulae Comes, Johannes Reuchlinus, Sebastianus Munsterus, Martinus Raymundus (cujus compilator fuit Petrus Galatinus) Santes Pagninus, Johannes Mercerus, Emmanuel Tremellius, Angelus Caninius, Joh. Drusius et alii, qui omnes magna harum literarum lumina fuerunt et passim in suis scriptis multa egregia in Christianorum usum ex illis deprompserunt. Sunt enim in Talmud adhuc multa quoque Theologica sana quamvis plurimis inutilibus corticibus, ut Majemon alicubi loquitur, involuta: sunt in eo multa fida Antiquitatis Judaicae collapsae veluti rudera et vestigia, ad convincendam posterorum Judaeorum perfidiam, ad illustrandam utriusque Testamenti historiam, ad recte explicandos ritus, leges, consuetudines populi Hebraei prisci, plurimum conducentia. Sunt in eo multa Juridica, Medica, Physica, Ethica, Politica, Astronomica, et aliarum scientiarum praeclara documenta, quae istius gentis et temporis historiam mirifice commendant. Sunt in eo illustria ex antiquitate proverbia, insignes sententiae, acuta apophthegmata, scite prudenterque dicta innumera, quae lectorem vel meliorem, vel sapientiorem, vel doctiorem reddere possunt et ceu rutilantes gemmae non minus Hebraeam linguam exornant, quam omnes Latii et Graeciae flosculi suas linguas condecorant. Sunt in eo multae vocum myriades, quae vel voces in Scripturae Sacrae usu raras, illustrant et native explicant, vel totius linguae Hebraeae et Chaldaeae usum insigniter complent et perficiunt, qui alioqui in defectu maximo mutilus et mancus jaceret. Sunt denique in eo quamplurima ad infinita Novi Test. loca quoad voces, phrases et historiam insigniter illustranda, maximum momentum habentia. Possent haec singula, quae extremis tantum digitis attigimus, fuse deduci et amplificari, nisi id viris in hac lingua peritis et exercitatis aliunde notum, et passim in hoc quoque opere vivis exemplis jam demonstratum esset.

Quocirca nequaquam vel inutilem, vel non necessariam operam insumpsisse censeri debemus, si nos in Hebraicis et Chaldaicis literis idem, quod ante nos alii in caeteris linguis, Latina praesertim et Graeca, praestitimus; ut videlicet jam nostro labore Juventus Hebraica discendi avida, sine suo labore, non minus ad perfectam illarum linguarum intelligentiam pervenire queat et Hebraeos atque Chaldaeos codices, qui hactenus plerisque Christianis ignoti et occlusi erant, evolvere: praesertim cum tantus hactenus hujusmodi subsidiorum fuerit defectus. Quamvis enim alii ante nos hoc argumentum tractare inceperint, ut Sebastianus Munsterus, Guido Fabricius Boderianus in Opere Regio Hispanico, David de Pomis Judaeus in Italia et Valentinus Schindlerus; tantum tamen abest, ut publico desiderio satisfecerint, sitimque φιλεβραίων restinxerint, ut eam potius vehementius accenderint et adauxerint. Nam praeter infinitos vocabulorum defectus et pravissimas illorum scriptiones et interpretationes, aliosque innumeros errores, hoc in illis desiderabatur, quod in nudis vocum interpretationibus substiterunt, neque illarum usum, vel in diversis phrasibus (qui pro earum varietate insigniter etiam quandoque variat) vel in rebus ipsis, ad vocum et phrasium intelligentiam scitu saepe pernecessariis, ostenderunt. Unum enim idemque vocabulum aliam apud Grammaticos, aliam apud Philosophos, aliam apud Theologos, aliam apud Jurisconsultos significationem nonnunquam obtinet, quae differentia sine exemplorum praxi et rerum quarundam explicatione, dextre nullo modo expediri potest. Qui Rabbinorum libros et loquendi modos recte vult intelligere, eum oportet non solum linguae et vocabulorum sed et multarum rerum consuetudinum, jurium, historiarum, atque adeo etiam nugarum Judaicarum, peritum esse. Quod itaque in aliis hactenus desiderari animadvertimus, id ut in hoc opere suppleretur, strenua a nobis navata est opera. Ita enim in hac materia tractanda versati sumus, ut una cum vocum interpretatione et explicatione, simul in totius linguae elegantiam, in rerum Hebraicarum cognitionem, librorumque Rabbinicorum usum universum studiosus Lector veluti manu ducatur et intromittatur.

Nam *Primo* plenissimum et perfectissimum exhibemus *Lexicon*, seu *Vocabularium*, omnes dictiones continens, quotcunque uspiam in Hebraeorum libris utraque lingua exaratis extant, una cum natavis et genuinis illarum expositionibus et significatis Latinis. In utroque quid supra caeteros Lexicographos praestiterimus, malo Lectorem in usu ipso experiri, quam jactanter hic amplificare. Qui collationem instituere volet, deprehendet innumeras voces a nobis primum, longo usu et assidua Hebraeorum scriptorum lectione,collectas et observatas, quae in caeteris Dictionariis nullibi comparent; infinitas ex iis, quae apud alios quidem extant, sed depravatae et corruptae, restitutas; deprehendet etiam tantam in expositionibus quamplurimis differentiam, ut aliam linguam nos interdum tractare videri queamus. Has enim non ex caeteris vel Judaeorum vel Christianorum Lexicis sine judicio exscripsimus, sed vel ex Hebraeorum Commentariis excerpsimus, vel ex ipsorum locorum consideratione et collatione eruimus, vel denique ex ipsarum vocum origine et etymologia venati sumus, quod cum maxima sua non solum utilitate, sed et voluptate, Lector experietur. *Secundo Etymologici* quoque vicem praestat hoc Lexicon, singulas voces, quantum fieri potest ad primas et veras suas origines referens, de quo ante nos nulli, vel certe parcissime et rarissime, cogitarunt. In Talmud et Medraschim praesertim, plurimae occurrunt voces peregrinae, ex aliis linguis, Graeca potissimum, petitae, sed ita insigniter non raro deformatae, ut vix indicium aliquod nativae ipsarum formae appareat. Has plerasque ad suos fontes revocavimus et orthographiae suae restituimus. Vocum Chaldaicarum ex Hebraeis originem et derivationis rationem, ubique etiam ostendimus et docemus. *Tertio* continetur hic *Phraseologia* copiosissima et selectissima. Vocibus enim singulis ex Targumim sive Paraphrasibus Bibliorum Chaldaicis, ex Talmud et vulgaribus Rabbinorum libris, exempla usum indicantia statim subjiciuntur, sine quibus imperfecta et insufficentia sunt Lexica. Officium namque illorum non tantum hoc est, ut nudas et simplices voces duntaxat Lectori sistant et exhibeant; sed praecipue, ut usum et structuram illarum, pro diversitate phrasium, locutionum, aut materiarum, ostendant et ad aliquid novi scribendum, inveniendum et excogitandum, materiam suppeditent, quod in his linguis a nullo hactenus tentatum, nedum praestitum. Atque in Targumicis quidem exemplis ea methodus est observata, ut secundum vocum accidentia, eorumque ordinem, ut in Lexigis Biblicis, illa sint disposita; in Talmudicis vero et Rabbinicis ea ratio tam accurate observari non potuit; attamen singularis in illis habitus est delectus, ut singula fere exempla aliquid peculiaris vel usus, vel elegantiae, vel doctrinae habeant. *Quarto* enim studuimus, ut simul παροιμιολογίαν et γνωμολόγιαν seu ἀνθολογίαν studioso Lectori exhiberemus. Hinc, quotiescunque fere observare potuimus, vocis aut phraseos alicujus usum, vel in eleganti aliquo adagio, vel gravi et illustri quapiam sententia occurrere, illas prae ceteris, veluti pretiosissimas gemmas et suavissimos flosculos, inseruimus, puae Opus hoc no solum ornarent et illustrarent, sed et Lectori tanto magis commendarent. Quantum ista res momentum habeat ad Orationis alicujus γένεσιν ejusdemque decentem ornatum, ex lingua Graeca et Latina judicium fiat. Sine harum certe cognitione de linguarum ipsarum usu nemo gloriari, de illarum elegantia nemo rite judicare potest. Hic autem si quis adverterit, inveniet in unico hoc libro majorem multo sententiarum et proverbiorum Hebraicorum et Chaldaicorum numerum, quam in universis hactenus editis, et mihi quidem visis, Christianorum libris. *Quinto* denique φιλολογίας hujus sacrae praxis ostenditur, qua ratione hoc genus studii vel ad Hebraeorum authorum utilem lectionem, vel ad Historiae sacrae et prophanae usum, vel ad alia, accomodari queat. Hinc ex occasione unius vel alterius vocabuli aut loci breves saepe sunt institutae digressiones et dissertationes de certis quibusdam consuetudinibus, ritibus, vel de locorum quorundam peculiaribus interpretationibus, vel de aliis variis rebus, ex quibus, qua ratione in Hebraeorum scriptis versari, quidque potissimum in illis observare debeant, studiosi addiscant. Atque haec omnia ita sunt pertractata, ut nullum vocabulum nullumque exemplum sit adductum; nulla sententia producta; summa nihil quicquam dictum, quod non continuo Hebraeorum authoritate et testimonio sit confirmatum: Exempla ex Targumim, quibus in capitibus et versiculis contineantur, indicatur: Talmudica, suos adscriptos habent libros, folia et columnas. Idem observatum in Rabbinicis, quod in nullo alio ante nos visum. Hujus autem rei usus non solum hic est, ut exempla authoritatibus suis confirmentur et ex iis fidelitas interpretationis dijudicetur; sed etiam, ut studiosius lector erudiatur, in quibus libris, et apud quos authores, de hac vel illa materia aliquid reperire queat. Verba enim sunt notae rerum: ubi frequens vocabuli alicujus usus, illic et de reipsa communiter solet agi. Haec autem cuncta et singula ex Hebraeis authoribus eruere, colligere, disponere, describere, ad sua quaeque loca

referre, quanti laboris, taedii, temporis et patientiae fuerit, soli ii aliquo modo novisse possunt, qui similes labores subierunt et experti sunt, satis autem vix quisquam recte expendere. Nullus enim Christianorum hactenus istam viam hac ratione nobis praeivit, vel materiam aliquam suppeditavit, nisi forte in maculis eluendis et erroribus corrigendis, quo ipso plus saepe cursum nostrum retardarunt, quam promoverunt. Hinc factum, ut in tot annos Opus hoc praeter spem et opinionem nostram fuerit protractum. Trigesimus enim nunc annus vertitur, ex quo Pater meus b. m. maximorum virorum suasu et rogatu, primitus hanc telam est orsus, Anno videlicet infelicissimi et literis funestissimi hujus saeculi MDCIX. quam per viginti annos, (quamdiu sc. per fata licuit) immensis laboribus et sudoribus continuavit; ita tamen, ut aliquoties alia intersperserit, sed talia, ex quibus huic quoque nascenti operi subinde aliquid incrementi et augmenti accessit. Et quamvis nihil magis in votis haberet, quam ut huic monumento, in quo magnam melioris suae aetatis partem insumpsit, ipsemet ultimam manum, atque ita huic studio supremum quasi culmen imponere posset, ad quod hoc unicum adhuc subsidium desiderari videbatur; aliter tamen visum est ei, qui de nostris votis et conatibus pro suo arbitrio disponit, DEO OPT. MAX. Eousque quidem ab eo vivente fuit perductum, ut totam Alphabethi seriem perfecerit et absolverit, atque ita sceleton totius operis reliquerit, sed multis partibus mutilum et imperfectum. Nam cum initio hos labores aggrederetur, nequaquam tam completum et diffusum opus, sed brevem tantum Epitomen ad formam Lexici sui Hebraici proponere cogitavit: unde factum, ut ultra dimidium literarum ordinem eam rationem tenuerit et observarit. Cum vero ulterius progrederetur et quid in caeteris Lexicis desideraretur, quaque ratione defectus isti suppleri possent, quotidiano usu et experientia edoctus, magis magisque videret, animus ipsi cum laboribus crevit, perfectum et absolutum systema concinnandi, quod ad omnes authores, omnesque in hoc studio usus posset sufficere. Tum demum exempla copiosius caepit conquirere, Targumicum, Talmudicum et Rabbinicum usum accuratius distinguere, Aruch, quod Lexicon est Talmudicum Judaeorum, sed Christianis hactenus aeque ac Talmud ipsum inaccessum et impervium, diligentius excutere, in loca authorum ipsa inquirere, eademque cum librorum nominibus et paginis adscribere et quaecunque ex assidua lectione nova et notatu digna occurrerent, suis locis addere. Cum autem absolutis ultimis literis, cogitaret praecedentes quoque in eandem formam redigere et caeteris aequales reddere, inevitabili Fati lege, in secunda litera Beth calamum deponere et cursum sistere jussus fuit Anno MDCXXIX. Unde factum, ut et in inextricabili fere confusione et maxima inaequabilitate Opus post se reliquerit. Itaque ne tot annorum immensi labores inutiliter perirent, praecipue vero, ut et supremo Parentis voto, et publico virorum doctorum desiderio satisfacerem, divina fretus gratia, sepositis omnibus aliis studiis et cogitationibus huic uni per aliquot annos totum me consecravi et operi huic perficiendo et perpoliendo omnibus viribus incubui; antecedentes Parentis labores adhuc confusos in ordinem redegi, quae restabant, adhibitis, quae ad manus erant, subsidiis, ad eundem modum et methodum pro virili sum prosecutus. nihilque adeo, quod quidem in me erat, reliqui feci, ut quam absolutissime in lucem prodiret. Fuerunt, qui mihi authores essent, ut ea quae de meo addidi, peculiari charactere vel signo distinguerem: sed in ejusmodi Opere quod infinitis pene additionibus, detractionibus, mutationibus, efformandum et perficiendum fuit, id vix fieri posse videbam, neque etiam multis de causis id consultum fore duxi. Maneat Parenti sarta tecta gloria Authoris: sufficiet mihi, si Editoris haud incommodi laudem promeruero. Fidei certe et diligentiae a me adhibitae testes habeo Deum et conscientiam meam.

Sub Vestro autem patrocinio, Viri Illustres, Opus hoc lucem adspicere et in publicum prodire, non sine gravibus et ponderosis rationibus volui. Prisci mortales, quod aeternum cunctisque venerandum esse voluerunt, numini cuipiam dedicarunt, ut vel religio hominum petulantiam deterreret ab injuria. Exemplum hoc a lucis, a templis paulatim demigravit ad studia, ut si quid novi operis pararetur editioni, celebri cuipiam gratiosoque nomini dedicaretur. Hinc illud Aristidis Adrianei dictum; τους μεν νέως τοῖς θεοῖς καθιερουν, τους δ' ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν. Aequissime sane et rectissime! Quid enim aequius, quam literis eorum virtutem celebrare, quorum gratia et authoritate suus honor, suumque decus illibatum illis constat? quid justius, quam eorum memoriam literarum monumentis aeternitati consecrare, quorum munificentia vivunt vigentque literae? quid denique convenientius, quam literarum illorum nomini Templum dicare, qui literis, ut sancte et intemerate colerentur, templum magnificum erexerunt? Quo nomine Vos, Viri Magnifici et Amplissimi, summo praeconio, quinimo aeterna laude concelebrandi estis. Nam

cum Martiis his temporibus Musae ubique profligentur, Pietas in exilium relegetur Bonae literae opprimantur et intereant; vos contra, ut Pietas constabiliatur, Musae floreant, et Bonae literae conserventur, sapientissime et laudatissime providetis. Hoc quippe fine, ante non ita multos annos, novam ACADEMIAM in urbe vestra GRONINGA munifice fundastis, magnificum aedificium et Musarum Templum in ea exstruxistis, Viris doctissimis et literatissimis, longe etiam lautissimis stipendiis evocatis, tam ornastis et, ne uspiam vestra liberalitas claudicaret, publico etiam hospitio Academico auxistis, in quo, qui tenuioris fortunae essent, vestra benignitate gratiose sublevarentur. Quis hanc Vestram Pietatem satis venerari, vestram hanc Prudentiam satis admirari, Vestram hanc Benignitatem satis deosculari, Vestram denique hanc Munificentiam satis depraedicare possit? Tanta certe haec sunt singula, ut ad ea digne describenda, nedum juste amplificanda, dissertissimorum quoque hominum vis et facultas deficiat, omneque eloquentiae flumen exarescat. Itaque cum et mihi hic verba desint, major laus erit, ut in omnibus rebus magnis, silere quam infra rei dignitatem dicere. Interim ut testatum facerem et me inter illos esse, quos Vestra haec insignis Pietas, Virtus et Prudentia, in amorem et admirationem Vestri rapuit, Illustrissimo Vestro Nomini, Opus praesens, viginti annorum decursu a Patre meo b. m. adfectum, decennali opera a me confectum et in lucem editum humiliter inscribere et dedicare volui, ut vel in eo, quamdiu illud vivet, ILLUSTRISSIMI ORDINES GRONINGENSES inter non postremos ACADEMIARUM CONDITORES ET CONSERVATORES immortali encomio legerentur. Animum mihi ad hanc rem addidit, quod compertum haberem, haec linguarum Orientalium studia inprimis apud Vos, ut in toto Belgio, in honore esset et pretio. Nam ad caeptos hos labores paternos prosequendos et perficiendos, insigne mihi calcar est additum ex vestra quoque Academia, a praecipuis ejus luminibus et columinibus, Viris Venerandis et Dignissimis, D. FRANCISCO GOMARO et D. HENRICO ALTINGO, Theologis celeberrimis, meorumque studiorum olim Heidelbergae et Dordraci directoribus, nunc Fautoribus et Amicis honorandis, qui, ut complures alii, suis quoque literis ad id me serio cohortari voluerunt. Tantorum virorum monita vel ideo non contemnenda mihi esse duxi, quia et ipsi sunt harum literarum et linguarum peritissimi, quod praeter alia profundae eruditionis suae documenta, Venerandus senex D. D. GOMARUS vel nuper satis superque declaravit in LYRA sua DAVIDICA, in qua a temporibus Prophetarum colapsam et per tot saecula sepultam Prosodiae sacrae rationem et artificium, primus ingeniosissime et sagacissime detexit et aperuit. Horum itaque Virorum Clarissimorum in me favore, meoque mutuo erga illos amore, etiam factum, ut tanto magis animo et affectu ad vos ire gestiverim. Quae ergo hactenus Vestra fuit erga literas et literatos percelebris Virtus, erga Deum ejusque Verbum, cujus illustrationi hic noster labor ancillatur, pietas, gratioso quaeso vultu libri hujus Dedicationem, quam veluti Tabulam sacram, pii Parentis manes, humiles, Filii manus, ad excelsam Vestrae Virtutis, Vestrae Pietatis aram, devote appendunt, accipite, atque in tutelarem Vestram protectionem benigne suscipite. Hoc ut a vobis debita observantia et submissione contendo: ita Deum supplex veneror, ut Rempublicam Vestram in pace, Academiam in Flore, Ecclesiam sancta unitate et concordia, Vosque omnes et singulos in laeta tranquilitate et prosperitate quamdiutissime ad suam gloriam et publicum bonum, clementer conservare velit.

Basileae mense Febr. ANNO MDCXXXIX.

IN THESAURUM SACRUM PHILOLOGICUM

REVER. ET CLARISS. VIRI

D. JOHANNIS BUXTORFI,

HEBRAEARUM LITERARUM DOCTORIS SOLERITISS. AFFINIS ET COLLEGAE HONORATISS.

M. LUDOVICI LUCII

ELEGIDON.

Noscere qui cupiat sacri mysteria Verbi,
Nec velit a sensu devius esse sacro:
In vim verborum prius hic inquirat, oportet,
Et phrasin assuescat condidicisse Jovae.
Sunt voces sacrae sacrarum symbola rerum:
Absque his illarum cognitio esse nequit.
Cognitio veri munus est venerabile valde;
Per quod se vere prodit imago Dei:
Nemo sed assequitur facile, nam, quo magis est res
Sacra, magis gravis est, dificilisque nimis.
Ingenii haec celata latet caligine crassa:
Falsorum moles hanc quasi nocte premit.
Quam quia Mortales malunt praeponere luci;
Ignares tot habet Mundus ubique viros.
Ast sapiens ex his tenebris, in lucis apricum,
Philologus verum ducit, et arte probat:
Philologus, cui res curae, pia grammata cordi;
Aurum, qui, puantum distet ab aere, docet.
Qualis, Buxtorfi, *vir es admirandus in aevum;*
Qui Linguae sanctae cognitione vales,
Adque hanc Discipulis dux es: quos voce fideli
Instituens, veri pellis inire viam:
Ac res diversas recta ratione coaptas,
Verbaque cum rebus consona cuncta facis.
Dum Paraphrastarum sacrorum sensa racludis;
Et Rabbinorum dogmata versa notas.
Naturae bona dona tuae quis dicere possit?
Indefessa canat quis meditata tibi?
Quae tibi si soli tantum retinere placeret:
Utilitas tenuis, gloria parva foret.
At nunc non defossa tenes tibi credita dona;
Omnibus expendis, qui modocunque petunt.
Nil equidem puerile doces: aperire laborans,
Sensa quibus pateant, mystica verba Dei.
Sic, quae nunc stolidis spreta est sacra Lingua diebus,
Incipiet, duce te, rursus amore coli.
Sic tibi devinctos reddes Pietatis alumnos:
Gloria sic constans stabit ubique tibi.
Sic te, qui tua committis bona semina multis,
Ceu Solem, faciet lumen habere Deus.
Hic-idem, precor, hunc vertat feliciter annum;
Atque a Te clemens arceat omne malum!
Augeat ille tuas vires, ac dona docendi;
Viventem placide servet et ille diu!

Postrid. Natalis Domini, inchoantis annum 1639.

אֵלִידוּ עֹלָה שְׁמַיִם לֹא חָדַל
הֵיוֹת בָּאָרֶץ בֶּאלִישָׁע רוּחוֹ גָּדַל:
וְרַבֵּינוּ יוֹחָן בוקש"דורף יָהּ שָׂלָקָחוֹ
בְּכָרֶב בֵּן יָחִיד חַן עָתָה חַי רוּחוֹ
אֲשֶׁר מוֹרָה בְּלָשׁוֹן קֹדֶשׁ בָּעִיר בז"אל
סִלְסֵד דִּבְרֵי תּוֹרָה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל:
וְהִנֵּה זֶה סֵפֶר בוקש"דורף הָאָב חִבְּרוֹ
בְּיָמֵינוּ הוֹצִיא בֵּן נָחָמָד וִיקָרוֹ

מְפָרֵשׁ בּוֹ תַּרְגּוּם כָּחוּב בִּלְשׁוֹן כַּשְׂדִּים
וְחָכְמַת רַבָּנָן גַּם חָכְמַת תַּלְמוּדִיִּים.
וְעַתָּה פֹּה קְרֵבִי שְׁתוֹרַת חָפְצֵיכֶם
קְנוּ נָא הַסֵּפֶר הַמֵּאִיר עֵינֵיכֶם:
וְאַתָּה אִישׁ גָּדוֹל מוֹרֵת סוֹד בַּחוּרִים
אַחוּבִי עָמַלְתָּ תֹּאכַל מַעֲבוּרִים
רְאֵה בְּשָׁלוֹם צִיּוֹן גַּם בְּבָנֵי בָּנֶיךָ
תְּחִי בְּרֵכַת שַׁדַּי לָעַד אֵת פָּנֶיךָ:

JOH. JACOBUS WOLPHIUS,

LING. HEBR. ET GR. IN SCHOLA TIGURINA PROFESSOR.

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM.

א[1])

אאזדך Haec vox in lexico talmudico Aruch prima est propter duo א, a quibus incipit. Adducitur autem non tanquam vox significativa, aut cujus significatum explicare sibi autor lexici proposuerit, sed propter controversiam, quae de ejus scriptione in Gemara a doctoribus talmudicis movetur. Disputant enim, an qui duas literas in sabbatho scribat, peccet propter violatum sabbathum. Traditio proponitur talis: תכותב שתי אותיות בין בימינו בין בשמאולו בין משם אחד בין משתי שכות בין משתי סימניות בכל לשון חייב, i. e. „scribens (in sab.) duas literas sive dextera sive sinistra, sive ex uno vocabulo, sive ex duobus, sive ex duabus signaturis in quacunque lingua, reus est", sc. violati sabbathi. Schab. f. 103, 1. De sensu huius traditionis doctores in Gemara disputant. Rabbi Jehuda statuit, si quis scribat duas literas, quae aliquod separatum nomen aut vocabulum constituant, veluti שש, תת, וד, aut similes, is reus est violati sabbathi. At si quis scribat duo Aleph vocis אאזדך, quidam opinatur, eum non fieri reum, quia duo Aleph nihil per se significant. At R. Schimeon distinguit ac dicit, si scribat duo Aleph בגלטורי „in amuletis ac schedis magicis" tunc peccat. In amuletis enim duae istae literae aliquid certi significant, veluti אמן, אמן amen, amen, vel possunt denotare duo nomina angelorum, aut nomina divina אדני אלהים, aut simile aliquid, prout voces multae in talibus pergamentis nudis initialibus literis scribi solent, ad tegendas magicas aut superstitiosas artes. Glossa talmudica vocem talmudicam גלטורין explicat per vulgatam rabbinicam קמעין. Et sic in Ar. Est autem קמע „amuletum", scheda membranacea, magicis literis et characteribus, ac superstitiosis vocibus conscripta, ac de collo suspensa ad abigendos morbos aut alia mala. Aut. Ar. ergo non explicat vocem אאזדך, sed vocem גלטורין. Quid autem אאזדך sit, adhuc quaerendum, In Talmud etiam non explicatur, et praeterea non per ז, sed per ד in medio scribitur, אאדדך. Falsi ergo sunt, qui hanc vocem idem volunt esse, quod גלטורין sive קמעין, amuleta, chartas experimentales, brevia, schedas

---

[1]) א Hebraeis et Chaldaeis, ا Syris, ا Arabibus prima litera Alphabeti est et arithmetica nota *unitatis*. Id ad opus nostrum quoad pertinet de ea litera notandum: I. Chaldaei eam pro ה servili usurpant sive ad indicandam formam „hiphil" et „hithpael", sive ad declarandum genus, sive ad designandam personam vel rem gnotam pro ה articulo emphatico v. g. a בחל hebr. fit הַבְחִיל et הִתְבַּחֵל chal. אַבְחֵל et אֶתְבַּחֵל; a מלך *rex* hebr. מַלְכָּה chald. מַלְכָּא *regina*, הַבְּעֶר chald. עַסְרָא *dthuculum illud*. In fine item pluralem numerum generis masculini format interdum: ut a מלכא fit מַלְכַיָּא reges. In medio verborum quiescentium in Ainpoal constituit participium praesens: ut דאין *judicans* a דָּן, תָּאִיב *revertens* a שׁוּב reversus est. II. Nominibus praefixa litera א apud Talmudicos reperitur loco אל *ad, super,* על *praeter, prope, secundum,* עד *contra, usque, donec* v. g. אלבא „ad cor", אבב „ad ostium", אורישא „super caput"; אמאי „cur, quare", pro על כמאי „secundum quam rem", אגב, איידי (vocabula, quibus talmudici utuntur ad indicandum aliquam rem nullius momenti per se, sed ea de causa doceri, quoniam de alia re simili sermo est) pro על גב „super tergum" i. e. quasi „in tergo ejus fertur" על יד „per id"; אדושור pro עד דושור „quod pertinet ad Deuter"; אדתני pro עד דתני „dum docet". III. Vocabulis peregrinis a duabus consonantibus incipientibus „alpha prostheticon" praefigitur ad elevandam pronuntiationem: ita a σχολή vel a voce „braccae' fit אסכולא, אברקין. Interdum vocabulo peregrino aspiratae literae inchoanti ס praefigitur et tum demum א: ut a φάρμακον fit אספרמקין. Invenitur vero et ante voces una consonante inchoantes; ita a nomine „Magus" dicitur אמגושי. IV. Caret saepe ubi etymologia eam postularet, quod praec. in Talm. hiφr. reperire potes v. g. נן, דמר per apharesin pro אנן „nos", דאמר „dixit enim". Id longe plurimum apud nom. propr. fieri solet: בן, ר' לעזר, pro ר' אלעזר ר' אבון. In Talm. bab. autem tum demum א abjicitur, si ב ei antecedat et litera labialis ב, פ, מ eam sequatur: sic pro רב פרם, רב אמי per syncopen dicunt רפרם, רמי. V. Ponitur litera א pro h lat. vel spirito asp. graec. אספניא *Hispania*, אדריאנוס Hadrianus.

membranaceas, aut quo alio nomine vocari possint[2]. Puto ego non esse vocem peregrinam, sed vocem biblicam exempli loco adductam, nempe אאזך Jes. 45, 5.

אֵאוֹרָא[3] Haec vox est secunda in ordine literae א in Ar. posita, itidem propter duo א, a quibus incipit. Apud tal. autem scribitur אוירא. V. in אור.

אָב „*Abh* sive *Af*", nomen mensis quinti, qui a novilunio Julii nostri incipit, ipsique in ordine respondet, a Martio incipiendo, qui primus mensis ratione sacrorum Hebraeis a Mose institutus est, Ex. 12. Hinc in Targ.: על די פסקו למסק בחמשא עסר יום באב „eo quod cessarunt exire (ad festa) decimo quinto die in Af", Thr. 1, 4. Item באב לא „in Julio non", quia in eo cessarunt mortui deserti, Esth. 3, 7 in sec. Targ.; וההיא ליליא תשע יומין באב הוה „ista autem nox nono die mensis Julii fuit", Thr. 1. 2.

אָבַב *fructum producere.* Part. די באבל מאבבא quae in principio fructus producit Hos. 9, 10.

אִבָּא *fructus, proventus:* Pl. emph. בִּירַח מֵיסַק אִבַּיָּא „in mense collectionis fructuum", Hebr. בירח בול, „in mense Bul", qui est mensis VIII. I. Reg. 6, 38. Bul hic mensis nomen est, alias etiam est „fructus, proventus".

אֶבָּא[4] et dagesch resoluto in נ, אנבא *idem*: וְאַחֲזִיאוּנוּן יַת אֶבָּא דְּאַרְעָא „et ostenderunt ipsis fructum terrae", Hebr. את פרי הארץ, Num. 13, 27. Sic פרי, quando cum ארץ vel אדמה jungitur, plerumque transferri solet, ועבדו פרי אבא „et fecerunt fructum proventus". Hebr. תבואה Ps. 107, 37. ואבא דארעך „et fructum terrae tuae", Deut. 7, 13. 28, 18; ובאבא דארעך „et in fructu terrae tuae", Deut. 28. 11; וְאַיְתִי קַיִן מֵאֶבָּא דְּאַרְעָא „et attulit Kain de fructu terrae" Gen. 4. 3; ובכל אבי תלשא „et omnem proventum meum evelleret"; Hebr. תבואתי Job. 31, 12; אבכן תצלחון „fructum vestrum prospere feretis", Ez. 36, 8; יהי כל אביה קדיש „erit omnis fructus eius sanctus (Jonathan אנביה) Lev. 19, 24; et sic ובדרו אנבה „et dispergite fructus eius", Dan. 4, 11; ואנבה שגיא „et fructus eius plurimus est", Dan. 4, 9; ותתן ארעא אבה „et dabit terra fructum suum" Lev. 25, 19; וְיֵיכְלוּן אֲבָהָתְהוֹן „et comedent fructum earum", Jes. 65, 21. Amos 9, 14; ואכולו אבהן „et comedite fructus ipsarum", Jes. 37, 30. — Apud Talmud: מן אבו של אילן „a fructu arboris", Bab: K. f. 81, 1. Sic Gl. מפריו כלומר מענפין הדקין „ex fructu eius", hoc est, ex ramis tenuioribus. B. Ar. in תב secundo legit מתוכו et explicat מענפין בצדדין שמכחין האילן „a ramis qui sunt in lateribus, qui tegunt arborem". Huic lectioni favet, quod apud Syros חבובא Act. 28, 3. et חבתא 1. ad Cor. 3, 12 in simili significatione reperitur.

אָבִיב, אֲבִיב *arista spica;* meton. „grana aristae", ut ארי סעריא אביב „nam hordeum erat spica", i. e. spicatum, excreverat in spicam, Ex. 9, 31; אביב קלי בנור „spica tosta igne", Lev. 2, 14. Hinc est mensis Martii nomen, qui alias ניסן dicitur, quod tunc hordeum legitur fuisse spicatum, quasi „mensis spicarum", Exod. 9, 31; Chald. dicitur אביבא ut אתן נפקין בירחא דאביבא (hodie) „vos exitis in mense spicarum" (sive Martio), Ex. 13, 4; לזמן ירחא דאביבא „ad tempus mensis Abbiva", ארי בירחא דאביבא וגו' „nam in mense Abbiva"[5] etc, Ex. 34, 18; נַטֵּר יַת יַרְחָא דַּאֲבִיבָא „observa mensem Martium", ut facias Pascha; nam בירחא דאביבא „in mense Avif" eduxit te Deus ex Aegypto, Deut. 16, 1.

אַבָּא *saltus, silva,* talmudice in illo proverbiali, כציה וביה אבא ניזל ביה נרגא „ex ipsa est, et in ipsam silvam redit securis", Synh. c. 4 in fine. In eos usurpatum, qui suis unde orti, damno et exitio sunt. Sic David ex Rutha Moabitide ortus, Moabitas perdidit, Obadias Edomaeus, Edomaeis exitium denunciavit. Vide apologum in fab. Aesopi de silva et rustico. Sic רב אשי הוה ליה אבא בשלנייה R. Assi erat silva in Salania; Gl. אבא i. e. יער, Moëd K. f. 12, 2. Quod Ar. etiam pro „salice" explicat, id hodie in Gemara l. c. non legitur: אבא דחדרתא „silva sorbo arbore consita."

אַבּוּבָא[6], אֲבוּבָא *organum, instrumentum musicum ecclesiae sacris potissimum destinatum.* Sic respondet Hebr. עוגב. It. *fistula, tibia,* pro Hebr. חלל ut ויתקן לקל אבובא „et laetabuntur ad sonum organi", Job. 21, 12. Cum servilibus ab initio זמר כנורא ואבובא „pulsationem citharae et organi", Gen. 4, 21; בתודתא באבובא „cum carmine laudatorio in organo", Jes. 30, 29. Cum affixo pronom.: וַאֲבוּבִי אִתְהֵיל לְקָל בָּכְיָן „et organum meum assimilatur voci lacrimantium", Job. 30, 31. Pl. nu-

---

2) אא Arab. أأ producto spiritu elatum, est particula vocantis eminus et vociferantis. „Heus, O". II. increpantis III. deridentis „hui, vah". Ad sententiam Mussafiae et Judaei hac voce utebantur ad imponendum silentium multitudini, qua de causa R. Schimon reum esse opinatur, qui duo א scribit. V. גלשחין.

3) Persice dici scribit Ar. quidquid juxta vel supra aliud ordine ponitur, peculariter lateres. Convenit nonnihil Persicum أجل „tegula, imbrex."

4) Syr. ܐܒܐ fructus, impr. quibus nulli sunt cortices, *ὀπώρα*, germ. Obſt. Dicitur autem, ut heb. אב atque arab. أنبوب et de gramine et quidquid viroris terra producit, ut „pabulum et calamus".

5) Ita et Arabibus hic mensis شهر الغربيل est i. e. *mensis granescentis segetis* Syrisque ܢܝܣܢ ܡܘܫ *mensis florum*. Nomen ניסן vocali longo loco dagesch in נִסָּן (quae lectioni *νίσσαν* per duplex σ in Ant. Josephi Lib. III c. 10 magis favet) huic mensi a Chaldaeis impositum (Thalm. hier. Rosch hasch. c. I.) ad etymon נס *bellica signa s. vexilla* referendum est, uti Martius mensis apud Romanos ad Martem, quoniam illo mense militaria signa solebant primum emittere (II. Sam. 10, 1).

6) Autor noster ab أنبوب „calamus" trahit originem. Est igitur significatio primativa „instrumentum musicum e. frugum calamo confectum." Mich. vero vocem ad ܐܒܒ „vociferatus est" referendam esse putat. Aliis veluti Kimcho radix est בוב. Satis bene autem arguit Gesen. radicem esse נבב *excavare* ut Hebraeorum חלל a חלל „vacuum." Itaque ejusdem radicis est ut arab. أنبوب in quo ب servatum est, cui consonat „ambubaja" lat. mutato n ante labialem b in m.

merus: כזמר אבובין „sicut musica organorum, vel cantus tibiarum", Hebr. כחללים, Jer. 48, 36, Ez. 33, 32, Hebr. כשיר ענבים. Cum servili: בחלילין ואבובין „cum tibiis et organis", Ps. 150, 4. Hinc Horatii interpretes deducunt illud Sat. 2. Lib. 1 „ambubajarum collegia", quod ambubajae fuerint *αὐλητρίδες* tibicinae, mulieres vagae et viles, tibiarum cantu se alentes. Ab hoc Chaldaeo vel Syro Abbubha, interposita litera m, ut in „ambire, ambages, ambarvales", et simil, fit „ambubaja", tibicina. Apud Rabbinos: פתח בחליל וסיים באבוב „incepit a tibia et finivit in fistula". Differunt enim tibia et fistula, unde apud Plinium: „hic calamus tibiis utilior, ille fistulis". אבוב לחרי זמר לגרדאי לא מקבלות מיניה „Tibia vel organum apud homines nobiles est musica vel melodia (suavis scil. et jucunda) apud textores (id est, homines plebejos et ignobiles) ingrata", Joma f. 20, 2. Afferebat nempe Rabbi quidam expositionem aliquam pro concione; reprehensus super ea ab alio, respondit ei: אבוב לחרי זמר וכו' q. d. „Hanc ipsam expositionem multoties coram magnis et principibus viris in medium protuli, nec unquam a quoquam rejecta aut sugillata fuit; nunc, cum eam coram te, qui illis neutiquam es comparandus, profero, a te reprehendor". In hunc sensum exponitur a Glossatore talmudico. Item אבוב של נחשת „*fistula aerea*" אבוב של ברזל „ferrea" אבוב של קנה „ex calamo". Vide de hoc vocabulo Maimonem in Com. Misn. Erch. c. 2, s. 3.

אֲבוּב *vas aereum* vel *fictile hinc inde perforatum, ut perspirabile esset,* quo אביב „aristae recentes sive grana aristarum recentia, sole non satis cocta et exsiccata, torrebantur". Apud Talm. נתנוהו לאבוב ואבוב היה מנוקב כדי שיהא האור שלים בכולהו „posuerunt eas (aristas vel fruges) in sartaginem, fuitque sartago ista perforata, ut ignis (vel calor) penetraret undique", Menach. c. 6, f. 66, 1. Gl. addit, fuisse vas illud ex aere. Alibi legitur, fuisse etiam fictile, מהורים שבכלי ואבוב של חרס „munda vasorum fictilium sunt" etc., קלאים „et sartago tostarum spicarum", Kelim c. 2.

אָבוּב[7] *avis* nomen, pro Hebr. אנפה, quod „milvum" reddunt, Lev. 11, 19; Deut. 14, 13. In Jonathane et Targ. Hier. ponitur pro Hebr. איה quod „picam" interpretantur.

אבוב רועה *fistula pastoris.* Herba est, quae alias vocatur apud Talmudicos חומרא דרעיא *„virga pastoris".* Scribitur et per א in medio אבוב רואה. In libro de sabbatho, רשותין אבוב רואה[8] „et bibunt fistulam pastoris", i. e. potum de ista herba confectum, Schab. c. 14, f. 109, 2. Maimon. notat Arabice vocari עצאלרעי.

אֲבֻבִית *horror, horripilatio* (juxta Munsterum) *In Ar. videtur omnino pro frigore accipi.* Citatur ex Ber. Rab., s. 19, ubi hodie in ejus sectionis principio pro eo legitur, חככים באה עליו „omnis generis scabies invasit eum", a חכך „scabere". Et hoc pravum videtur pro חככית, cum qua lectione recte convenit sequens באה. Pro hoc alibi legitur, ונכנסה בו חמה ואכאבית „et invasit eum calor et frigus"[9] sive „scabies pruriens", Ber. Rabba 9 s. 53. Hunc locum adducens Ar., scribit עבעבית. Aliam insuper lectionem adducit, עועית. Haec sine dubio ea est, quae extat in Midr. Koh. c. 1, 8. חמור עויית עליו גמל עויית עליו „an vidisti unquam asinum epilepticum aut camelum epilepticum". עויית morbus est, quo pervertitur et contorquetur corpus, ut in epilepticis, שנתעוות שנתעקם ידו ut habet Glossa. In Jalk. p. 1, f. 27, col. 2, scribitur ועכעבית.

אבנגוסטו vide infra in אוג.

אָבַד *perire, interire,* Praeter. ובליליא אוחרניא אבד „et nocte altera perit" Jon. 4, 10. ארי אבדת מצרים „nam periit Aegyptus, Ex 10, 7 איך אבדת „quomodo periisti", Ez. 26, 17. אבדו עממי מארעיה „perierunt populi ex terra sua", Ps. 10, 16. ואבדו מתוך קהלה „et perierunt ex medio coetu", Num. 16, 33. וַיֵּת דַּאֲבַדוּ לָא בְעֵירְתּוּן „et eas quae perierunt, non requisivistis", Ez. 34, 4. ואבדא אתניא „et perierunt asinae", 1. Sam. 9, 3. אתניא דאבדא „asinae quae perierunt", 1. Sam. 9, 20, וי לכון מואב אבדתן „vae vobis Moab, periistis", Num. 21, 30. אבדנא לנא „periimus", Ez. 39, 11. Part. praes. אבד בצדקותיה „periens in justitia sua", Eccl. 7, 17. מלטול דאבדן „migratione eorum qui pereunt", pereuntium, perditorum, Jer. 12, 17. vel est tertia pluralis cum Nun parag. Infin. ארי מיבד תיבדון בפריע „nam pereundo peribitis cito", Deut. 4, 26. למיבד נכסיא ut pereant facultates Eccl. 3, 6. Cum א parag. עתידא למיבדא „futurum est ut pereat", peritura est, Ex. 10, 7 in Jonath. Fut. עד דתיבד בפריע „donec pereas cito", Deut. 28, 20. סהדא דכדבותא יאבד „testis falsitatis peribit", Prov. 21, 28. וְסִבְרָא דְרַשְׁיָיֵי נֶאֱבַד „et spes improborum peribit", Prov. 10, 28 quod est cum נ ab initio loco י more Syro. Sic cap. 19, 9. וייבד כל בית אחאב „et peribit universa domus Achabi", 2. Reg. 9, 8. רגוג רשיעי תיביד „desiderium improborum peribit", Ps. 112, 10. ותיבד חוכמתא מחכימיהון „et peribit sapientia de sapientibus ipsorum", Jes. 29, 14, לא כען ניבד „ne jam pereamus", Jon. 1, 14, כן תיבדון „sic peribitis", Deut 8, 20. ותיבדון בפריע מעל ארעא „et peribitis cito de terra", Deut. 11, 17. וְאַתָּן אִנּוּן לְעַלְמָא יֵיבְדוּן „etiam ipsi in aeternum peribunt", Num. 24, 24. עַד דייבדון „donec pereant", Deut. 7, 20. ויבדון אנשי ריגך „et peribunt viri litis tuae", i. e adversarii tui, Jes. 14, 11. Pahel: וַאֲבַּד מְנָהּ מַשְׁרְיָן סַגִּיאִין „*perdere.*" Praet „et perdet ex ea exercitus multos", Jer. 51, 55. ואבד חזקיה אבוהי „quas perdidit Chiskia pater eius", 2. Reg. 21, 3. ואבדת ית כל זרעא „et perdidit universum semen regium", 2. Reg. 11, 1. ארי אבדנן „nam perdidit eos rex Syriae, 2. Reg. 13, 7. ואבדנון יי' „et perdidit eos Deus" juxta diem hunc, Deut. 11, 4. אבדית ית עמי

---

7) *ἶβις ιος* v. *ἴβεως ἡ, ibis,* avis ad familiam grallarum pertinens. Vide annotata nost. ad דייתא in דיה.

8) Aliis „calamus aromaticus aliis vero, qui propter lit. אבוכראה א legunt, est asarum". Maimonidi est arab. عصا الراعي

9) Nomen ab *ἐκκαίω* „exardesco" formatum, ita enim קור וחום „frigus et calor" imitandorum vocabulorum causa in Ber. rab. 84 per חמא חכאכית *χεῖμα, ἐκκαίω* reddunt. Potest quoque esse חכאכית per metathesin pro כחאכית *καχεξία debilitas corporis.* אבבית nonnullis est grace *ἀΐω* spiro.

perdidi populum meum", Jer. 15, 7. ואבדתין „at perdiderunt eos", 2. Reg. 19, 18. מיבדא גרמין „perdit ossa", Prov. 12, 4 per commutationem א in י. Part. מְאַבְּדִנִין et perdit eos", Job. 12, 23. Pl. מְאַבְּדִין מְאַבְּדִין „qui perdunt et dispergunt", Jer. 23, 1. אבי עם מאבדי עצה „nam gens perdita consiliis" tu es, Deut. 32, 28 Infin. לאבדא תאבדון „perdendo perdetis", Deut, 12, 2. לאבדא בעלא „ad perdendum cultores Baal", 2. Reg. 10, 19. ולאבדא „et ad perdendum", Jer. 1, 10 et c. 18, 7. Fut. וַאֲבַדְנָךְ מן מדינתא „et perdam te ex terris", Jer. 25, 7. תאבד ממללי כדבותא „perdes loquentes mendacium", Ps. 5, 7; תבאדון, ut paulo ante ad Infin. Aphel הוֹבַד, אוֹבַד „perire et perdere". Praet. ושיזבותא הובד מנהון „et liberatio periit ab illis" Hebr. אבד Job. 11, 20, Ps. 142, 5. Job 4, 7 et 18, 17. ותובדתא רשיעא „perdidisti improbum", Ps. 9, 6. הידין הובדית בסנוני „tunc perii in afflictione mea", Ps. 119, 92. דהובדית מן בית נשי „sicut perii ex gynaeceo meo", Esth. 4, 16. והשיזיבו חמש מאה גוברין „et perdiderunt quingentos viros", Esth. 9, 6· הא כבר הובדן „jam perierunt ex mundo", Eccl. 9, 6. הובדו זמיתוי „perierunt cogitationes eius", Ps. 146, 4. Part. דיי מוֹבִיד מן קדמיכון „quos Dominus perdit e conspectu vestro", Deut. 8, 20. מוביד מלית „perdit facultates suas", Pr. 29, 3. Infin. לְהוֹבָדָא ית כל יהודאי „et perdere omnes Judaeos", Esth. 3, 13. בעא לאבדא „quaesivit perdere", Deut. 26, 5. Cum affixis. לאובדותנא „ad perdendum nos", Jos. 7, 7. להובדותהן „ad perdendum eos", Esth. 4, 7. לאובדיהון idem, Deut. 7, 10. 2. Reg. 24, 2. ולהובדיהון „et ad perdendum eos", Esth. 9, 24 Fut. כדין אוביד „sic peribo" ex vita mundi huius, Esth. 4, 16. אוביד קריא „perdam civitates", in quibus habitant, Jer. 46, 8. ואובד מנהון קל ביע „et perdam ab illis vocem laetitiae", Jer. 25, 10. ואובד ית אנשא „tunc perdam hominem istum" e medio populi sui, Lev. 23, 30. בניהון מארעא תובד „filios ipsorum de terra perdes", Ps. 21, 11. ותוביד ית שמהן „et perdes nomen ipsorum", Deut. 7, 24. ותהובד מעיקי נפשי „et perdes omnes hostes animae meae", Ps. 143, 12. ותובדנון בפריע „et perdes eos cito", Deut. 9, 3. יוביד סבריה „peribit spes eius", Pr. 11, 7. היכמה דאריא יהובד „sicut leo perit", Job. 4, 11. ויובר שמיה „peribit nomen ejus Ps. 41, 6. ויוביד שארא דבית יהודה „peribit residuum domus Judae", Jer. 40, 15. ויובר משזיב „et perdet evasorem" ex urbe populorum, Num. 24, 19. עד דיוביד יתך donec perdat te, Deut. 28, 51. וסבר מדילטור תהובד „et spes delatoris peribit", Job. 8, 13. וארתתהן דרשיעי תהובד „via autem improborum peribit", Ps. 1, 6. ומטעֵי דְסַכְלֵי תּוֹבְדְנוּן „error autem stultorum perdet ipsos", Pr. 1, 32. ית כל צלמי ולא נוביד „et non pereamus", Jon. 1, 6. מתכתהן תובדון „et omnes imagines fusiles ipsorum perdetis", Num. 33, 52. ותובדון „et perdetis", ib. ותאובדון ארחא „et pereatis in via", Ps. 2, 12. לעלמא יתובדון „in aeternum peribunt", Job. 4, 20. ויהובדון מן קדמך „peribunt a facie tua", Ps. 9, 4. דיובדון נגיסת ילחתי „ut pereant qui sunt de cognatione mea", Est. 8, 6. Itphehal, Part. תְּעִית הֲיִיךְ עָאן דְּמְתְאַבֵד „erravi sicut ovis perdita", pro דתתאבד Ps. 119, 176. Ex hac forma possit et illud legi, יְתְאַבֵּד לבא דמלכא „peribit cor regis", Jer. 4, 9. Nam in Hebraeo est יאבד, sed libri habent יתבר „frangetur".

אוֹבַד, הוֹבַד *perditio:* ובאובדהון נסגן צדיקי „et in perditione ipsorum multiplicantur justi", Pr. 28, 28. והיבר נפשתא „et perditione animarum", Esth. 9, 5.

אֲבַדְנָא, אוּבְדָנָא, יְקִבְדָנָא *idem* ולית תושבחא לבית אבדנא „et non est operimentum domi perditionis", Hebr. לאבדון Job. 26, 6. בי אבדנא ומלאך מותא „domus perditionis et angelus mortis", Job. 28, 22. עד אבדנא תגמיר „usque ad perditionem consumet" Job. 31, 11. עם נחתי גוב בית אבדנא „cum descendentibus in foveam domus perditionis" Ez. 31, 16. שיול ואבדנא „sepulcrum et perditio" Prov. 27, 20. Haec melius scriberentur per ¯ vel ¯ ab initio, quia forma primaria est אִיבְדָנָא vel אוֹבְדָנָא unde קשמך בבית אובדנא :אבדנא „veritas tua in domo perditionis", Ps. 88, 12. שיול ואובדנא sepulchrum et perditio", Pr. 15, 11. באובדנא דסניקי „in perditionem hostium meorum", Ps. 92, 12. וביובדנא דרשיעי תהותא „et in perditione improborum est laetitia, Pr. 11, 10. ויהון עד עלמא לאובדנא „eruntque in perpetuum in perditionem", Num. 24, 24 in Jon.

אֲבֵדְתָּא, אֲבָדָא *perditio, res perdita vel amissa.* על כל אבדתא „super omnem rem perditam", Ex. 22, 8. או אשכח אבדתא „aut invenerit rem amissam", Lev. 5, 22. 23. De rebus perditis vide Maim. p. 4. in הלכות גזלה ואבדה. Notandum hic, quod scribunt expresse, prohibitum esse Christiano reddere rem amissam, B. Kama f. 9, 2. 113, 2. R. Bechai f. 112, 1. Chosen hammischpat f. 127, Ammude golah num. 25, 11 Kolbo p. 93 Maim. d. l. c. II. In Tzeror hammor autem docetur ex Talm. Hier. restituendam esse propter sanctificationem nominis divini, et ut pax conservetur inter Christianos.

אִבּוּד *perditio.* הלך לאבוד „ivit ad perditionem" i. e. periit, interiit, Rab.

בֵּי אֲבִידָן [10] *domus perditionis, domus perdita,* vel *quae pereat.* Sic vocarunt olim „scholas haereticorum i. e. „Christianorum", in quibus docebant et explicabant Evangelia et libros fidei Christianorum, disputabantque contra Judaeos. Id apparet ex Talm. Schab. f. 116, 1 ubi legitur: רב לא אזיל לבי אבידן כ"ש לבי נצרפי „Raf non ivit in domum Abhedăn, multo minus in domum nitzrephe. Glossa בי אבידן vocarunt locum, in quo disputabant cum Judaeis, ex libris suis; בי נצרפי domum conflatilium imaginum, id est, templum, in quo idolis serviebant. בי est pro בית per apocopam tal-

10) Apud Arabes verbum أَبَدَ אבד significationem habet hebraicae contrariam *substitit, perennavit* et in II. forma *perennem fecit* s. „aeternitate donavit" unde أَبَدٌ contrar. heb. (ע arab. hebr. in י mutato, ut quiescere possit post chirek) *perditio.* Ob hanc ambiguitatem significationum illum locum, quo in fide perseverantes aeternitatem sibi comparavere, ut arab. significatio vocabuli est, alii autem, ut heb. significat vox, ad perditionem ivere בי אבידן בי أَبَدٌ appelabant. Quod apud nonnullos lexicographos sub nomine Castelli invenitur אבידן esse pers. אבאדן „locus congregationis" in Castelli operibus reperire non potui.

mudicis frequentissimam. V. in Avoda sara f. 17, 1 in glossa marg. Per libros ex quibus disputabant intelligitur liber Evangelii ut apparet ex sequenti textu ibidem: ר' מאיר קרי ליה און גליון ור' יוחנן קרי עון גליון „R. Meir vocavit istos (libros) Avengiljon et R. Jochanan vocavit eos Havongiljon". Haec verba habentur in Talm. Veneto, sed in Basileensi expuncta. Apparet id etiam in Aruch Veneto, et Compendio talmudico עין ישראל denique etiam ex Aruch Basileensi, in quo principium duntaxat adducitur און גליון, mutile et sine explicatione. Ut vero malitiam suam tegant, ajunt אבידן esse nom. propr. viri, quod extat Num. 1, 11, a quo appellatio petita sit, a judicando scil. et disputando, quasi a דן. Alibi: מ"ט לא אתית לבי אבידן „quare non venisti in domum Avidan?" Schab. f. 152, 1. Glossa: Locus fuit, in quo disputabant Tzaducaei et Bajotosi cum Israëlitis de Sacris Scripturis.

אֲבִידָלִי[11] *vox est peregrina et nomen proprium*, ut videtur, Num 34, 6 in Jonathane.

אַבְרִימָה *piscis parvi genus.* In Gemara, unde citatur, scribitur אברומה, Suc. f. 81, 1. Aruch addit in lingua Graeca vocari אברומין. Quid hoc sit, non liquet. Notant vero lexica Graeca, Ἄβραμις esse piscis nilotici genus. Cum hoc ergo magis convenit lectio אברומה. Disputatur autem a Talmudicis ibi, an hic piscis sit mundus vel immundus, aut ad esum vel usum licitus, unde R. Elai dixit, אברומא שריא piscis hic licitus est.

אברתא Vide infra אברתא in אבר.

אָבָה *velle;* ut Hebr. Cum negatione semper usurpatur. Tertia radicalis ex usu communi commutatur vel in א vel in י. Praet. ולא אבא לשלחותהון „et non voluit dimittere eos", Ex. 10, 27. לא אבי יבמותי „non voluit affinitatem contrahere mecum", Deut. 25, 7 ולא אביתי לקבלא „et nolui recipere", Jos. 24, 10. אבו גבריא „et noluerunt viri", Jud. 19, 25. ולא אביתון למסק „et noluistis ascendere", Deut. 1, 26. Fut. לא תשמע ולא תֵיבֵי „non audiet, neque volet", 1. Reg. 20, 2. לא ייבי יי למשבק ליה „non velit Dominus condonare ipsi", Deut. 29, 20. מאם לא תיבי „fortasse non volet" (mulier ista), Gen. 24, 5. ולא תיבון לקבלא „et nolueritis recipere", Lev. 26, 21. לא ייבון לקבלא „non volent recipere", Ez. 3, 7.

אַב, אָב Emph. אַבָּא *pater*, quasi *volens bene suis*, aut *benevolus* dictus. *Late sumitur, ut hebraice, unde et avum significat*, ut Ex. 2, 18. Rehul dicitur pater filiarum Jethronis filii sui, qui et Chobab dictus, et filius Rehuelis, Mosis socer, Num. 10, 29. Sic et pluraliter majores comprehendit. At Gen. 4, 20 ubi Jabal hebr. vocatur *pater pastorum* et v. 21. Jubal pater musicorum, ibi Chald. dicit רבהון „magister eorum" (qui caet.).[12] Forma absoluta nonnisi cum literis servilibus invenitur ut שְׁמַעוּנִי בְנַיָּא מַרְדוּתָא דְאָב „audite filii castigationem patris", Pr. 4, 1. חוּת מֵימְרִי לְיִשְׂרָאֵל כְּאָב „fuit verbum meum Israëli sicut pater", Jer. 31, 9. אֲנָא אֲתִי לִיהּ כְּאָב „ego ero ipsi sicut pater", 2. Sam. 7, 14. תֵּיב עִמִּי וְתוּ לִי לְאָב „sede juxta me, vel habita mecum, estoque mihi in patrem", Jud. 17, 10. Emph.: הַאִית לְכוֹן אַבָּא „estne vobis pater?" Gen. 44, 19. אִית לָנָא אַבָּא סָבָא „est nobis pater senex", v. seq. בְּרָא לָא לְקִי בְּחוֹבֵי אַבָּא וְאַבָּא לָא לְקִי בְּחוֹבֵי בְּרָא „filius non vapulabit propter peccata patris et pater non vapulabit pro peccatis filii", Ez. 18, 20. בַּר חַכִּימָא מְקַבֵּל מַרְדּוּתָא דְאַבָּא „filius sapiens recipit castigationem patris", Pr. 13, 1. וְשַׁוַּנִי לְאַבָּא לְפַרְעֹה „et posuit me in patrem Pharaoni", Gen. 45, 8. אַסְגִּיאַנִי יְהֵךְ כְּאַבָּא „educavit me sicut pater", Job. 31, 18. Constructe duo reperiuntur, ut hebraice cum Pathach: וּתְהִי לְאַב סַגֵּי עַמְמִין „et eris in patrem multarum gentium", Gen. 17, 4. Sic. v. 5. Alias semper dicitur cum pronomine pleonastico, pro more linguae, sequente litera servili ד in proxima voce ut הוּא אַבְהִי דִכְנָעַן „ipse est pater (ejus) Chanaanis", Gen. 9, 18. et cum pronomine femin. ויתנון לאבוהא דעולמתא „et dabunt patri puellae", Deut. 22, 19. Cum affixis pron.; affixum primae personae hic inusitatum est, pro quo semper dicitur κατ' ἐξοχήν sub forma emphatica אבא pater ואמר אבא „et dixit pater", Gen. 22, 7 pro „et dixit pater meus", ואבא דוד „et pater David", 1. Reg. 2, 32. ואתי חטי לאבא „eroque peccans in patrem", Gen. 44, 32 pro „in patrem meum"; בבית אבונא „In domo patris nostri", Gen. 31, 14. כל דִי לאבונא „omne quod fuit patris nostri", Gen. 31, 1. ונקיים מאבונא בנין „et excitabimus de patre nostro filios", Gen. 19, 32. ומבית אבוך „et ex domo patris tui", Gen. 12, 1. וְאָבוּךְ „et pater tuus", 2. Sam. 17, 8. ותיתי לאבוך דִי אַתְרְצֵי „et afferes patri tuo", Gen. 27, 10. בַּר מֵאבוּךְ „qui elegit me prae patre tuo", 2. Sam. 6, 21. סקו לשלם לות אבוכן „ascendite in pace ad patrem vestrum", Gen. 44, 17, אֲבוּכֶן „patris vestri", Gen. 31, 5. אבוהי „patris sui", Gen. 2, 25. ואבוהי „et pater eius", Gen. 35, 18. Sic reliqua. *Pl.:* מסער חובי אבהן „visitans peccata patrum", Ex. 20, 5. Emph.: וישי ואבהתא מדליקין „capita patrum", Num. 36, 1. „et patres succendunt ignem", Jer. 7, 18. *Construct.:* רֵישֵׁי אֲבָהַת לֵוָאֵי „capita patrum Levitarum", Exod. 6, 25. ואבהת אבהתך „et patres patrum tuorum", Ex. 10, 6. שבעת אבהת עלמא „septem patres mundi", Esth 1, 2 in Targ. sec. i. e., patriarchae, qui ibi nominantur, Adamus primus, Noa, Schem principes, Abraham, Isaac, Jacob, Job fuit in medio eorum, תלת אבהת עלמא „tres patriarchae saeculi", Ex. 14, 21. Jon. Cum Aff. שני חיי אבהתי „annos vitae patrum meorum", Gen. 47, 9. אנחנא גם אבחתנא „nos, etiam patres nostri", Gen. 46, 47. תִּתְכַּנַּשׁ לְוָת אֲבָהָתָךְ „colligeris ad patres tuos", Gen. 15, 15. לארעא דאבהתהון „in terram patrum vestrorum", Gen. 48, 21. אלהא דאבהתיהון „Deus patrum ipsorum",

---

[11]) Scholiastes ibi monet quosdam putare legendum esse אברזי, quae talmudica est כל השייך לו „omnia ad illum pertinentia, appendices ejus" V. אבזר in בזר.

[12]) Hinc et Graeci Vulcanum (תובל קין Gen. VI.) Ἥφαιστος Dorice Ἅφαιστος אב־אשתא i. e. *pater s. inventor ignis* appellabant.

*) אבדוקס εὔτοκος bene educatus. Talm. hier. Meg. c. III.

Ex. 4, 5. וסבור אבותיהון „et spes patrum ipsorum“ (Dominus fuit), Jer. 50, 7. לאבותהון „patribus ipsorum“, 1. Reg. 14, 15. Talm. אבא קיים „pater meus vivit, valet, bene habet“.

אִיבָּא *Idem*, ex dialecto Hieros.: לביתיה דאיבא „in domum patris“, Gen. 28, 21. Jon. ולא בטל איבה „et non irritam reddiderit pater eius“, Num 30, 7. Jon. Sic. ib. v. 12 ubi tamen prave legitur איבהא, et v. 16, 17.

Apud Talmudicos: אַבָּא *abba, pater, etiam honoris nomen olim fuit.* Hinc, אבא שאול „abba, pater Saul“, אבא יוסי „pater Jose“; אבא אריכא „pater Longus“, a longitudine et proceritate corporis sic appellatus. In Juchasin f. 31, 2. אבא הוא לשון כבוד כמו רבי „Abba, i. e. *pater* nomen est honoris sicut Rabbi“. Idem scribitur f. 61, 2. Et Rambam in praef. Misch. sub fin, ubi indicat quomodo Rabbini in Talmud secundum qualitates suas distinguantur, scribit: „Primus gradus est eorum, qui nudo suo nomine appellantur, sine praefixo honoris titulo: secundus eorum, qui „Rabbanim“ vocantur: tertius eorum, qui „Rabbi“ vocantur. Atque אנשי זאת המעלה יכנה כמו כן אבא „viri huius gradus cognominantur quoque אבא pater etc.“ Hinc Christus Matth. 23, 9. *Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ἐπὶ τῆς γῆς.* Deinde apud talmudicos est etiam *principale, generale*, alias species sub se comprehendens ut ארבעה אבות נזיקין „quatuor patres damnorum“ sunt, i. e. principalia, sub quibus sunt תולדות species aliae, B. Kama init. Item, אבות מלאכות ארבעים חסר אחת „patres operum quadraginta sunt minus uno“, Schab. f. 73, 1. Sub his, ut omnium operum summis generibus, comprehenduntur omnia etiam minutissima opera, quae in sabbatho prohibita sunt. Primum genus est „*serere*“. Sub eo etiam comprehenduntur, „*putare vites, collucare arbores, plantare, propagare vites vel ramos arborum, inserere surculos*“ et quicquid sationem juvet, aut sationi simile est. Secundum est „*metere*“. Sub hoc genere comprehenditur הבוצר „vindemians“, הגודר „dactylos colligens“ המוסק „stringens olivas“, האורה „ficus decerpens“, etc. De his prolixa sunt Hebraeorum commentaria. Sic אבות המומאות „*patres pollutionum* sive rerum pollutarum“, quae contactu polluunt, Kel. c. 1. init: אבותן דכולהון דם „pater omnium est sanguis‘ (de quo Lev. 17, 13) h. e. argumentum generale, unde caetera quoque addiscuntur, vel ad alia similia argumentari possumus, Schab. f. 52, 1. בנין אב v. in בנה. Citat Aruch etiam אב קישות ex Chol. f. 58, 1 sed ibi in nostris libris simpliciter legitur קישות: אב דיניי quod hic habet Aruch, vide in אפר.

אַבְרִיבָנָא V. אכנריקא in כור.

אבוין *ligones vel vomeres.* Adducit Aruch ex Tal. Hier. M. Schab. c 6 tamquam Targum vocis לאתים, Jes. 2, 4. Sed ibi hodie neque in Targum, neque in Talmud sic legitur. In meo exemplari Talm. Hier. est לאמין.

אבוקת v. in בזק.

אבורא v. in בזר Quae autem in Aruch hic adducuntur, ea in Talmud hodie aliter leguntur et adducuntur infra in אברז.

אבחטם *Asinus*[13]. Legitur in Talm. Hier. Kil. c. 8. אבטא דטייעי *uter ex corio:* אבטא „uter viatorum Arabum“, in quo sc. deferebant vinum, ע״ז f. 34, 2. Glossa: חמת עור עב uter ex corio crasso, quem vulgo vocant בוטין. Aruch legit אכמא et aliter exponit. Quidam volunt אבמא esse ex significatione אבטיח cucurbitarum vel peponum, ex quibus excavatis fiunt lagenae.

אבמאות Sic in Aruch scribitur, sed in Gemara legitur אכמאות. V. in אכמ.

אבמיונא[14] *praefectus*, Tal. Hier. Schab. c. 6.

אַבְנִיזְלָאוֹת[15] *regiones provinciae vel villae, pagi.* Vox peregrina. Legitur in Bechoroth, f. 55, 1.

אַבְטִינַס[16] *N. propr. viri celebris, ex cujus familia orti fuerunt artifices periti conficiendi suffitus aromatici, qui vocatur* קטורת. Inde in templo Hier. fuit tabulatum altius, his artificibus destinatum, in quo perpetuas custodias agebant, ut semper praesto adessent ad parandum suffitum. De eo in Talm.: Tamid c. 1 legitur: Tribus locis sacerdotes custodiunt in domo sanctuarii, בבית אבטינס in domo Aftinas, etc. Et in Joma cap. 1. Duo conclavia erant sacerdoti summo, nempe conclave *Parhedrin*, et בית אבטינס unum ad septentrionem, alterum ad meridiem. Et in Aboth R. Nathan circa finem, אבל מכתשת של אבטינס ושלחן ומנורה ופרוכת עדין מונחין ברומי „sed mortarium Aftinae (in quo sc. contundebat aromata) et mensa et lucerna et propitiatorium adhuc habentur Romae“: בית אבטינס על מעשה הקטורת „domus Aftinae praefecta erat conficiendo suffitui“, Schek. c. 5. Bartenora scribit: Nomen erat familiae, qui exercitati erant in praeparando suffitu, et noverant facere fumum, qui

---

13) Imprimis „asinus qui paulo ante a pascuis ad laborem ablatus est“, vel *qui adhuc pascitur* i. e. *asinus non mansuetus*. ut ibi interpretatur חמר סלק *asinus a domo remotus s. a domo absens.* Derivatum est vocabulum ab arab. بَلَخَ X اِستَبلَخَ „depavit„ s. „absumsit“ pecus pabulum, praec. ut heb. לחך et syr. لحس „linxit lambendo absumsit“ i. e. *extirpavit* (unde arab. اِبلاخ „exterminium“. Eadem vero significatio, quae verbo بَلَخَ in decima, verbo لَحِسَ est in prima forma, quam ob similitudinem talmudici has radices permutant et loco אבחטום in Talm. hier. Sabb. V. habent לגרקם, quam vocem ut in Kilaim per חמר סלק et אכמטום *ἀ-ἀμβατος ἄβατος* „qui ascendi non patitur“, explicant B. Ar. loco אבחטם vero habet אבחונום ab אבא „silva“ et *ὄνος* „asinus“ i. e. „asinus silvaticus“ V. ניברקום et ברקא in ברק.

14) Optiones, subcenturiones apud Romanos Uragi dicti. * אבטומטום *αὐτόματος automatos* השומים האומרים אבטומטום הוא העולם stulti, qui mundum automatum esse (i. e. fortuitum sine ullo auctore ortum) dicunt. Alii מומטום legunt q. v.

15) *αὐτότελος* = *αὐτόνομος* (sic Schol. *τέλος ἔχοντες* per *αὐτοκράτορες ὄντες* explicant, item significat vectigal v. Steph. Lex.) „duae urbes suis legibus et suo jure utentes i. e. municipia“. ב heb. cûm'v graec. saepe permutari satis gnotum.

16) *βοτάνη herba*, quia periti erant herbae מעלה עשן.

appellatur מעלה עשן. Et cum illum miscebant cum aromatis suffitus fuit מתמר עשן הקטרת fumus ascendens instar columnae vel baculi.

אבי אבי *cognomen R. Nachmanis*, qui a celebritate familiae sic cognominatus fuit, quasi „patritius".

אַבְרוֹלוֹת[17] *baccae, minuti arborum fructus, ut lauri, olivae, corni, myrti et similium*, german. *Beere:* זורק האביונות „objicit baccas": ראביונות פירא „quia baccae fructus sunt": על האביונות ועל הקפריסין אומר ברוא פרי העץ „super baccas et cappares dicit": (Benedictus Deus) „creans fructum arboris", Talm. Berach. f. 3ᵇ, 1.*

אָבַל *lugere*, ut Hebr. *Praet.* וְאָבִיל מַקְמָנָא וְשׁוּרָיָא „et lugebit antemurale cum muro ipso", Thr. 2, 8. Itphahel praet.: ארי אתאבל שמואל „nam luxerat Samuel propter Saulem", 1. Sam. 15, 35. ואתאבל על בריה „et luxit propter filium suum", Gen. 37, 34. אתאבלת תרובת ארי אתאבלו ארעא „luget, vastata est terra", Jes. 33, 9. עלוהי עמיה „nam lugent de ipso populi ejus", Hos. 10, 5. ואתאבלו „et luxerunt", Ex. 33, 4. *Part.:* עד איטתי את דמתאבל על מָתְאַבֵּל „quousque tu luges", 1. Sam. 16, 1. דחזו מתאבלין אמיה „qui luget de matre sua", Ps. 35, 14. עלה „qui fuerunt lugentes de ea", Jes. 66, 10. ולמתאבלין עליהן „et lugentibus de ipsis", Jes. 57, 18. *Faem.* מתאבלא על מיתא „lugens de mortuo", 2. Sam. 14, 2. מתאבלא בבית קבורתא „lugens in coemeterio", Job. 14, 22. *Imper.* אִתְאַבְּלִי כען „luge nunc", 2. Sam. 14, 2. *Fut.* מלכא יתאבל „rex lugebit", Ez. 7, 27. ויתאבלון כל „et lugebunt omnes", Jes. 19, 8.

אֲבֵלָא *lugens, in luctu existens:* אֲחוֹת לְבָרִי כַּד אֲבֵלָא „descendam ad filium meum sicut lugens", Gen 37, 35. *Pl.:* ואתעבידו שבילי ציון אבלין „et factae sunt viae Zionis lugentes", Thr. 1, 4. היכמא דאבילין מנחם לנחמא כל אבליא „sicut lugentes consolatur", Job. 29, 25. „ad consolandum omnes lugentes", Jes. 61, 2. *Constr.* לאבלי ציון „lugentibus Zionis", Jes. 61, 3.

אֵבֶל *luctus:* אבל תקיף דין למצראי „luctus gravis hic est Aegyptiis", Gen. 50, 10. כאבל יחיד „sicut luctum unigeniti", Am. 8, 10, *Emph.:* יקרבן יומי אבלא דאבא לבושי „appropinquant dies luctus patris", Gen. 27, 41. אבלא „vestimenta luctus", 2. Sam. 14, 2. אבלא רבא „luctus magnus", Esth. 4, 3. ואבלא כבנת נעמין „et luctus sicut pullorum struthionum", Am. 1, 8. וחמיך חגיכן לאבלא „et convertam festa vestra in luctum", Am. 8, 10. *Aff.:* וישלמון יומי אבליך „et perficientur dies luctus tui", Jes. 60, 20. Huc revocari potest etymologia nominis *Abolla*, quae tragica vestis est, ut scribit Athen. Deipnosoph. XII.

אֲבֵלוּת *luctus*, unde per apoc. ומאבלו ליומא טבא „et de luctu in diem hilarem", Esth. 9, 22. Scribitur tamen hoc in libris מאבלו, sed prior forma Rabbinis usitatissima est, unde dicunt, עמימת השפם והראש הוא סימן לאבילות „obtectio barbae et capitis est signum luctus", Ez. 24, 17 in R. Davide. הלכות אבילות „ritus, statuta de luctu", de quibus prolixe agunt in libris ritualibus suis.

אוּבְלָא *luctus* דְּשָׁלִים אוּבְלֵהּ דְּמָתוּשֶׁלַח „cum absolutus esset luctus de Matusalem", Gen. 7, 10. Targ. Hier. Quod in Ar. hic adducitur, ipravum est pro אובלא, de quo in אכל.

אָבֵל *certe, vere, profecto*, Hebr. et sic quoque Talmud.

אֲבוּל *horreum, granarium. Pl.:* סְתַחוּ אֲבוּלָהָא „aperite granaria ejus", Hebr. מאבסיה, Jer. 50, 26. Forte est a יבל „proventus", ut sit „locus proventuum", commutatis literis quiescentibus א et י ut alias saepe.

אֲבוּלָא[18] *porta:* דִּי יַדְחוּן אֲבוּלֵי רַמְיָא חֵילֵיכוֹן „donec descendant portae vestrae excelsae et munitae",

---

17) Bene Cast. hoc vocabulum sub rad. אבה scribit, ita enim LXX. אביונה Eccl. 12, 5 per ἡ κάππαρις reddunt, quasi legissent אביונות pl. אביונות baccae caparis, quae cibi appetitum irritant et instigant Venerem. *אביתאי *apud me penes me.* Zohar.

*) אַבָּא (ab אבך *ἀβιάχομαι αὔχομαι, gloriari, superbire, jactare*) quodvis animal, sive est quadrupes sive avis „alte vel superbe ingrediens". זרזיר מתנים Prov. 30, 31 chald. versio per תרנגלין בינת דמזדרכל אבבא reddit teste Bocharto (Hierz. Lib. I. XVI.), qui ita legendum esse putat pro אבבא דמזדרז illam cum versione syr. conferens, quae habet ܕܡܬܗܠܟ ܒܓܐܘܬ ܣܒܐ quam lectionem illius incomparabilis in paraphrasis et talmudicis luminis etsi in eo probare non possumus, quod vocem peregrinam דמזדרכל (ab arabico تبختر superbe incedere) in versione Chal. plus valere mavult quam ipsam chaldaicam vocem דמזדרז (a זרז excitare, *incitare, urgere*), attamen in eo probamus, quod אבבא pro אבבא scribit ad evitandas voces supervacuas, quarum origo ut B. Ar ipse profitetur, nos latet. Lectio igitur medium inter has duas versiones tenens optima, minimeque errabimus scribentes: אבבא דמזדרז בינת תרנגולין „superbe ingrediens, quum sollicitus inter gallinas sc. ingreditur" i. e. *gallus*. Ex his elucet gallum in utraque versione (ita et apud LXX., qui in hac versione reliquis praeiverunt (*ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὐψύχως*) substitutionem Hebraei tantum esse ad repraesentandum animal quoddam superbe ingrediens. Ad hanc substitutionem vero gallo idcirco usi sunt sive propter superbiam ejus gnotam, ut testat Plin. lib. X. cap. 11, sive propter libidinem, qua affectus gallus tantopere alas premit, ut lumbi מתנים plausu vibrentur, quam alteram opinionem Aquila et Theodotion, qui *ἀλεκτρυὼν νώτῳ* „gallus gallinaceus dorso" habent (ita et Castalio qui „gallus non elumbis" h. e. non castratus habet) sequi videntur. Vide fragmenta Drusii ad Iob. XL. 11. Mira autem esset libertas si quis dicere conetur avem זרזיר gallum esse, dum multis in locis talmudici indicant (Bav. k. 92, Cholin 63) eam avem speciem corvi esse. V. זרזיר in זרז.

18) Ar. vocem per graec. אגבר לי et arab. אלר רוב (fortasse אל תראב „thurab i. e. *terra* (unde Jathrib Ἰαθριππα in Arabia, quia moenia et aggeres ex humo habet v. Gogr. s. Bocharti) interpretatur, quam interpretationem Aut. nost. idcirco sequi spernit, quoniam illa vocabula usurpari non licet nisi de moenibus et aggeribus terra ejectis, quod ibi sensui non respondet. Itaque in *βηλός* „limen domus" originem vocis per synecdochen quaerit, Mussafia vero in *ἔμβολον τὸ* s. *ἔμβολος ὁ* „columna vel stabilimentum", quibus aliquid stabilitur et confirmatur", item *vectis* eam respicit. Inde sequentes

Deut. 28, 52. Targ. Jonath., ubi tamen prave legitur אבוליכן per כ loco ב. Talmudicis enim satis usitatum est. מאבולא ועד סכרא „a porta domus luctus usque ad sepulchrum[19]“, Keth. f. 1. אבולי דמתחא „portae urbis“, Erub. f. 6, 2.

אֲבוּלַאי *janitor*: מִשּׁוּם אֲבוּלָאֵי *propter janitores*; Gl. שוערי העיר. Nid. f. 67, 2.

אֲבוּלִין Tal. *duces, magnates, divites ac potentes*: אאבולי ואאסטרוגי „magnatibus et strategis“ Bava bathra f. 143, 1. Gl. ibi notat, אבולין majoris fuisse autoritatis et potentiae quam strategos, et potuisse nomine regis pleno jure aliquid scripto mandare, ut haec et illa fierent. Quidam putant א servile, et simplex esse בולי unde alibi legitur, בולי ובוסי בולי אלו עשירים ובוסי אלו עניים i. e.: בולי „sunt divites et בוסי sunt pauperes“, Git. f. 37, 1. בולאות דביתהדה „divites in Judaea“ ib.

אבלסכום[20] *saccus coriaceus durus*. Sic ☊ ribitur in Ar. et adducitur ex Tal. Sebach. f. 94, 1, ubi pro ea hodie legitur או כלי מוכות, quae veniunt ex urbib⟡s maritimis. Hoc ergo aliud est.

אבולאי *janitor* et metaphorice אבולין ii quibus civitas sicuti columnis domus, stabilitur atque confirmatur. Aliis אבולין est *βουλευτής*.

19) Ante vocem „luctus“ in Aut. nost. supple „scilicet“, haec enim non in voce אבולא intellecta est, sed Glossar. ita interpretatur מבית האבל ועד הקבר שסוכרין בו חמת „ex domo luctus et ad sepulchrum, cui cadaver includitur“.

20) Plerisque lexicographis est graec. *ἐμβολισμός*. *) אֲבֶלתִּית Nomen loci.

41) Dicitur et de triticis farina selecta plenis. Bamid rab. IV. חטים אגורי חם teste Menachemine di Lonsano, qui ita legendum esse putat pro חטים אגרויתם, quod omni sensu caret. Ad locum Gen. XLIII, 11, ubi Jacob filios suos ad Josephum ferre jubet מזמרת הארץ „de laude terrae", R. Josue habet in Ber. rab. s. 91 דבריס שהן מזמרין בעולם וחלזון חמר קמא ומור ואיגורי vertitque latine Bochartus (Hierz. Lib. V. c. II.) *Ea quae in orbe maxime sunt decantata Chilzon seu purpura, vinum, balsamum, myrrha, oliva.* Vox מור vero (cum in Judaea non proveniat myrrha) ei suspecta, quare pro מור myrrha תומר *dactylus* legendum esse putat. Ipse vero illustris Vir primum in eo erravit, quod vocem קמא per *balsamum* reddit, cum in eodem loco balsami (בלסם קמא) mentio jam fiat, iterumque quod vocem מור a ceteris sejungit, cum ו copulativum huic praefixum satis indicet eam aut ad antecedentem vocem קמא (et quidem קמא ומור *resina myrrhae*) aut ad sequentem איגור (myrrha odoris plena vel, secundum lectionem Bocharti תומר איגורי dactylus in cujus medio dulcitudo collecta) trahendam esse. Ad conservandam autem lectionem tollendasque ceteras difficultates interpretandum mihi videtur: שהן מזמרין בעולם (כלומר יש דברים) דברים *Res* (sc. sunt s. existunt) *quae efficiunt ut laudent homines Deum*, quibus ad celebrandam Dei laudem utuntur (lego enim מְזַמְּרִין efficiunt ut cantent i. e. laudent pro מְזַמְּרִין), haec sunt חלזון *Chilzon* s. *purpura*, quae peniculamento (ציצית) additur, חמר *vinum*, quod libamen effunditur (נסכים), קמא ומור *resina myrrhae* s. *myrrha et balsamum* in suffimento (קטורת) et איגור *oliva* ad lucendum. Quae in Er. Mil. inveniuntur איגור nomen propr. loci esse ab Egra, urbe Arabiae ad Aelanitem sinum, itaque prout de malogranata ex loco באדן, in quo bona atque multa crescebant, item חציצי גבע porra ex loco גבע, taliter et de myrrha, triticis olivaque איגורי dici, sc. quae ex Egra, imo etiam ex Aegypto et India trans Egram deportata sunt, nova quidem vel acuta, sed vera non videntur.

42) אגורה I. Sam. 2, 36 i. q. גרה D. Kim. cum א prothetic. Hinc Graec. *ἀγορὰ-νόμισμα.*

43) *ἄ-κρατον* „vinum merum" יין שאינו מזוג ut ibi explicatur.

44) Tunc temporis quum Aegyptii in illas terras, de quibus sermo est, non dominarentur, bene nonnulli commentatores מִמְצָרִים „a finibus s. castellis" pro מִמְּצָרִים legendum esse monent. Vox אגרומי ipsa a graec. *γρυμέα-γρυμαλα* „turba violentium hominum" cum א prosth. formata videtur.

45) In Thalm. hier. Rosch hasch. c. I. hoc nomen ad designandum potentium arbitrium prout *ἄ-γραφος in-scriptum* vertitur diciturque פרא בסיליאוס נומוס אגרפוס *πρὸ βασιλέως(-βασιλεῖ) νόμος ἄγραφος Potenti lex non scripta* ut *ἀδικήματα ἄγραφα* apud Hesy ch.

אַגְרִיקוֹס *praefectus provinciae*. Sic citatur in Ar. ex Ber. rab. s. 12, sed ibi hodie legitur אגריקס ἔνδικος.

אגש Hinc citat Baal Ar. hoc loco, ex Medrasch Echa c. 1, 21. אגשותן אמיכן obdurastis facies vestras. Sed pro eo hodie in nostris libris legitur אקשיתן.

אֲדַיִן בֵּאדַיִן אָדַיִן *tunc*, hebr. אז: ut, אדיין דניאל לביתיה tunc Daniel domum suam se recepit, Dan. 2, 17, ubi Masora notat, tredecim locis in principio versus inveniri, nempe in textu Biblico Chaldaico, non in Targum: מארין דקו כותא tunc comminuta sunt pariter, Dan. 2, 35.

אֲדַבְּעָא אדב *digitus*: כתיבין באדבעא דיי Scriptae digito Dei, Ex. 31, 18 in Jonat. א ab initio servile est, ut notum. Alias in Targum dicitur אצבע ut hebraice. Est ergo commutatio literarum ע et ד, quae et alias saepe fit.

אִדְּרָא אדד *pluma, pennae quibus lecti et cervicalia implentur*. Sic scribitur in Aruch, sed in Gem. legitur אדרא. V. in אדר.

אִדְּרָא V. in אדר.

אַדְרְוָותָא Et hoc vide in אדר.

אדה B. Ar. adducit hinc דאדייה אדוי, q. v. in ידה.

אַדְהָכִי *interea*: אדהכי מטא הדיא רביא Interea advenit puer iste. Et aliter, אדהכי והכי interea. Compositum ex עַד et הָכִי.

אדך *exstinguere*, juxta Ar., unde adducit לאדוכי ad exstinguendum, ut idem sit quod דעך. At in Gem. legitur אתכא q. v. in תכא.

אִדָּךְ *illa, ipsa: alius, alia*: תניא אידך Doctrina vel Traditio alia, in Talmud frequens.

אַדְּכִי *adhuc, amplius, praeterea*. Et hic אד pro עַד ut paulo ante.

אדכי V. in אדב.

אדל Sic adducit hic Ar., pro quo in Gem. legitur אידלי de quo infra in אדר.

אָדַם *rubere, rubrum, rufum, rubicundum esse*. Hithp. הִתְאַדֵּם *Rubrum fieri*. Apud Rabb. in illud, אל תרא יין כי יאדים ne aspicias vinum, quia rubrum est, Prov. 23, 31; alius dixit: כי שתיתו דם „Quia finis ejus sanguis“, i. e. excitat lites et pugnas cum sanguinis effusione; alius dixit: כי יתאדה לדם גדה quia expetit sanguinem menstruatae mulieris, id est excitat libidines, ut ne menstruatae mulieri parcat, sed ad impurissimam scortationem furens feratur homo. Allusio ad דם. Alius dixit כי מסמיק ליה quia rubram facit faciem hominis. Tanchuma.

Deinde אָדַם idem quod דָּחַם *Discindere, in frusta secare*: אדומי אדמוה in frusta secant eam, Avoda sar. f. 38, 2. Ar. legit per He.

אַדְמְתָא *terra*, a rufo colore sic dicta, qui ei in Oriente naturalis. Hebraeum אֲדָמָה et הָאֲדָמָה sic quandoque redditur, reliqua autem per ארעא explicantur vel עפרא ut לממלח ית ארמתא ad colendum terram, Gen. 2, 5. מדבח ארמתא altare ex terra facies, Ex. 20, 24. מעפר ארמתא ex pulvere terrae, 2. Reg. 5, 17. דעבדין מעפר ארמתא quod faciunt ex pulvere terrae, Jes. 45, 9. V. in ארקא.

אדם *Adam*, nomen proprium primi hominis, quem Deus in paradiso creavit, et ab Hebraeis communiter vocatur אָדָם הָרִאשׁוֹן „Adamus primus“ et a Chaldaeis אדם קדמאה quod idem. Inde Targ. שבחא ושירא די אמר אדם קדמאה על יומא דשבתא „Laus et canticum, quod dixit Adam primus super diem sabbathi“, Ps. 92, 1. Volunt Hebraei, Adamum primum istius Psalmi autorem esse. De hujus creatione Talmudici doctores inter se disceptant. Alii voluerunt eum creatum fuisse חדא יצירא una formatione, alii שני יצירות duabus formationibus, id est una forma, virili scilicet; vel duplici forma, virili et foeminea simul; ante scilicet habuit frontem et corporis virilis formam, retro sive a tergo frontem et corporis muliebris formam. Posteriorem hanc sententiam probant eo quod dicitur, „et creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit eum,“ et mox „marem et foeminam creavit eos“, Gen. 1, 27. Huc etiam respicit Jonath. translatio, Gen. 1, 27. Item „Retro et ante formasti me“, Ps. 139, 2. Ad quem versum scribunt, דיו מציעין היו לאדם הראשון duo vultus fuerunt Adamo primo etc. Postea vero Deus divulsit hoc corpus et creavit viro et foeminae proprium corpus cuique. V. Talm. Keth. f. 8, 1. Erub. f. 18, 1. Jalkut Ber. rab. et communes commentatores in haec loca. Qui subtilius corporis humani creationem examinarunt, observarunt id constare ducentis quadraginta octo membris, unde ista Jonathanis paraphasis: ואברא יי׳ ית אדם בריוקניה בצלמא דיי׳ ברא יתיה במאתן וארבעין ותמני אברין „et creavit Dominus Adamum ad similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit eum, cum ducentis quadraginta octo membris, et sexcentis sexaginta quinque nervis et obduxit eum cute, implevitque eam carne et sanguine, masculum et foeminam intra ea creavit eos.“ Kabalistae, qui literarum mysteria sectantur, scribunt, אדם esse, quasi א״ר ד״ם מ״ח „Cinis, sanguis, fel“, quae prolixioris sunt explicationis. Habetur hoc in Talm. Sota f. 5, 1. De sepultura Adami v. Zohar col. 183 in Gen.

אדים *rubrum*: בֻּרְנֵי דַּאֲדִימֵי pisces qui sunt vel fiunt rubri. Pisces sunt, qui dum capiuntur, sunt albi, capti fiunt rubri.

אֹדֶם *rubedo*: *semen muliebre, quod est rubrum*. Savim c. II.

מַאְדִּים *Mars planeta*, a rubore sic dictus.

אֱדוֹם *Edom, Edomaea, Edomaeus populus*: מלכות אדום Regnum Edom. Eo Hebraei Regnum Christianorum et Imperium Romanum intelligunt. Apparet hoc ex infinitis testimoniis: Num. 24, 19. Et perdet superstitem ex urbe, Glossa R. Salomonis: רחשובה של אדום ותיא רומי praestantissima scil. Edomaeae quae est Roma. Roma autem est praestantissima urbs regni Romani. Nota, verba ista ex Basileensi editione esse omissa. Threnor. 4, 22 in Targ. post ברתא דאדום filia Edom, in quibusdam editionibus Venetis spatium relictum, cui inserunt, רומי רשיעא Roma impia. Tale exemplar penes me est, cui manu Judaei haec verba sunt inserta. Hinc quicquid Prophetae de Edom destructione in ultimis temporibus dicunt, id ipsi de Roma intelligunt et exponunt. Ita enim diserte scribit Kimchi in Obadiam

מה שאמרו הנביאים כחרבן אדום באחרית הימים על רומי אמרו quicquid Prophetae dixerunt de vastatione Edom in ultimis diebus id de Roma intellexerunt. Nota hic iterum, ultima ista verba על רומי אמרו in ultimis editionibus Veneti et editione Basileensi tamquam odiosa omissa esse. Sic pro eo quod dicunt, עם חרבן אדום תהיה תשועת ישראל cum vastabitur Edom, erit salus Israëli; alibi legitur: Quando vastabitur Roma etc. Vide Tzeror hammor in parascha Schophetim et in parascha Pinchas sub fin., Kimchium Obad. 1 ab initio, Jes. 34, 1 et 35, 1 in prima editione Veneta. Rabbi Bechai in libro Cad hakkemach f. 20, 1 explicans locum Jes. 66, 17 המתקדשים והמטהרים אל הגנות אחר אחד בתוך אכלי בשר התזיר והשקץ והעכבר יחדו יספו נאם יהוה qui sanctificant se, et qui mundant se in hortis, post unam in medio, comedentes carnem porci et abominationem atque murem, simul consumentur, dixit Dominus; scribit: *Qui sanctificant se,* אלו אדום isti sunt Edomaei, שרגילין לנענע אצבעותיהם לכאן ולכאן qui solent movere digitos suos hinc et hinc (id est crucis signum facere et eo se sanctificare, ut Kimchius hoc loco habet. Hi sunt qui sanctificant se manibus suis signo crucis quod faciunt). *Qui mundant se,* isti sunt Ismaëlitae, quorum consuetudo est frequenter lavare manus et pedes totumque corpus, non vero cor suum, quod principale est: *Post unam in medio,* his verbis respicit לשותי ועורב של אדום ad stamen et subtegmen (id est crucem) Edomaeorum, qua se solent sanctificare: vel certe respicit ad diem festum ipsorum etc. *Comedentes carnem porcinam,* אלו אדום isti iterum sunt Edomaei (R. D. Kimchi אלו הנוצרים isti sunt Christiani: nam Ismaëlitae non comedunt carnem porcinam. Sic est in prima editione Venetа: sed in posteribus et Basileensi haec iterum omissa). *Abominationem et murem, simul consumentur omnes.* Res manifesta est, quod licet dispersi simus et subjecti potestati illorum, scil. Ismaëlitarum; tamen principalis captivitas nostra sit sub Edom, quia ipse deportavit nos et vastavit sanctuarium nostrum. Et quamvis Israëlitae nunc inter 70 populos dispersi essent, tamen non vocaretur haec nostra captivitas, nisi a regno Edom impio etc. Qui vult, videat ibi plura, ubi manifeste sub nomine Edom Regnum Romanum et in genere Christiani traducuntur. De causa propter quam Regnum Romanum ita appellant, varie nugantur. R. Abr. Aben Esra Gen. 27, 40 scribit: Et Roma, quae captivos tenet nos, est ex semine Citthaeorum: Sic enim Paraph. Chald. Num. 24, 24 verba haec תיים מיד כתים et naves de littore Citthim exponit. „Et turmae emittentur a Romanis:“ Estque ipsum regnum Graecum (nam Regnum Graecum et regnum Romanum vult esse idem Gen. 10 ad vocem כתים), quemadmodum exposui in libro Danielis (c. 2, 39): et fuerunt homines pauci, qui crediderunt in Virum illum, quem pro Deo coluerunt. Quum autem Roma credidisset in diebus Constantini, qui totam Legem sive Religionem innovavit et in vexillo suo posuit imaginem crucifixi in manu sacerdotis Edomei, neque in mundo essent qui novam illam religionem reciperent, nisi pauci quidam Edomei, idcirco vocatur Roma Regnum Edom. Alii volunt, Romanos vocari Edomaeos propter Titum Vespasianum, qui sanctuarium ipsorum desolavit. Nam scribunt, Titum Vespasianum ab Esavo ortum esse. Unde est quod in Mass. Gittin c. 5 legitur (quod in Bes Jacob etiam habetur f. 31 col. 4) רשע בן רשע בן בנו של עשו הרשע בריה impius ille, filius impii, nepos Esavi (hoc est Titus, de quo ibi sermo) etc. Quoniam itaque Vespasianus Imperator Romanus fuit et primus Judaeos Romanis subjecit ac Roma Christianorum caput est, hinc omnes Romanos ac Christianos nunc appellant Edom et Edomaeos. R. D. Kimchi Joël. 3, 19 ad haec verba *et Edom in desertum desolationis erit,* scribit: Meminit Edom hoc loco propter Regnum Romanum. Sic fecit Jesaias c. 34, quod de vastatione Romae agit, prout illic exposuimus. Ita autem nuncupatur, quia major pars Regni Romani constat ex Edomaeis. Ac licet alii etiam populi illis sint commixti ut in regno Ismaelitarum, tamen denominantur a principaliori. Praeterea rex Caesar (Julius Caesar) Edomaeus fuit. Sic omnes alii reges Romani ipsum consequuti etc. Et mox: Et Edom id est Regnum Romanum est illud quod vastavit templum secundum per Titum illum improbum. Rabbi Moses ben Nachman in Genesin, sub fin. f. 42 scribit: Invenimus in Chronico Josephi Gorionidis et aliis antiquis libris, quod venerit Tzepho filius Eliphas, filius Esavi et contenderit cum ipsis (filiis, nempe Jacobi, patrem sepelire volentibus) propterea; (h. e. propter sepulchrum: quia existimabant potiori jure sepulchrum Esavo, tamquam primogenito, deberi quam Jacobo) donec bellum inter ipsos ortum fuit, in quo praevaluit manus Josephi, ita ut Tzepho, cum selectiori suo milite, caesus et in Aegyptum deductus fuerit, ubi in carcere detentus fuit omnibus diebus Josephi. Mortuo autem Josepho fugit ex Aegypto et venit in Campaniam, regnavitque illic super provinciam Citthaeorum in Roma. Tandem vero regnavit super Italiam fuitque primus, qui templum primum maximumque, quod Romae est, exstruxit etc. In secretioribus quibusdam Hebraeorum libris alia ratio reperitur: Scribunt, animam Esavi in Christum migrasse unde Christus Esau et Christiani Esavitae merito appellentur. Sed haec profundioris et prolixioris sunt disquisitionis et in alium locum a nobis reservantur.

אַדְרַבִּירְמִדּוּת *Rubedo, rubor, rufus color.*

אדרמני[46] *uvae immaturae*: In Ber. rab. s. 34 in fine: כר ינוקא כתילד אנא גבלין ליה אדרמני ושושין מוחיה ולא יכלונית יתושיא „quando infans nascitur, subigimus ei massam ex uvis immaturis et inungimus ei cerebrum, ne mordeant eum muscae.“ Sic explicatur in Glossa. Quidam putant esse „Colores rubros“ veluti Minium, aut tale quid. V. דמם.

*) אדמא *Midr.* Till. 94 pro דם sanguis.

46) ܐܕܪܡܢ pabulum siccum vel uvae siccae cum א prost. Scribitur etiam cum ב loco מ דברנניות d. q. infra in רבב.

דְּמַדּוּמָא *rubedo, rubor*, per aphaeresin literae א. In Gem. מצוה להתפלל עם דמדומי חמה praeceptum est orare cum rubedine solis, Schab. 118b solis scil. orientis juxta illud: Timebunt te cum sole, nempe oriente, quando sol rubere incipit Ps. 72, 5. Et alibi כל שאין מתפלל עם דמדומי חמה quicunque non orat cum rubedine solis, Berach. 29 b.

אִידְנָא אוּדְנָא[47] אֻדְּנָא *auris*, ex hebraeo אֹזֶן literis ז et ד permutatis, ut saepe: לשמע אודן ad auditum auris Ps. 18, 45. הלא אודנא מלין תבחן nonne auris verba explorat, Job. 12. 11. ואודנא דחכימי et auris sapientum Prov. 18, 15. Cum Affixis Pron. ואליפת אודני et didicit auris mea. Job. 4, 12. צלי אודנך inclina aurem tuam Ps. 17, 6. ואודנך למימרי רידיעתא et aurem tuam ad verba scientiae Prov. 23, 12. אצלן אודנכן inclinate aurem vestram, Ps. 78, 1. Respondet Hebraeo אזנכם, quod singulare רמטמטם אודניה quae obturat aurem suam Ps. 58, 5. ותתן באודניה et infiges in aurem ejus Deut. 15, 17. אסמשת אודנהון incrassata est auris ipsorum Jerem. 6, 10. Plur. אודנין לחון ולא שמעין aures sunt ipsis et nihil audiunt Ps. 115, 6. ואודנין לשמעא et aures ad audiendum Deut. 29, 3. מקבלי אולפן et aures accipientium doctrinam Jes. 33, 3. Con. באודני דסכלא in auribus stulti Prov. 23, 9. Cum Affix. Pron. שכעין אודני audiverunt aures meae Ps. 92, 12. קל יאנא הדין באודני vox gregis hujus in auribus meis 1. Sam. 15, 13. באודננא שמענא auribus nostris audivimus, Ps. 44, 2. ותצלי אודנך לחכמתא et inclinabis aurem tuam ad sapientiam Prov. 2, 2. ואודנך ישמעין פתגמא et aures tuae audient verbum Jes. 30, 21. ובאודנך שמע et auribus tuis audi Ezech. 40, 4. ותנוי באודניכן et enarrationem meam auribus vestris Job. 13, 17. תרתין אודנוהי ambas aures suas 1. Sam. 3, 11. ואודני et aures ejus, Ps. 34, 16. מתקבלא באודנוי accipitur auribus ejus Ps. 18, 7. ואודניהון יקירו et aures suas aggravarunt Zach. 7, 11. קדשיא די באודניהון monilia quae sunt in auribus ipsorum Gen 35, 4. ובאודניהון ישמעון et auribus suis audiant Jes. 6, 10. Apud Talmudicos idem et contracte אונא. Hinc illud proverbiale de contemnendis injuriis et convitiis אם אמר לך חד אוניך דחמר לא תיחוש תריין עתיד לך פרוכי si dicat tibi quispiam, una auris tua est auris asini, ne cures: ambae[48] (aures tuae sunt aures asini) parato tibi fractum Ber. rab. s. 45. Proverbium, quo monent patienter ferendas esse injurias et maledicta. Simile vide in אבא. In Ar. citantur in radice עתר, sed prave, nam legendum עתיד. In Jalk. 21d pro פרוכי legitur פרומי hoc est מסמה „velamen". כי אותבוה באונאי quia reposuerunt illud in aures meas, Chol 105b. Metaph. *naubrium, ansa:* אונא דזיקא „ansa utris vel lagenae", Gittin 69.

אִידְנָא *cupa*. Sic adducit Ar., sed in Gem., unde citatur, legitur אגנא, de quo supra in אגן.

אִידְרָן[49] *salix*, aut *species salicis, cui lanugo adnascitur*, Talm. ולא בפתילת האידן neque cum ellychnio salicis, id est materiae laneae salicum, Schab. c. II. in initio. Nasci tradunt hanc inter corticem et lignum, quae mollitie sua lanam refert, ac propterea ellychnio sit apta. Hac materia lychnos sabbathinos incendere prohibitum.

אֲדוֹן *Dominus*.

אֲדָנוּת *dominatus, dominium*, vocabulum quod dominum et dominium significat. Unde dicunt Rabbini, כל לשון אדנות קרוי בלשון רבים אפילו יחיד omne vocabulum dominii vel nomen אדון effertur numero plurali. etiam de unico. Meminit R. Salomon Jes. 19, 4. Vide et eundem Gen. 35, 7. Sic dicunt, nomen. tetragrammaton יהוה vocatur שם המפורש quia בלשון אדנות המפורש exponitur et profertur per nomen אדון.

אֲדָנִי[50] *heliotropium*, „herba, inquit R. Salomon, cujus folia mane inclinant se versus solem, meridie erecta sunt, vesperi rursus incurvant se versus occidentem solem". Herba est, quae vocatur מ'לוא Malva, scribit idem. At huic istam naturam herbarii non ascribunt. In Gem. חזי תרנגולי כדברא או עורבי או נכי אדני vidit gallinas in trabe (sedentes) etiam corvos (in arboribus) aut etiam heliotropia (versus solem inclinata) Schab. 35b, nempe lucente adhuc die vidit gallinas jam conscendisse trabes quietis nocturnae causa etc. In glossa scribitur ארעי, unde apparet, in medio esse per Kametz legendum.

אודייני[51] *tentorium, tabernaculum:* vel juxta alios *specula alta custodum agrorum*, legitur in Moëd kat.

---

47) Syris: ܐܘܕܢܐ arab. أُذُنٌ hebr. אזן graec. οὖς ὠτ-ός auris Ohr. Ita et graec. ἐνωτίζω pro ἐν-ωτιδ-ι-ω ut Hebraeorum אָזַן et Arabum أَذَّنَ aurem accommodavit i. e. obsecutus est.

48) Aliter Matnath Kehuna hoc proverbium ad lat. „vox populi etc." vertit explicans: unus sociorum si tibi dicat auris tua est auris asini, ne crede, duo (sociorum) autem etc., cui expositioni sensus loci magis favet.

49) „Ada apud Tyrios dicit Bochartus inserto י, quomodo ביר pro בר". Inde graec. ἰτέα ἡ.

50) Status const. num. plur. propter numerosam copiam specierum ad familiam heliotropiorum pertinentium. Vocabulum ipsum referendum puto ad linguam institutosque Phoenicum, qui hanc plantam de affinitate soli Adonidi idolo consecrasse videntur. Hoc enim clarum, Phoenices Adonim pro sole sumsisse, et finxisse illum ab „Apro hirsuta et aspera fera", ictum, quod „aspera" fit et „hirsuta hiems", per quam solis vires paulatim deficiunt. Hinc festum Adonidia mense Junio סַכְּסֵךְ apud Syros Hebraeorumque תמוז, de quo Ezech. VIII. 14, circa solstitium videlicet aestivum, quo sol Boreales partes relinquendo ad Australes commeat, celebrabant, plantamque solis accessum et recessum denotantem (unde nomen helio-tropium [ἥλιος et τρέπω] Sonnenwende) numini, ut jam diximus, consecravere vel de nomine Adonidis אדן appellavere. (Vide Macrob. Lib. I. Saturn. cap. XXI.) Ex dictis rationem concludere possumus ad speciem heliotropii. Unica enim species „H. myosotoides" est, quae inter tam numerosam copiam hujus speciei in Phoenicia provenit proinde etiam ea, quae hoc nomine designata est. V. Ersch et Gruber.

51) Aut. nost. mendose lectionem ut B. Ar., interpretationem vero secundum illam lectionem habet, quam Mussafia

f. 21 a et in B. batra f. 144a, ubi in glossa monetur, in quibusdam libris legi אידוני, quasi a דָּרָא *respicere, circumspicere.* Sunt etiam qui exponunt *cisternam aquarum tectam.* Sed ea expositio locis adductis non quadrat.

ארני שדה *adne agri,* Kilaim c. 8. bestia est in agris vivens sub terra, forma et specie humana, voce etiam et sermone utens, sed qui non intelligitur. Sine periculo mortis nemo ad eam accedere potest. Agnoscitur autem ex herba quadam crassa et magna, cujus radix ejus umbilico implicata est. Venatores ergo istam herbam telis et sagittis tamdiu petunt, donec ab umbilico ejus divellatur, et tunc statim moritur. R. Majemon scribit Arabice vocari אל נאנס *Alnanas* quasi sit Nanus[52], ho-

---

nobis conservabat. Hic enim qui per „tentorium vel tabernaculum" vocem explicat, אסרניה legit, rursus ille, qui ut Aut. nost. אודייני habet, eam per מכתשת „mortarium" reddit.

52) Similitudine vocabulorum in errorem inductus Aut. nostr. homunculum, imo potius hominem exiguorum membrorum (ננום *vanos* nanus) a Talmudicis feram haberi docet. Aperte tamen Maim. נאנס vocem arabicam esse dicit ad النسناس ut videtur spectans, fabulosum quoddam animal, cui dimiati hominis forma apud Arabes tribuitur veluti *μονοσκελεῖ* spectro apud Graecos. Ipse quoque Maim. de hoc animali non aliter quam de animali fabuloso narrat. Ita enim ille: ארני השדה הם חיות הדומות לבני אדם ואומרים המספרים חדושי העולם שהיא מדבר דברים רבים שאינם מובנים ודבורו דומה לדבור בני אדם שמו אל נאנס בלשון ערב. Adene hasade ferae sunt hominibus similes, „quin iis auctoribus, qui res novas in orbe referunt" profert hoc animal verba, quae non intelliguntur, quamvis sermo illius ad humanam accedat. Nomen arabicum est אל נכנאם (verisimile אל נאנס). Hactenus Maim.

Res vero satis clara; dubitari nequit quin *simia* sit de qua disputetur. Nec cognitio speciei obscurior conferenti ea, quae de animali ארני השדה Talmudici tradunt, cum descriptione, quam apud Aristotelem de *cercopitheco* simia invenimus. Hic enim (Lib. II. Historiae c. IX.) *οἱ δὲ κῆβοι* inquit *ὅμοια ἔχουσιν ἀνθρώπῳ πάντα τὰ τοιαῦτα*; et illi (Bar Klonimus scilicet, Abarbenel in Jes. VIII., R. Salomo ben Melech in Michlal Jophi ad Lev. XX. et R. Obadia de Bartenora ad Cod. Sanhedrin VII.) parva variatione ארני חשדה ajunt אדם כבני ונוף פרצוף לה חיה שיש חיא. *κῆβος* vero juxta Aristotelem cercopithecum (speciem simiae caudatae in montibus Aethiopiae, quam nos Meerkatze aut, ut nomen lat. et graec. sonat, geſchwänzter Affe appellamus, *κερκο-πίθηκος* cerco-pithecus) significare ex capite octavo ejusdem Libr. elucet, ubi *ἔστι δὲ ὁ μὲν κῆβος πίθηκος ἔχων οὐράν* cet. Accedit quod ארני חשדה in Talm. hier. c. VIII. ברנש דטור i. e. *homo montanus* appellatur, montem Aethiopiae autem praecipue esse, de quo Talmudici multa miraculosaque narravere, ex Tract. Tamis f. 32 intelligere potes, sicuti secundum Plinium (Lib. I. c. 21) eundem montem designatum invenis, in quo cercopithecus nascitur Ita et Romani quam maximam similitudinem cercopitheco cum homini tribuerunt. Hinc Var. apud Nom. III.: quid dubitatis utrum nunc sitis c e r c o p i t h e c i an colubrae an belluae? et Martial Lib. XIV. epigr. 202 „Callidus inquit emissas eludere simius hastas. Si mihi cauda foret, c e r c o p i t h e c u s eram". Haec similitudo causa mihi videtur quare historici Romani, quotiescunque in mentionem hujus animalis cadant, nomine *cephus, cepus v. cefus* de eo utantur neque cercopithecum eum appellent aut feram esse dicant. Ita enim Plinius (l. VIII. c. 28.): „Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chama cet. Idem ex Aethiopia, quas vocant *κήπους*, quarum pedes posteriores cet." Solinus, ubi de Aethiopia „iisdem ferme temporibus (quibus Circenses exhibuit Caesar Dictator) illinc exhibita monstra sunt. *Cephos* (al. cefos) appellant, quorum posteriores pedes etc." scribit. Tali modo et Graeci et prisci Hebraei, (i. e. Israelitae temporibus Salomonis, quo regnante cephus ad Israelitas ex iis oris, quas Salomonis classis adnavigabat, nempe ex Troglodytis in ora Aethiopiae translatus est I. Reg. 10. II. Chron. 9), nomen Aethiopicum *cephus* in suis linguis קוף et *κῆβος κῆβον* s. *κεῖπον* uti nomen gentile incolume conservabant, quum uti Talmudici de ארני שדה Arabesque de النسناس utrum homo an fera esset, dubitarent. Imo etiam soluto dubio et feram esse cognito descriptio de hac fera tam varia, tam multiplex tamque diversis narrationibus mixta, ut mirari non possimus, quod veteribus spectrum fabulosumque animal visa sit. Parum nempe semihomo a narratione abest, quae animanti cuidam similitudinem cum homine ac simul cum fera tribuit. Hunc quidem semihominem fabula arabica atque graeca, si ita dicere licet, a dextra in sinistram, talmudica vero a superna in infimam partem corporis divisit ita quidem, ut huic spectrum evaderet, quod fera est ab umbilico, sed parte, quae super umbilicum est, non est fera; illis vero النسناس et *μονοσκελεῖς*, cui dimidiati hominis forma est, caput scilicet et collum et pectus dimidia, venter quoque dimidius, oculus unus etc. Ad cercopithecum igitur simiam fabula spectare videtur, si apud Graecos de *μονοσκελεῖ*, apud Arabes de النسناس et apud Talmudicos de ארני השדה tam multa atque miraculosa narrantur. Obscurior sensu etymologia vocis plurimos lexicographos latet. Solus Bochartus, qui vocem ad etymon אדם *homo* reducere constur et ארני חשדה ut ארמי השדה (plur. nominis. אדם? mutato מ in נ ut נוף pro מוף *Memphis*) *homines agresti* vertit. Mihi quidem ut verum fatear, probabilis non videtur etymologia, quae in hebr. lingua ab אדם plur. formare tentat, animosum me autem fecit ut et ego pro corollario sententiam meam adderem. Illo enim clarissimo doctissimoque Viro etymologiam usui linguae quam maxime oppugnantem docente et mihi fore indulgentiam Lectoris spero dicenti sententiam, quam tacuisse fortasse praestitisset. Prout quidem supra diximus, ארני השדה simia est, cui in Aethiopia, ubi nascitur *cephus* nomen est. Consonat vero hoc nomen cum illo regis Aethiopiae cui etiam nomen Cephus erat. In vulgus igitur attributum regale אדון *dominus s. princeps* ad simiam „cephum" translatum est, quod eo magis fieri necesse erat, quod Judaei Aethiopiam terram inhabitalem haberent (Tamis f. 32) et in hac terra de principe dici non licere, nisi de principe ferarum putarent. Translato itaque illo Cepheo rege in coelum idoloque facto, Judaei, sicuti de idolis generatim אליל dicunt i. e. *debilitas s. nihilum,* aut עצב *dolor s. moeror*; ita per ironiam voci אֲדוֹן abjecto ו interpunctationem vocis אבן *lapis* substripsere

muncio brevissimae staturae, ein Zwergle. Quidam putant esse animal ידוע, unde nomen habet ידעוני *hariolus*, de quo in lege Mosis.

הָאִידָנָא אִידָנָא[53] *nunc, hodie, hoc tempore*, Talm. ortum est ex Chaldaeo עדן tempus, per commutationem gutturalium, זיל השתא ותא למחר abi nunc et veni cras. עד השתא usque nunc, usque ad illud tempus.

אַדּוֹנְקֵי אִידוֹנְרִיקִי[54] *magnates, proceres, satrapae*: חֲשׁוּבִים interpretantur, id est *honorati, aestimati, dignitate praestantes*. Talmudici eo utuntur de quinque Satrapis Philistaeorum, qui Jos. 13, 3 vocantur סרני. Dicunt enim de iisdem אדונקי שלחן חמשה satrapae ipsorum sunt quinque, Chol. 60 b. In R. David Jos. 13 pro אדונקי legitur אידונריקי et sic in R. Salomone, qui textum istum talmudicum citant. In Jalkut אדנרקי.

אָדַק *adhaerere, cohaerere, inhaerere, conjunctum, compactum* esse. Praet. אדק משכתן על גרמיהן adhaeret cutis ipsorum ossibus ipsorum; hebr. צמד Thr. 4. Itph. Part. חד עם חבריה מתאדקין quilibet socio suo adhaerent, hebr. ידבקו Job. 41, 8. שלדי בסריה מתאדקין tori carnis ejus cohaerent; hebr. דבקו Job. 41, 14. Fut. ויתאדקון בכון ne adhaererent vobis; hebr. דבקו Deut. 28, 60 in Jonath. Pahel, Futur. יאדיק מיטרא דיי בכון faciet verbum Domini, ut adhaereat vobis pestis, Deut. 28, 21 in Jon. Apud Rabbinos כל ימי חייתי אדוק במסוק ובדקדוק omnibus diebus meis adhaesi (addictus et deditus fui) sacrae Scripturae et Grammaticae: Elias in Praefatione in lexicon Tisbi. אדוק במצות adhaerens praeceptis, observationi legis et pietati totus addictus. Talm. אחד אדוק במוסם ואחד אדוק בתורף unus adhaeret scripturae contractus et alter adhaeret inscriptioni nominum; כששניהם אדוקים במוסם ושניהם בתורף quando autem duo inhaerent scripto exemplari et duo inscriptioni nominum, Bav. m. f. 7 b. תורף est spacium, quod relinquitur in literis contractuum pro inscriptione personarum, loci et temporis: מוסם est scripta forma literarum contractuum. Vide in istis radicibus. שנים אדוקין בשטר duo adhaerent uni contractui, nempe creditor et debitor. Creditor dicit: mea est obligatio et hactenus insoluta: debitor dicit, mea est, solvi debitum, ac restitueras mihi obligationem, sed excidit mihi, amisi eam et tu reperisti, Metzia 7 a.

אֲדַק *aqualis, vas hortense irrigatorium*. Hic scribitur in Ar., sed in Gem., unde citatur, scribitur ארק V. in ריק.

אדויק v. in דוק.

אָדַר *assilire*. Sub hac forma adducitur in Ar., sed vide de eo in דרה.

אֲדַר אָדָר[55] *Adar, Februarius mensis, qui hebraeis duodecimus est, facto initio a Nisan sive Martio ex institutione Mosis*. Hic quarto quoque anno duplex, et secundus vocatur וַאדָר; is embolismicus sive intercalaris. Prior vocatur Adar primus, alter Adar secundus sive posterior: לחדש שנים עשר הוא חדש אדר usque ad mensem duodecimum, iste est mensis Adar, Esth. 3 in hebraeo. Sic Targ. לירחא תרי עסר דהוא ירח אדר. In secundo Targum pro eo legitur, כד מטא לסוף תריסר ירחי שתא ואיתו ירחא דאדר תרא quum pervenisset ad finem mensis duodecimi in anno, qui est mensis Adar primi. Et c. 9, 31. באדר בתראה בזמן עבודא (ad confirmandum dies sortium istos) in Adar secundo sive posteriore tempore embolismi.

אִדָּר *area, horreum*. Respondet hebraeo גֹּרֶן[56] ut מְבַרֵּר אֶת אֲדַר סְעֹרִין ventilat aream hordeorum Ruth. 3, 2. Emph. כמא דמפרשין מן אדרא sicut separant ab area, Num. 15, 20. למידש ית אדרא ad triturandum horreum Jes. 21, 10. דמיא לאדרא similis 'est areae Jer. 51, 33. מאדרא ומסעצרתא de area et de praelo Hos. 9, 2. Cum Affix. ואדיך יכנוש et horreum tuum colligat Job. 39, 15. מאדרך ex horreo tuo, Deut. 16, 13. מענך ומאדרך de gregibus tuis et de horreo tuo Deut. 15, 14. Plur. בְּזָזִין יַת אִדְרַיָּא, spoliant horrea, 1 Sam. 23, 1. עד בית אדרי דאמר usque ad locum horrei Atad Gen. 50, 10. 11. מן אדרי קיט ex areis aestatis Dan. 2, 35.

אֲדַרְיָא[57] *velum navis*. Sic babylonice dictum fuit, quod in Mischna vocatur נֵס. Id hebraice *vexillum* significat, unde ad vexillum navis translatum, quod vocatur velum, carbasus. Scribitur in Gem. אדראא, unde media vocalis apparet A., Bav. b. c. 5 in principio.

אדרא *cedri vel alterius cujusdam praestantissimae arboris species*, Rosch hasch. f. 23 a. Sic etiam citat Aruch ex Sanh. f, 108 b, ubi nunc pro eo legitur ארא. In Gitt. f. 69 b. מרף אדרא folia hujus arboris dicuntur contra febrem conducere. Alibi הרוצה שיתקיימו נכסיו ימכור בתין אדרא qui cupit ut stabiliantur et firma sint bona

---

et pro אַדְנֵי הַשְּׂדֵה *principes agri* i. e. ii, qui in deserto dominantur אַדְנֵי הַשְּׂדֵה *lapides agri* (ut est in Job. VII.) dixerunt. Vide annotata nostra ad נבתן (Anabis latrans apud Aegyptos) in נבת, atque ad איש כלבי (Ἀσ-κλήπιος apud Phoenices) in כלב.

53) ה־אידנא cum ה articulo emphatico ut Hebraeorum הַיּוֹם ἡμέρα, τῇ ἡμέρᾳ ho-die „hoc“ tempore.

54) ἐθν-άρχης gubernator populi.

55) أذار Arabibus (sextus mensis quando initium fit a Tisrin priore i. e. Octobri) et Syris ܐܕܪ dictus ab אדיר arieto, in quem sol Martio mense ingreditur, ut dicit Michaelis. Castellus vero ad persic. *ator* i. e. „fulmen, ignis“ vocem refert. Cf. etiam Movers. Phoen. I. 340. sqq. et Benfey: über die Monatsnamen einiger alter Völker, p. 61, 62.

56) Hinc Talmudici de Synedrio magno, quod ad judicia in semiorbiculo, sicut dimidia area, sedebat, mox hebr. גורן (Chol. 5a) mox chald. voce אדרא (Midr. Cant. ad verba אגן חסהר שיורך, ubi pro שָׁרְרֵךְ, principatus legerunt in literisque ג et ד vocis אגן literas vocis גורן respexerunt) utuntur. Itaque Aut. nost. vocabulum אדרא de Synedrio dictum non citat, quoniam de eo in גורן. At Muss., qui vocem graec. esse dicit, ad ἕδρᾳ sedes (impr. sedes honoris ut τιμίαν ἕδραν ἔχειν apud Aesch.) spectat.

57) אדרא cedrus, seu pertica cedrea, cui velum vel carbasus affinguntur (Ezech. 27. 5), per Synecdochen pro toto i. e. pro vexillo s. velo navis. א in medio ad indicandum numer. plur. more Arabico loco י Hebraeorum.

sua, plantet in eis arborem Adra, juxta illud אדיר במרום יי fortis est in excelso Dominus Ps. 93, 4. Betza 15 b. Hinc videtur dicta esse haec arbor, quasi אדיר magnifica, robusta. In Ar. parvo hoc ita enarratur. *Faciat ex eis eleemosynam* et Adra est species arboris infrugiferae et magnae, ramosae et frondosae, ex qua si sepes agro circumducatur, nulla bestia in eum potest ingredi et conservatur perpetuo[57a]. Schindlerus ponit: אדרא cedri species, arbor ferens lanam.

אדרא *spina, os piscis,* עצם של דג Schab. 67 a. Cui spina piscis in palato haeret, dicat נגעצת ככותם נגעלה כתרים שישא שוישא; remedium magicum et superstitiosum. Baal Aruch legit cum duplici Daleth אדדא.

אוּדְרָא *lana, pluma, muscus, molle quodvis, quo pulvinaria replentur, aut aliquid obturatur.* אודרא בפומא דאשישא lana in orificio lagenae, Schab. 40 a. אודרא סבי סריא pluma ex cervicali, Ber. 56 a. Ar. et haec adducit per geminum Daleth.

אַדּוּרָה[58] adducitur hic in Ar. sub אדר pro „morticino". V. in עדר.

אודרייתא. Adducit Ar. et hoc in אדר pro *pellibus, sive saccis pelliceis*, sed in Gem. scribitur אורוותא, quod significat, *praesepia*, de quo infra in ארה, ubi vide.

אַדְרִיָּא *Lethech, mensura aridorum dimidii cori seu quindecim searum*, Tal. Erub. 102 a. Bava met. 80 b, Munsterus in אדרא exponit *Dimidium Lethech*, contra Glossatorem Talmudicum.

אַדְרַבָּא, אַדְרַבִּי *contra, e contrario*, Talm. R. Joseph dixit: Quam insignis es vir hic, cui factum est tale miraculum. R. Abhai dixit: אדרבה כמה גרוע e contrario, quam vilis est vir hic, propter quem opus naturae mutatum est. Schab. 53 b.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא *senatores, proceres regni*, Dan. 3, 2. Nomen persicum. R. Sal. putat esse nomen nationis vel gentis alicujus. Ab. Esra scribit, se ejus et sequentium interpretationem nescire. R. Saadias existimat esse *magnates, proceres*, quasi באדר גחרין cum magnificentia et autoritata decernentes et statuta ponentes.

אַדַּרְזָא *diligenter, festinanter,* יִתְעֲבֵד אַדַּרְזָא fiat festinanter, Esth. 7, 3.

אַדְרִיוֹנְטוֹס *summitas, cacumen.* In Med. Tanchuma s. ואלה פקודי Ex. 38. כתוך שאני מטיל את תכסים האדריונטום dum ego diruo basin, cacumen concidit. Aut est *effiges, statua viri.* ῥίον. Wipfel, In Ar. adducitur אינדרטין ex Ber. r. s. 8. sed ibi hodie legitur אדריונטים effigies. De eo in ordine אנר.

דַּדְרִיכֹל, אַדְרִיכָל *architectus;* talm. idem quod in Targ. אַדְרָכְלָא, de quo in ordine ארד. In Jalkut f. 4. c. 3. משל למלך שבנה פלטין על ידי אדריכל simile est regi, qui aedificat palatium per manus architecti. Explicatio, חכם חרשים *sapiens artificum.*

אַדְרַכְתָּא v. in דרך.

אַדְרַמֶּלֶךְ[59] *idoli nomen* 2. Reg. 17, 31. R. David et sic Talmudici scribunt, esse idem quod פרד mulum portantem onera regis, a דור portare, unde דָּיְרֵי סוֹעֲנָא portantes onus, bajuli. V. R. Davidem citato loco. Apud Talmudicos de Adrammelech et Anammelech, de quibus in libro Regum ומאי ניהו הפרד והסוס quidnam sunt ista? mulus et equus (i. e. Adrammelech est cognomentum muli: Anammelech cognomentum equi) אדרמלך דאדר ליה למריה במלוכה Adrammelech sic dicitur, quia portat domini sui onera, Sanh. 63 b.

אַדְרִימוֹן *n. proprium loci*: In Vaj. rab. s. 35. משל למקום אדרימון שהוא משובש בגיסות simili hoc est loco Adrimon, qui pertubatus est ab exercitibus, turmis. Puto esse corruptum ex Graeco ἔρημος, ἔρημον „desertum, locus non inhabitatus," ut sensus sit: *loco qui plenus est latronibus.* Sic in Glossa dicitur significari מקום שכם ומצויים שם לסטים. Hinc melior est lectio Ar. אירמון, sine Daleth.

אֲדָרוֹן[60] *cubiculum, conclave, caenaculum:* כן אדרון עילא de conclavi superiori venit tempestas, hebr. כן תחדר Job. 37, 9. לבית אדרון בית מלכותיה in conclave domus regiae, Esth. 2, 16. באדרון בית מדרשא in conclavi scholae Mosis praeceptoris ipsorum, Cant. 3, 4. באדרון בית משכבא in conclavi cubiculi, Jud. 16, 9. 12. ועל לאדרון בית משכבא et ingressus est in conclave cubiculi, Gen. 43, 29. Sam. 13, 10. לאדרון בית מלכא in conclave regis, 1. Reg. 16, 18 מאדרון בית משכבוי e conclavi cubiculi, Joël. 2, 16. Plur. וְאַדְרוֹנֵי שַׁמְהֵי מַזְלַיָּא et conclavia dominii pla-

---

57a) Mussafia vocem pro δρύς quercus cum א prost. habet, at Jarchi, qui explicat esse arborem, cujus odor s. exhalatio blattis tineisque intolerabilis, ad cedrum κ-έδρος, imo potius ad resinam cedri, quam cedrium κέδριον vocant, spectat; suos enim resina antiqui mortuos et quodvis longum tempus conservare volebant, linebant, ne putrescerent, inde Horatius carmina conservandi digna „carmina linenda cedro" dicit.

58) δέρας „pellis, cutis" cum א prost. ad sententiam Mussafiae. Castellus autem pro אדור legit אַדּוּר vocemque per c-adaver explicat.

59) אדרמלך, quocum conjungendum nomen ענמלך. His, diis Sefarvajim, Sipporaei comburebant filios suos, 2. Reg. 17, 31. uti Judaei deo Molekh, 1. Reg. 12, 7. 2. Reg. 23, 10. Posterior pars utriusque vocis eadem est, derivanda a verbo מלך, ut הַמֹּלֵךְ; uterque igitur rex deorum hominumque. Priorem vocis אדרמלך partem nonnulli voluerunt esse hebraicam a radice אדר (= clarus, illustris f.), ut sit rex clarus. At fuit deus *Sipparaeorum*; rectius igitur derivatur a persico اذر s. اذر, ut sit „rex ignis, rex igneus" (nam Sipporaei Persae fuerunt, Jos. ant. 9, 14, 3). Neque modo dei sed etiam hominum nomen est; ita filius Sanheribi vocatur Adrammelekh, Jes. 37, 38. Apud Plutarchum (de Isida 13) per metathesin legitur *Μαλκα ν δρος* = מלכאדר. Alterum nomen ענמלך difficilius videtur, nisi priorem partem cum Moversio habere velis עין, ita ut sit oculus regis (i. e. Jupiter-Sol). Rectius fortasse respicitur pers. عنم „pecus" ut sit „rex pecoris" (cf. Hyde de rel. veter. Pers). Utrumque nomen in unum coniunctum legitur Tob. 1, 2 saepius: *Ενεμασσάρ* = ענמאזר.

60) A pers. اندر *intra* intus, in. i. e. interiora aedium conclavia. B. Ar. vero, qui vocem graecam habet ad gr. ἀνδρών spectat.

netarum, Job. 9, 9. Apud Rabb. אדרונא דאית ליה ארבעה באבי conclave, cui sunt quatuor januae: על לאדרונא ingressus est conclave. Dicitur et אַנְדְּרוֹנָא.

אַדְרוֹפִיקוֹס *hydropicus*, Rab. אם חמים רבים על הדם נעשה אדרופיקוס si aqua copiosior sit sanguine, fit hydropicus.

אַדָּרוּתָא honor, gloria, ab Hebraeo הדר Talm.

אָהַב „amavit", hebr. Rabbini usurpant etiam in Hiphil, הֶאֱהִיב amare facere, amabilem reddere. להאהיבם ולהאהיב תורתם ad amabiles, charos reddendos eos et legem ipsorum.

אַהֲלָא *smegma, sapo*[61]: וְרַבְּאִית בָּאֲהֲלָא ידי et mundavi smegmate manus meas, hebr. בֹּר Job. 9, 9. Apud talmudicos, ולא בנתר ולא באהל neque nitro neque sapone. Scribitur et אהלא in Ar. at in Gemara sine ו. Unde מאי בורית אהלא quid est בורית? idem quod אהלא. At alibi traditur, בורית ואהלא, ergo diversa sunt, תרי גוני אהלא duae species smegmatis, Schab. 90a. Item saponaria, herba, Schab. 50b.

אֲהַלְלֵי „saponarii, vendentes saponem, aloën, myrrham", et similia, Nedar. in fine.

אֹהֶל *tabernaculum*. אהל דוק Tentorium disjectum, id est, ממולמל vagum, pendulum inter terram et aërem, Chagiga f. 25, 1.

הֶאֱהִיל „tabernaculum fecit, pro tabernaculo habuit vel instituit aut posuit: tabernaculum fixit sive expandit", vide in Oholoth c. 15 in fine.

אַהֵן is, ille, hierosolymitane: אהן דזבן הות טר קיקילתא זבנית סימא לא זבנית ille qui vendidit agrum, dicebat agrum vendidi, thesaurum non vendidi; אהן דזבן ille qui emit, dicebat etc. Talm. hieros. Metzia c. 2 et alibi. Aliquando etiam הוהן: ut הוהן דמקבל כתבייא et ille qui accipit literas, Talm. hier. Schab. c. 12, f. 13, col. 4.

אֲהָדִינָא[62] *dactylus immaturus, grossulus dactylorum*: מאן דאכיל אהדינא כדירא אליבא ריקנא qui comedit grossulum dactyli acerbum stomacho vacuo sive jejuno, Bab. m. f. 113b. Ejus scil. nulla est medicina, ut ibi proponitur: אהדינא סומקא dactylus immaturus rufus, Chol. f. 46b. אהדני דטוביגא dactyli Tufjanaei, qui Tubbianae crescunt. Locus fuit, ubi palmarum fructus vix ad maturitatem perveniebant: קיבורא דאהדני ramus dactylorum immaturorum, Sanh. f. 26b.

אוֹהֲלֵי אַדְרֵי[63] „nassae vimineae ad capiendos pisces" למיגדל אוהדי ad conficiendum nassas, Moëd cat. f. 11a. באוהלי אוהדי de retibus avium et nassis piscium nemo dissentit, Gitt. f. 60b. Male in Munstero scriptum singulariter אהדי. Litera autem ו ab initio indicat cholem vel schurek.

אֲדוֹרְיָא „praefectus stabili equorum", Stallmeister. אהדוריה דר' חזה עתיר משבור מלכא[64] praefectus stabuli ipsius Raf ditior fuit quam Schavur rex Persiae, Schab. f. 113b. Bab. m. f. 55a. Glossa ממונה על הסוסים praefectus equorum. [אֲדָרְנָא n. pr. loci, 1. Chron. 1, 30.]

אוֹב „Python", genius ex ventre ceu utre loquens, Lev. 19 et 20 et alibi. Vide Aruch in princ. in אוב. Plur. אובות Pythones: utres, testae, lagenae. Vide Ab. Esram Job. 32, 19. Majem. in Hilch. עכום c. 6. Selden, de Diis Syris p. 39. אובא ממיא v. in מטא.

אוֹג *arbusti cujusdam ruber fructus*, qui et editur et ad aptanda ac tingenda coria Cordubana adhibetur": arabice אלטומאק: vulgo, scribit quidam, קורניילי: Talm. Peah. cap. 1 et 3. Demai c. 1. Maaseroth c. 1.

אֲגִינוֹס *generosus*, clara prosapia et familia natus. Graecum est *εὐγενής*, unde pro ultimo ו rectius scriberetur י. Scribitur et אבגינוס, quia ב raphatum et ו valde affinem habent pronunciationem. In Medraschim ejus usus est, unde et Aruch citat אוגנסמטו *εὐγενέσταταος*. id est, מיוחס prosapiatus valde. V. Vajik. rab. s. 2, Mdr. Rut. c. 1, 2. Medr. Schem. s. 1, ubi scribitur אויגנסמאטי.

אוּד *torris, titio*: אוּד מֻשְׁיָזַב מִיקְּדָא titio ereptus ex igne, Zach. 3, 2. אודא דכסיר titio contemptus, Job. 12, 5. Plur. כאודיא מתנגיא sicut titiones fumigantes, Jes. 7, 4. Apud Talmudicos per metonymiam est, *rutabulum*, ein Ofenkrück, lignum quo ligna in fornace promovent, et prunas eximunt: Betza f. 33a. אודיותא v. in גדח.

אָוָה *desiderare, concupiscere*, hebr.

תַּאֲוָה *desiderium, concupiscentia*: לשון תאוה locutio, sermo desiderii, i. e. modus optativus, grammaticis. מאמר המתאוה oratio optativa.

אָוָּז אַוָּזָא *anser*. Plur. אַוָּזִין *anseres*, Esth. 3, 8 in

---

*) אדרקי generosulus. Sanh. 38a Infundite תמר א' vinum paulo generosius et meracius, Cast.

61) E cinere aloes אהל confecta. **) אידרוסמון וְלוסמון *ὑδροφόσατον* aqua rosacea Talm. hier. Schev.

62) أهلون apud Arabes, scapus racemi dactylorum.

63) A fimbriis (أهار *ahar* persice) e quibus confectae sunt, appellatae. B. Ar. mutatis gutturalibus ה et ח אחורי legit (ut hebr. סלי חורי Gen. XL., 12 quod Symmachus *τρία κανᾶ βάϊνα* per tria canistra e frondibus explicat), cui vero verbum למיגדל (a nomine גדילים fimbria formatum) non convenit.

64) אדוריה pro ה' על (cf. annotata nostra ad lit. א) is, qui praefectus est rebus pretiosis, quae in stabulis reperiuntur, quae sunt *globi aurei et argentei, quibus apparatus equi ornatur*, persice هرّ *harra* dicti (v. Cast. lex.). Duplex litera ר posita est propter pers. teschdid (= hebr. dag. f.) quum ר dagesch non patiatur. Relandus vero per ח, אחוריה legit a pers. أخور stabulum. In interpretatione istius loci talm. רבי, q. e. רבי, perverse per Raf redditur. Ille enim רבי יהוד הנשיא appellatus et a Palaestinensibus Judaeis propterea, quod optime de colligenda Misna meritus erat, רבי *κατ' ἐξοχήν* vocatus, maximas divitias congesserat et hanc ob rem in omnium ore erat. אבא vero, illius discipulus, cognomen אריכא accepit a patria sua Areka, quae sita est inter Susianam et Babyloniam (cf. Fürst Cult.- et L. p. 33); et hic אבא אריכא, qui proprie scholas Babylonicas instituit, a Babylonicis Judaeis רב *κατ' ἐξοχήν* vocatus est; neque tamen usquam legimus eum divitem fuisse. Praeterea ex loco in tract. Sab. clarissime apparet, de רבי, non de אבא אריכא sermonem esse. Fortasse locus, qui legitur in Megil. 12b. (ubi אבא scriptum est) illius erroris causa fuit. At verisimile est, ibi non de אבא אריכא sed de principe exulum, אבא מרי sermonem esse.

secundo Targum. Apud Talm. אוז הבר anser sylvestris [videtur esse lat. *avis*].[84a]

אַוָּזָא בַּר *anas*, Talmud. מוי לי בר אוזא ושדי מעיה לשונרא assa mihi anatem, et projice intestina ejus feli, Betza f. 33a. Est etiam plurale terminationis foem. אַוְזָוֹת. Elias frustra plurale vult dici אַוְזָאוֹת. Nam א, sive emphaticum sive femininum, pluraliter abjicitur: שמיל ואזיל בר אוזא ועיניה מסיימי humilis est et circumcirca deambulat anas, oculisque suis hinc inde speculatur, scil. ad quaerendum cibum, Rava k. f. 92b. proverbiale est, quo monnerunt, neminem propter tenuitatem suam debere erubescere necessaria vitae sedulo quaerere.

אַוְזָיָא *quarta pars animalis mactati*, appellatione Pombeditana Babyloniac, ut est in Beza f. 29a. Soriani vocabant eam מישא *tertiam*, alii, חלקא *dimidiam*: alii רבעא *quartam*. In quibusdam etiam locis dividi solitum in sex partes. Ar. in אוז putat אוזיא esse quintam partem.

אוֹזְיִין *dracones*: Eliae *martes*, Marbet. R. Sal. scribit se nescire quale animal sit. Aben Esra vult esse animal, de quo quilibet videns obstupescit, heb. אוזים Jes. 21, 13.

אוֹי Vae: אוי לרשע ואוי לשכנו vae improbo et vae vicino ejus, in fine Succa. V. Ralbag Prov. 29, 6. Efferunt id etiam chaldaice ווי לחייכא וי לשכניה. Aliquid mali propter vicinum malum.

אוֹל, אַוְלָא[84b] *Initium, principium*. Est usitatum quoque in lingua Arabica et Persica. מן אולא ברא י׳י. In principio creavit Deus coelum et terram, hebr. בראשית Gen. 1, 1 in Jonath. די באול מאבוהא quae in principio fructum fert, id est, antequam aliae arbores incipiant fructum producere, hebr. בראשיתה, Hos. 9, 10. באול עצמה in principio germinationis foeni serotini, hebr. בתחלת עלות הלקש, Amos 7, 1. הלא אתחוא מן אולא nonne annunciatum est a principio, hebr. מראש, Jes. 40, 21. מן חוי מן אולא quis annunciavit a principio, Jes. 41, 26. ודמן אולא et quae fuerunt a principio, hebr. וְקַדְמוֹנִיּוֹת Jes. 43, 18. מְבַשֵּׂר מִן אַוְלָא annuncians a principio ad finem, Hebr. מראשית Jes. 46, 10. מן אולא inde a principio, Hebr. מראשון Jerem. 17, 12.

אַוְרְלָא idem. Videtur potius sub forma praecedenti esse legendum, ut alterum י corruptum sit ex ו: nam scribi solet אולא ad indicandum ו consonam mobilem: כד מן אולא sicut a principio, hebr. כִּבַּתְּחִלָּה Jes. 1, 26. תְּתוּבוּן לְאֵוֵילְכֶן Revertimini ad principium, i. e., pristinum statum vestrum, hebr. לקדמתכן Ezech. 16, 55. יתתבן לאוליתן Revertentur ad principium suum, hebr. לְקַדְמָתָן Ezech. 16, 55.

אולן *totum*. Graecum est: אולן כרסון *ὅλον χρύσεον* totum aureum. In Medraschim talia usurpant.

אַוְלָם n. propr. loci in Targ. Hier. Num. 34, 8. [videtur esse Aulon Ciliciae. Scribitur etiam אבלם s. אולם.]

אוֹלוֹסִיריקָא *holosericum*: והא לוקח אולוסיריקא et iste accipit holosericum, Jalkut Prov. 4, 2

אוֹם *radix, fundum, inum rei*: Talm. או שהלבה לה האום aut si dilataverit se fundum plagae, Negaim c. 1. הלך מן האום et dilataverit se a radice sive fundo, Negaim c. 4. אם היה נתע באום si tetigerit fundum, Taharos c. 9. Ar. haec legit per ס Samech in fine. V. ibi.

אוֹמֵי v. in יומא.

אוֹנָא, אוּנְבָּא *pellis, membrana*: כשדבקה אונא לאונא cum adhaeret membrana membranae, Elias in rad. סרך in Tisbi: הוו סריכי אוני בדומן adhaerebant membranae (pulmonis) lateri: תרתי אוני duae membranae. חמשה אונות quinque membranulae sunt pulmoni. סמוכות ואונות cohaerentes membranulae invicem.

אוֹנָא *n. propr. loci*: Talm. Kidd. f. 116a.

אוּנְבָּא contracte pro אוּדְנָא vide supra in אזן.

אוֹנִי *emptio, literae contractus emptionis aut venditionis*. Juxta Ar. est Graecum *ὤνη* emptio. Quidam Hebraeorum volunt esse ex significatione ראשית אוני principium roboris mei, Gen. 49, 3, ut literae istae sint robur et firmitas contractus. Sic R. Sal. ad illud Hos. 12, 8 i. e. מצאתי און לי juxta istam locutionem, scribant כותבין עליו אונו super eo literas contractus. Item באוני ובמימי אחד emptione una et pretio uno. הנציא זה את אונו produxit iste literas emptionis suae. In Ber. r. s. 2 ab in.: משל למלך שקנה לו שני עבדים שכיתם באוני אחת ובמימי אחת simile est regi, qui comparavit sibi duos servos, ambosque scripto uno et pretio uno. Gloss. שטר מכירה est אוני contractus venditionis. Alibi: היו אונות חשטרות יוצאין על שמו literae emptionis et literae mutui prodibant sub nomine ejus, Bav. bas. f. 52a. gloss. אונות id est שטרי מכירות. In Tanchuma, in sect. ראה Deut. 2. משל למלך שלקח עבד באוני וכתב באוני simile est regi, qui accepit servum per emptionem et scribit in emptionis contractu etc.

אוֹנִיתָא *ὤνησις emptio, literae contractus emptionis sive venditionis*: וְאָזַל לְמִצְרַיִם וְאַיְתִי אוֹנִיתָא דַּחֲקִיל כְּסֵילְתָא ivitque (Naphtali) in Aegyptum, et attulit inde contractum emptionis agri duplicis speluncae, Gen. 49, 21 in Jonath. Targum hier. habet: ipse descendit in Aegyptum tempore celerrimo, ואזיל באוירתא ואייתי אוניתא et attulit contractum emptionis agri duplicis ex palatio sive cancellaria Josephi. Et c. 50, 13 in Jonath.: Portarunt eum filii ejus in terram Canaan. Ea res cum Esavo improbo innotuisset, profectus de monte Gabhla, cum legionibus multis, venit Hebronem et non permisit Josepho sepelire patrem suum in spelunca duplici. Tunc e vestigio Naphtali, curru celeri abiit in Aegyptum, ואזיל ואייתי אוניתא et attulit literas emptionis, quas scripserat Esau Jacobo fratri suo pro dimidia parte speluncae istius. Tunc Chuschi filius Dan, repente arrepto gladio abscidit caput Esavi improbi, quod ab isto ictu devolutum est in speluncam istam, et quievit in gremio Isaaci patris sui, corpus autem ejus filii Esau sepelierunt in spelunca ista duplici, et corpus Jacobi, filii ejus in eadem spelunca etc. Fabula. שלחון משלחין אוניתא לרב בייתיה miserunt literas emptionis ad praefectum aulae. At שורא דאוניתא, quod habet R. David Amos 7, 7 aliud est, de quo vide in יצה. Addit hic

---

אֶלָּא *sed, nisi, praeterquam.* Elias vult esse dictionem graecam ἀλλὰ. Possit tamen etiam videri compositum ex אֶם vel אִן et לָא, maxime quando pro „nisi" ponitur. ופריק ליה אלא אנא et redemptor nullus est, praeterquam ego, hebr. זולתי „praeter me", Jes. 45, 21. Sic Hos, 13, 4 pro hebraeo בלתי. Item לית אלהא אלא יי non est deus, praeterquam ego, hebr. מבלעדי 2. Sam. 22, 32. לית דתקוף אלא אלהנא non est fortis, nisi deus noster, ibid. Apud Talmud. כל הנביאים כולם לא נתנבאו אלא לימות המשיח omnes prophetae in universum non prophetarunt nisi de diebus Messiae: dixit Samuel: אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבוד מלכיות non est (discrimen) inter mundum hunc et dies Messiae, nisi servitus sub regnis duntaxat. Dixit R. Jochanan כל הנביאים לא נתנבאו אלא לבעלי תשובה omnes prophetae non prophetarunt nisi de iis qui poenitentiam egerunt, Sanh. 99a. Item הקים לא נאמר אלא אקים quem erexit, non dicitur, sed quem erecturus sum ipsis, Jer. 30, 9. אלא משום דכתיב sed propterea quia scriptum est. ולא עוד אלא et non hoc tantum, sed etiam.

אֲלָא *idcirco, ideo:* apud Talmud., quando praecedentibus aliud quid conclusive opponitur: אלא שש מאין idcirco sex sata, sex modii hordeorum fuerunt, non sex grana hordei, ad Ruth. 3 in Sanh. 93b. Sic Targ. Contra sentit R. Sal. in Com. אלא לומר ideoque dicendum, idcirco vult te dicere, ut dicas, quod etc. אלא מעין idcirco partem tantum, sc. dicit vel proponit. אלא לאו שמע idcirco nihil aliud est, quam quod auditum est, quod audivisti, quod audivimus. אלא לקרובי מיתרא idcirco (scil. existimat, sententia ejus est) admovendas esse portas. Quando diversae sententiae afferuntur, valet etiam *vel, aut.* Item *attamen*, nach gleichwohl.

אֲלָא *funda.* Sic videtur significare juxta locum suum: היכמה דרמי גבר אבנא באלא sicut quis projicit lapidem cum funda, vel ex funda, Cant. 8, 5. Unus interpretum vertit *in cervam*, respiciens ad איל. Regia legunt בארעא in terram.

אוּלְבַּנִין אֶלֶב *Libanus:* vide in לבן.

אֶלֶג et אוּלְגַלְגּוֹם אוּלְגַלְגִּין,[118] *chirographum, obligatio de debito*: רבינו המלך אוּלְגַלְגּוֹם שלו remisit rex obligationem ejus, judicavitque ipsum ex ore suo: Pesikta. Item in Ber. r. s. 28 ad illud „delebo hominem", Gen. 6. Deus benedictus non sumit ultionem ab aliquo populo, nisi donec legerit אולגלגין שלה obligationem ejus, quantum scil. debeat, et postea punit ipsum. Hodie ibi in textu legitur אנאליגין, in glossa אנליגין; explicatio ut in Ar. Munsterus, אֶלְגּוֹן *processus condemnationis in judicio.* Sic in Jalk. Proph. 77 col. 4. Simile hoc est latroni, qui condemnatur coram quaestionario: בתחלה קורא אוליגין שלו primo legit obligationem ejus. Glossa זכיותיו וחובותיו merita seu virtutes, et delicta ipsius. Est corruptum ex gr. quopiam, ut ἀλογία vel ὁμολογία confessio. In glos. etiam explicatur gallice *proces.* In Jalk. Ps. 100, 4 explicatur פורציש שבר תוב. Sic in Jalk. Job. 152d. In Jelammedenu 73b legitur אלוגין, et explicatur גזר דין, *process* in lingua vernacula.

אֶלְגָּבִישׁ[119] *grando major*, ut hebr. בית אבני אלגביש et lapides grandinis majoris, Ez. 13, 11. R. David monet, in quibusdam libris scribi ut una dictio, in quibusdam ut duae, et esse lapides grandinis רומות אל גביש. Sic v. 13 et 38, 22. Quidam גביש Job. 28, 18 exponunt *crystallum*, unde אלגביש quasi „potens crystallus", i. e. grando instar magni crystalli.[120]

אֲלָה *ejulare, lamentari, plangere.* Ex hac forma hebr. est אֱלִי plange, Joël. 1, 8. Idem est quod

---

117) Alii אברנניא *Acarnania* legunt atque Jalkut Till. ibid. ברטניא *Brittania* legitur.

*) אכרוע (Thalm. hier. Maaser. scheni f. 48) species herbae, ait Ar., cujus fructus una cum radice eduntur, כרוע in lingua arab. quod ut videtur ad arab. كرع spectat.

118) Conferenda est vox lat. elogium, Protocoll. Haec significatio maximopere quadrat in locum supra laudatum Jalk. Proph. 77d.

119) Fortasse rectius אל habebis pro articulo arab. Plerique etiam lexicographi habent hanc vocem eandem quam apud Kamusum p. 742 reperis, arab. sc. الجَبِس q. e. „congelatum."

120) Itaque scribendum esset אל אֵל גבישׁ enim est potentia, cf. חרדי אל.

ילל, quod usitatius est. Praeter. וַאֲלָא דָוִד יַת אֲלָיָא דָּא et lamentatus est David lamentatione hac, hebr. וַיְקוֹנֵן 2. Sam. 1, 17. Pahel, Infinit. לְאַלָּאָדוּ לְבַת יִפְתָּח ad lamentandum filiam Jephtae, Jud. 11. 40. In Hebraeo est לתנות, quod etiam exponunt ad confabulandum, ut et sumitur Jud. 5, 11. R. David exponit, לתנות i. e. לקונן ולבכות על בתולית ad plangendum et flendum super virginitate ejus, juxta Targ. לאלאה. Alteram expositionem etiam adducit, לתנות i. e. להשיחה confabulari cum ea et consolari eam.

אליהו[121] *Elias*: עד שיבוא אליהו donec veniat Elias, i. e. *nunquam*. Usurpant de quaestione dubia, quae decidi non potest: דא תהא מונח עד שיבוא אליהו hoc relinquetur in medio, donec veniat Elias, B. Metz. c. 3 in Misna.

אֲלִיָּה[122] *lamentans, lamentatrix, praefica, mulier ad planctum pro mortuo conducta*. Plur. אֲלִיָּן et emph. וְקָרוֹ לְאָלְיָתָא et convocate lamentatrices, hebr. לַמְקֹנְנוֹת Jer. 9, 17. In Venetis prave punctata vox est.

אֲלִיָּא *lamentum, planctus, ejulatio*. In Venetis prava punctatio est; וְעַל דִּירָוָת מַדְבְּרָא אֲלָיָא et super caulas deserti lamentum, hebr. קִינָה. Jer. 9, 10. וְיִתְּלָן עֲלָנָא אֲלָיָא et edant super nos planctum, hebr. נהי, Jer. 9, 18. קל אליא אשתמע vox planctus audita est, Jer. 9, 19. ואליגא לבנתיכן אליא et docete filias vestras planctum, Jer. 9, 20. יסוף מנהון אליא consummabitur ab ipsis planctus, hebr. קינים, Ezech. 2, 10. V. et Ezech. 27, 32 et 32, 16. ותהי לאליא et sit in lamentum, sitque in lamentum, Ezech. 19, 14 et 32, 16. Cum Pron. אֲלִיָּי אֲסַכְתָּא convertisti luctum meum in tripudium. hebr. מָחֹל Ps. 30, 12.

אֲלִילְיָתָא idem. Possit et Chirek ab initio esse. בְּאַחֲצָרוּתְהוֹן אֲלִילְיָתְהוֹן excitantibus ipsis lamentun suum, Job. 3, 8. Veneta hic mendosa sunt.

בְּרַת אֲלִילָתָא *fici species, quam comedit Adam primus et de cujus foliis tegumenta sibi fecit*: ברת אליתא דאמטיית אליתא לעלמא ficus lugubris fuit (dicta): quod induxit luctum in mundum, Ber. r. s. 15 de fico in paradiso, causa lapsus primorum parentum.

אלייתא *lamentatrix femina*, Talm. רביעית של אלייתא sistrum lamentantis feminae, Kelim c. 16. Sistra hebraice dicuntur מנענים, pro quo in Targ. est רביעין. Hujus instrumenti in luctu et sepultura mortuorum aliquando erat usus, ut et tympanorum: unde והאירוס מבא מושב מצני שהאלייתא ישובת עליו tympanum est pollutum sessione, quia lamentatrix femina sedere solet super eo, Kelim c. 15 in fine. Forma singulari melius diceretur אֲלָיָא, aut pl. אֲלִילְיָתָא, ut supra.

אֲלָה[123] *baculus, fustis, clava*, i. e. *fustis extrema parte capitatus, instar clavi, cum infixis saepe clavis ferreis*: Arab. دبوس, ut notat B. Ar. לא באלה ולא ברומח non cum fuste, neque cum hasta, sc. egredietur homo in die sabbathi, Talm. Schab. c. 6, f. 63a in Misna. Gemara interpretatur per aliud synonymon usitatius קוּלְטָא, de quo in קלט. Et alibi, האלה הקשת והרומח fustis, arcus et haats, Kelim c. 15 in fine. אוי לי מאלתן vae mihi a baculo ipsorum, Pes. 57a. Nomina feminina in ה, mutant ה in ת cum pronominibus. Male ergo Munsterus ponit absolutum אֲלַת. Plur. ex forma chaldaica אֲלָוָן et emphatice אֲלָוָתָא unde, ומחינן ליה באלותא

---

121) Talmudici (v. Berach. 58a) negant Eliae parentes fuisse. Judaeis maximus propheta erat et pluris eum faciebant quam ipsum Mosen (v.S. Ikkar. 84b); etiam pro Messia vel certe pro typo et praecursore Messiae habebant (Tanch. 54d). Si Buxt. illam locutionem per „nunquam“ reddit, nota Buxt. fuisse Christianum, qui propterea quod Christus jamdudum venerit, Eliam venturum esse neget, quae tamen non est Talmudicorum sententia. Quamquam enim etiam inter Judaeos fuerunt, qui Messiam venturum esse negarent (de quo v. in משיח), tamen plerique adventum Messiae exspectant (cf. Pesach. 13, Idajoth 8. Mishna 2, Rambam hilch. Melach c. 2, B. Metzia f. 85. multosque alios locos in Talm. et Medr.) et credunt ante Messiae adventum Eliam reversurum esse. Si igitur res, de qua dubitatio et rixa orta est, decidi dicitur tempore, quo Elias veniet, hoc volunt dicere rem dubiam fore donec dubitatio tollatur, id quod per Eliam vel Eliae tempore fiat necesse est. Vaticinia de Messia (de quibus accuratius in v. משיח) clariora et certiora sunt inde a tempore exilii Babylonici, quum religio Persarum a Zoroastre revelata maximam vim exerceret in Judaeorum de rebus divinis sententias (v. Kleucker I, p. 112). Sicuti Zoroastres docet post ingentem annorum numerum Ahrimanum eiusque tenebras victum iri ab Ormuzdo et regno lucis, sic Judaei hanc vitam, quae plena est omnibus maculis et erroribus (quae vel debilitate humana oriuntur) imperfectam esse statuerunt et speraverunt cum Messiae adventu tempus et absolutionis et perfectae virtutis adventurum esse. Hinc fortasse fluxit illud, quod Persae multa, quae de Elia narrantur, in suas fabulas transtulerint (v. Kleucker 3, 15. 2, 30). Quid? quod Elias etiam Zoroastrae praeceptor habebatur (Herbelot 491). Talem fortasse etiam Talmudici Eliam sibi finxerunt, quod intelleges, si accuratius Talm. et Medr. inspexeris. V. Ber. r. 33, ubi חייא vocatur, quasi „vivificans“, Vaj. r. ubi Pinehas, quasi „medicus“, fortasse ratione habita loci qui Num. 17, 12 legitur. Idajoth 8, Misna 2, ubi typus justitiae et veritatis est. Omnibus his locis apparet Eliam esse principem et quasi principium boni, oppositum מלאך חמות, principi ac principio mali. Vides igitur hanc oppositionem simillimam esse Orumzdi et Ahrimani. Uberius de hac re s. v. מממרן, ubi diligenter inquiremus, quam vim religio et philosophia Persarum Babyloniorum Graecorum exercuerint in sententias Judaeorum religiosas.

*) אילואם ἥλιος. סנהדריאום אים אליאם συνέδριον εἰς ἥλιον. Athenarum Ἡλιαία. Schem. rab. Castellus.

122) B. Ar. explicat per gr. ἐλεέω; et Castellus interpretatur per „olegia“. Non opus est; vox hebr. est et cohaeret cum rad. ילל.

123) Per metonymiam clava videtur dicta esse ab hebr. אֵלָה (= quercus), quia ex ligno querno facta erat, ut Nah. 2, 4. ברושים lanceae dicuntur, quae ex ligno cypressino confectae sunt. Similiter Graecis μελέα (proprie fraxinus) Il. 22, 225 saepius, et ἐλάτη (pinus), Hes. sc. Herc. 188, Latinis abies, Verg. Aen. 11, 667 pro hasta in usu erant. V. Gesen. Thes.

et percutiebamus eum fustibus; glos. במקלות, B. bas. c. 5 in princ. יהיב לן אלוותא dedit nobis fustes, Talm. Beza f. 33 b. glos. מקלות גדולים. Addit Munsterus אֵלָה *racemus:* Guido, *vermiculus uvae et racemus.* De racemo errat uterque. Vermiculus uvae vocatur a Talmudicis אוילא, non אלה, ut est supra in אול.

אַלְתָּא *quercus:* תחות אלתא sub quercu, Jos. 24, 26. Sic est in Regiis, pro hebraeo אֵלָה, ex qua forma potius scripserim אַלָתָא, quae est forma emphatica ab אֵלָה. Ista autem forma cum duplici Kametz, est emphatica pluralis, quae hic non convenit. Erat enim tantum una quercus, de qua Gen. 35, 4 et Jud. 9, 6. Vide interpretes. In Venetis legitur אֵילָנָא תְּחוֹת sub arbore ista, quae est in sanctuario domini. At R. Salom. et R. David citant תחת אלתא. Sunt ex Hebraeis, qui putant, fuisse quercum istam, sub qua Jacob abscondit deos suos, Gen. 35, 4 ut annotat R. David in loco Josuae.

אַלָה[124] *frumentum, fruges in granarium collectae et excussae:* משיתתפך הגורן אלה ex quo subversum fuerit horreum frugibus, i. e. fruges in horreo fuerint subversae et purificatae, tunc ab iis separatio facienda legalis, quam vocant תרומה *truma.*

אֱלָה (אֱלָהּ) *deus.* Nomen divinum a judicio, quasi deus judex: איתי אלה בשמיא est deus in coelis, Dan. 2, 28. בשם אלה ישראל in nomine dei Israëlis, Esrae 5, 1. Emph. עֲבִידַת בֵּית אֱלָהָא opus domus dei, Esrae 4, 24. ולאלהא די נשמתך בידיה deus autem in cujus manu est anima tua, Den. 5, 23. Pro hac forma Judaei etiam ex superstitione scribunt אֱלָקָא ut si libro quid profani accidat, id non redundet ad nomen divinum: קדם אלקא עלאה coram Deo excelso, Gen. 14, 19 in Jonath. Sic Rabbini pro hebraeo אלהים scribunt אלקים vel אלדים. Similis corruptio accidit nomini יהוה et אהיה, in quibus pro ה scribi solet ד. Saepe etiam nomen אלהים in Targ. retinetur, vel pro eo ponitur יהוה, ut Gen. 1 per totum. C. Affix. בְּרַת אֱלָהָךְ in lege dei sui, Dan. 6, 5. אֱלָהָךְ deus tuus, quem tu colis jugiter, Dan. 6, 16. בִּשְׁמֵם וְעֵין אֱלָהֲהֹם juxta nomen dei mei, Dan. 4, 5. et oculus dei ipsorum, Esrae 5, 5. Plur. דִּי אֱלָהֵכוֹן הוּא אֱלָהּ אֱלָהִין nam deus vester est deus deorum, Dan. 2, 47. Emph. אֱלָהַיָּא dii, qui coelum et terram non fecerunt, Jer. 10, 11. Const. וְלֵאלהֵי כַסְפָּא et deos argenteos et aureos, Dan. 5, 23.

אֱלֹהִים *deus.* Plur. pro singul. Rabbini de diis falsis et fictis gentilium, dicunt et forma foeminina אלהות per contemtum R. Salom. Gen. 4, 26 ad verba: „Tunc caeptum est invocari nomen Domini.“ caeptum est, i. e. inceperunt vocare nomina hominum et nomina idolorum nomine dei benedicti, לעשותן ע"ז ולקרותן אלוהות ut facerent ex illis idola, et vocarent ea deos. Apud Talm. כמה אלוהות בראו את העולם quot dii crearunt mundum?

אֱלָהִי, אֱלֹהִי *divinus*, Rab. אִישׁ הָאֱלֹהִי vir divinus, *theologus, rerum divinarum peritus.* Femin. תורה אלהית lex divina, התשגחה האלהית providentia divina, פילוסופיא אלהית philosophia divina. Plur דתות האלהיות leges, constitutiones divinae: הפילוסופים והאלהיים philosophi divini, theologi, metaphysici.

אֱלָהוּת *divinitas, deitas seu divina majestas:* ונמסרא נפשנא על אלהוותיה et tradita est anima nostra propter divinam majestatem ejus, Cant. 8, 1. אתכת אלהותך amor divinae majestatis ejus, Cant. 8, 6. Apud Rabb. שיחשב בו אלהות in quo reputatur esse divinitas. חכמת האלהות sapientia divinitatis, i. e. de rebus divinis, theologia, metaphysica.

אֱלָהֵין *nisi, sed, praeterquam.* Exclusionis particula, pro variis Hebraicis usurpata. Idem est cum superiori אֱלָא, unde et originem traxisse videtur. Nam in Targ. hier. legitur, אֱלָא דִּין בָּרְכָנִי יָתִי nisi benedixeris mihi, hebr. כי אם Gen. 32, 26. אֱלָהֵךְ חִוָּאֵי nisi Chivvaei, hebr. בלתי Jos. 11, 19. Sic Gen. 21, 26 et 43, 3 et alibi pro eodem: אלהן לבית אבא תזל nisi ad domum patris proficiscaris, hebr. אם לא Gen. 24, 38. אלהן בר דתוליד nisi filius quem genueris, hebr. כי אם Gen. 15, 4. אלהן ברחובא נבית sed in platea pernoctabimus, hebr. כי Gen. 19, 2. Sequitur quandoque ך servile, pro, *eo quod, quandoquidem, quia, propterea quod:* אֱלָהֵין דְּבַר מַלְכָּא מֵית eo quod filius regis mortuus est, II. Sam. 18, 20. Praecedente אף est *quanto magis*, vel *quanto minus:* אַף אֱלָהֵין בֵּיתָא דְּרֵין quanto minus domus haec quam aedificavi, 1. Reg. 8, 27. אף אלהין דאמר לך quanto magis cum edicit tibi, hebr. כי אף II. Reg. 5, 13. אף אלהין דאשתא quanto igitur minus, quum ignis consumpsit ipsum Ezech. 15, 5.

אַלּוּ (אֲלוּ) *ecce:* ואלו צלם חד שגיא et ecce imago quaedam magna, Dan. 2, 31. alias pro eo dicitur אָרוּ commutatis inter se literis ל et ר. Item ואלו קרן אחרי et ecce cornu aliud parvum, Dan. 7, 8.

אַלּוּ *si:* אלו רעוא קדם יי si voluntas esset domini (morte afficere me), hebr. לו, Jud. 13, 23. Hinc א ab initio videtur esse additicium. אלו אית בא si est hic sub manu tua, hebr. אין 1. Sam. 21, 8. Hinc videtur אלו esse quasi ex אין et לו. Item אלו *si* pro *utinam*, ut et Latinis quandoque sic sumitur: אלו חכימו utinam saperent, hebr. לו, Deut. 32, 29. בְּאִלּוּ *ac si, quasi, perinde ac si*, Rab In Talm. Hieros., elisa, pro more illius dialecti, gutturali, dicitur etiam כילו, pro כאילו ut in Kilaim c. 5 i. f. Sanh. c. 1 etc.

אִלּוֹלֵי *nisi, si non:* *si.* Originem habet ex Hebraeo לוּלֵי, unde rursus א videatur additium: Hoc autem ex לו et לא, pro quo chaldaice dicitur לֵית, et per apocopam לֵי: ut ואלולי הוו יומי חיותי et si fuerint dies vitae ejus, hebr. ואלו, Eccl. 6, 6. ואלולי לעבדין et si in servos et ancillas venditi fuissemus, Esth. 7, 4. אלולי מימרא דיי nisi verbum domini fuisset nobis auxilio, hebr. לוּלֵי. Ps. 124, 4. Frequenter cum vocabulo adjectitio סן componitur in fine: ut אִלּוּלָא־סוֹן אֱלָהָא דְאַבָּא nisi deus patris mei, Gen. 31, 42 vel אֱלוּלֵיסוֹן, ut est hic in Jonath. Sic saepe: vel sine א: ut אִלּוּלסוֹן nisi indignatio inimici, Deut. 32, 27 pro quo in Targ. Hieros. est אֱלוּלֵי. Aequipollent ergo.

אִלֵּךְ *illi, isti, illae, istae, illa, ista*, Rab. כמה נשתנו

124) V. annot. in אללא.

אלו מאלו quantopere variant ista ab istis. In Targum dicitur אִלֵּין, de quo infra.

אֲלָוֵי, אֲלָוָא Vide in לוא.

אֲלַוַי *ah, utinam*: vide לו.

אֲהָלָוָא *aloë*. Corruptum ex graec *ἀλοή*: ליתי אקיקלא ואילוה afferat olus et aloën, Talm. Git. 69 b.[125]

אֲלוֹאִין *idem*: ואקטיל אלואין et lignum aloës, Ps. 45, 9. In Venetis scribitur אַלְוֹאוֹן, prave. Idem Cant. 4, 14, sed ibi est אַלְוֹאָוֹן magis corrupte.

אַלְוַרוֹס[126] *arboris species*, quae alias dicitur אלמוגים, quod vocabulum *corallium* multi interpretantur: Ber. r. s. 15 ubi inter cedrorum genera numeratur.

אַלְבִּין אלט[127] *arbor, quae hebraice dicitur* בראש, et ab Hebraeis numeratur inter cedri species. Sic legitur in Medr. Tanchuma, s. Truma.

אליטין[128] *fructus arborei species, comedi solita.* Inde quidam R. Jochanan, כד הוה אכיל אליטין quanda comedisset alitin, dicere solebat, לא אכלית מזון יומא דין non comedi cibum hodie. Sic adducit Ar. ex Ber. rabba, sed ibi hodie legitur חלומין. s. 9, 4. In glossa ibidem scribitur, etiam sic legi in Talm. Hier.

אלטינן Vide in מן, in מיינן.

אַלְטִיכְסַיְיהּ *insignia*, vel singulariter, *insigne, symbolum, sigillum.* Sic Munsterus, Guido et alii[129]. Legitur in Ber. rab. s. 8 hoc sensu: quando venit Deus Opt. Max. ad creandum hominem primum, diviserunt se angeli in sectas. Quidam dixerunt, ne creetur. Alii dixerunt, creetur. Hoc est quod dicitur Ps. 85, 11. „Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax se invicem osculatae sunt.“ Misericordia dixit, creetur quia fiet misericors: Veritas dixit, ne creetur, quia fiet mendacissimus. Justitia dixit, creetur, quia faciet justitiam: Pax dicebat, ne creetur, quia contentiosus fiet. Quid fecit Deus? Sumpsit veritatem et projecit eam in terram, juxta id quod dictum est Dan. 8, 12. „Et projiciet veritatem in terram.“ Dixerunt angeli ad deum: רבון העולמים מה אתה מבזה מכסים אלטיכסייה שלך domine saeculorum, quare ita contemnis ornamentum sigilli tui? nempe, veritatem, quae est sigillum Dei, ut videre est infra in אמן, in אבת. Ego putarim esse corruptum ex Graeco *ἀλήθεια veritas*, ut sensus sit; quare ita contemnis veritatem tuam, projiciendo sc. eam in terram. Legitur idem Medr. in Jalkut Ps. 85, sed corruptius ibi pro אלטיכסייה legitur אלתמסן.

אֲלָטִים *vicus, platea.* In Ber. rab. s. 34 in fine: R. Schimeon ben Lakisch sedebat et studebat in lege, בהדא אלטים דטבריה in quadam platea Tiberiadis. Sic explicatur in glossa per רחוב, ubi cum inserto ס scribitur אילסטים. Puto esse idem quod infra אילוסום, in אלס. אֲלִי ordo tantum ex hac forma denotatur; non quod litera י semper sit radicalis.

אַלְיָה *auricula, tenerum auris, pars auris infima mollis ac tenera*: Talm. מפני מה אזן כולה קשה ואליה רכה quare auris tota dura est, auricula autem mollis? nempe שאם ישמע אדם דבר שאינו הגון יכוף אליה לתוכה quod si audiat homo aliquid minus honestum, auriculam incurvet in eam, opplendo sc. aurem, ne audiat, Keth. 5 b. hebr. est *cauda*, Lev. 7, 3 al. 6, 26, hinc *auricula* quasi *cauda auris*. Referunt hoc ad אלה et י est loco tertiae radicalis. Sic chaldaice hoc loco, וַיַּת אַלְיְתָא et caudam: quae est forma emphatica. תרבא ואליתא adipem et caudam, Exod. 29, 21 in Jonathane.

אֲלִיתָא[130] *segmenta lignorum tenuia, quibus majora ligna accenduntur*: שותיו מציתין את האליתא accendebant segmenta, Tamid c. 2. להצותה אליתא ad incendendum segmenta, Špăḫne, Joma 45 a. והצית את האש באליתות et accendit ignem segmentis, Para c. 3. In Maamodos punctatis notatur דְּאֲלִיתָא. Aliter vide in עלה, in עליתה.

אֲלִיוֹן *pollex, tam manus quam pedis*: ועל אליון ידהון דימינא ועל אליון רגלתון דימינא super pollicem manus dexterae ipsorum, et super pollicem pedis dexteri ipsorum, hebr. בְּהֹן, Exod. 29, 20. Lev. 8, 23. 24 et cap. 14. R. David explicat, אצבע תגם שבאצבעות בהן est „digitus crassior inter digitos.“ Alias dicitur גדל, quasi major digitorum. At בהנות Jud. 1, 6. 7 redditur in Targum קְרֵסוֹלִין „tali.“ Plurale legitur cum Pathach in initio: מִן יַד קָטְעוּ לֵיוָאֵי אֲלִיוֹנֵיהוֹן בְּכַפֵּירֵיהוֹן statim abscinderunt Levitae pollices suos dentibus suis, Ps. 137, 5 in Venetis. Cum peterent Babylonii a Levitis carmen in testudine, praemorderunt sibi pollicem manus dexterae, dicentes איך נשיר „quomodo canemus aut psallemus?“ fabula est, quae prolixius extat in Pesikta, ut adducitur in Jalkut in hunc Ps. אטופרא דאליונא in unguem pollicis, Talm. Gitt. 69 a. Ex hoc exemplo in Ar. adducto, Munsterus putavit אוליך esse etiam idem quod *unguis*; male.

אַלִּיְנְדְרָא[131] *coriandrum*, cujus semen sacharo obductum, inter bellaria habetur.

---

125) Rectius putaveris Talmudicos hanc vocem ex lingua pers., ubi الوا vocatur, assumpsisse.

126) Ad hanc vocem Buxt. in Spicilegio addit: אלוחם videtur esse Aloe arbor. Nam in Talm. hier. Ketub. 31 d pro eo scribitur expresse אלואים.

127) אלטין Buxt. in Spicil. addit: videtur esse *ἐλάτη*, elate, de qua Plin. l. 12 c. ult.: est praeterea arbor ad eadem unguenta pertinens, quam alii Elatem vocant, quod nos abietem, alii Palmam, alii Spathen. Laudatur Ammoniaca maxime, mox Aegyptia; dein Syriaca, duntaxat in locis sitientibus odorata, pingui lacrima, quae in unguenta additur ad domandum oleum. — Castellus: elate, tenerum palmae germen.

128) אליטין fortasse idem quod gr. *ὄλυνθος* = ficus.

129) Mussaf. hanc vocem habet pro duabus, vel pro voce composita, quasi dicas *ἀληθάξιον* „pretium veritatis.“ Nota, appositam esse vocem מכסים, quae est gr. *τάξις*, quae notionem pretii jam continet, quare Muss. opinio rejicienda videtur.

130) אליתא fortasse etiam haec vox cohaeret c. gr. *ἐλάτη* et proprie significat assulas ligni pinei.

131) אליונדרא Coriandrum, abjecto C, ut explicuimus N. 89 p. 37, et R, ut saepe fit, mutato in L.

אֲלִיסִין *fragmenta, rudera.* Vide infra in אלם.

אֲלִיסְטוֹן Sic adducitur in Ar. vide in ordine הלי.

אֲלִיוֹפוֹלִיס[132] Heliopolis, *ἡλιόπολις*, solis civitas.

אֲלִיוטרוֹפוֹלִיס[133] Eleutropolis, q. d. *civitas libertatis.* Sic adducit Ar. ex Ber. rab. ad ואת החזרי Gen. 14, 5. Quare autem vocarunt eam urbem Eleutropolis? quia elegerunt eam sibi, et ingressi sunt eam in libertatem tempore divisionis linguarum. Graece *ἐλεύθερος* liber, immunis, et *πόλις* civitas. Sic est in Aruch. At hodie in Ber. rab. s. 41 pro eo legitur ממרומולים Metropolis.

אֲלִירִין, אוליריין[134] *vestium genus.* Apud Talm. Ne sepelite me vestibus albis, neque vestibus nigris, sed בכלים האוליירים vestibus uljarimis, quae asportantur per mare, Nidda 20a. Schab. 114a. Hinc Munsterus putavit esse idem quod *subrufus, color medius inter album et nigrum.* Quale autem vestimenti genus hic significetur, inter Talmudicos non convenit. Quidam nomen proprium loci esse existimarunt, unde certa indumenta pro mortuis afferebantur. Alii explicant, *vestibus balneatorum*, ex sequenti usu.

Deinde אוליירין *balneatores, ministri et calefactores balnearum*, unde legitur in Gemara: מסתפג אדם באלונטית ומניחה בחלון ולא ימסרנה לאוליירין abstergit se homo (in sabbatho) linteo balneatorio, deponitque illud in fenestram proximam, non autem tradit illud balneatoribus, quia suspecti sunt de re ista, nempe de expressione aquae, quod esset in sabbatho peccatum: Item, מביאין בלנרי נשיל בי בנאי balneatores afferunt (in sabbatho) lintea mulierum in balneum, Schab. 147b המניח כליו בחלון של אוליירין collocat vestimenta sua in fenestram balneatorum, Tahor. c. 7. Quidam libri hic legunt אוריאריין *calefactores balnearum.* Sic legitur cum Resch loco ל in Talm. Hier. Bav. bath. c. 4. אלא לנוסחן לאוליירין nisi ut tradantur balneatoribus, Betza f. 32a. אין מחללין אותו על המעות הנתונות לאוליור non prophanant eam (decimam secundam) pro nummis qui dantur ministro balnei, Tal. Hier. Maaser scheni c. 1. vide ibi glossam. Munsterus scribit אֲלִירִירִין additque *fenestrae contra se positae*; nugae. Erant חלונים fenestrae variae ante balneas, quasi capsae certae, in quibus homines balneum intrantes, vestes suas deponebant, quarum cura erat commissa לאוליארין calefactoribus et ministris balnearum.

אֲלִירְתָא *cauda*: vide paulo ante in אליה.

אֲלִירְתָא Vide ibidem in אליה.

אֵלֶּךְ (אֵלֵךְ) *illi, isti.* Pron. pl., idem quod אֵלֶּה et אֵלִּין ut גבריא אלך תלתהון viri illi, Dan. 3, 22. et viri illi tres, Dan. 3, 23. חֲזַיִן לְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ videbant viros istos, Dan. 3, 27. לְשָׁבַיָּא אִלֵּךְ senes istos, Esr. 5, 9.

אִילָךְ *ultra, ulterius*; מכאן ואילך hinc et ulterius non ingredietur amplius ad regem, Esth. 2, 14. אִילָךְ וְאִילָךְ *huc illuc: hac illac: hinc inde.* מֵאִילָךְ *abhinc, deinceps.*

אֲלַךְ Prov. 9, 7 mendose in Venetis legitur pro אֲלַף „doce."

אֲלַכְסוֹן Vide in לכס.

אֲלַכְסַנְדְּרוֹס[135] *Alexander, rex Graecorum*: ומניאו

---

132) *Ἡλίου πόλις* nomen est duarum urbium; altera sita erat in Aegypto (nunc diruta, cujus rudera etiam nunc عين شمس vocantur), altera in Coelesyria, nunc Baalbek dicta. Hebr. est בית שמש, pro quo Es. 30, 17 ponit און, alludens ad און (sic dicta fuit Heliopolis Aegypti, cf. Gen. 41, 50; nam Aegyptiis *OYEIN* lux solis appellabatur) et ad vocem hebr. אָוֶן, q. e. inane, stultitia et saepissime adhibetur de cultu deorum alienorum (ut Hos. 4, 15 בית־און pro בית־אל dicit ad notandum cultum alienum). Secundum Josephum (b. Jud. 7, 10 arch. 13, 3) חוניו (Onias) templum exstruxit in urbe Leontopoli, quae ad Heliopolin pertinebat. Tract. Menachoth 110a. חוניו dicitur Alexandriam ivisse templum conditurus, quod Josepho non repugnat.

133) אליוטרופוליס Eleutheropolis. Ita urbs vocatur ap. Eusebium et Talm., Ptolemaeo est *Βητογαβρα*, etiam nunc Arabibus Beit-Djebrîn; aetate media ab equitibus cruciferis, qui hanc urbem pro Bersaba habebant, Gibelim vocabatur. Haec urbs suo jure *Metropolis* dici poterat. Etiamsi nunc parvulus vicus ibi est, in quo rudera antiquae urbis (praecipue ejus castelli, quod Fulco, rex Hierosolymorum a. 1134 p. Chr. restaurandum curavit) reperiuntur, tempore Romanorum maxima urbs erat eius partis Judaeae, quae inter meridiem et occidentem solem spectat (sita erat inter Nicopolin q. e. Emmaus, et Aeliam Capitolinam, de qua v. in ירושלים), ab imperatoribus Romanis maximis beneficiis singularibus donata.

*) אליעזר N. pr. in S. Scr. frequentissimum. Apud Talm. clarissimus est R. Elieser, qui simul cum Akiba Lyddae vivebat. (Schola, quae Lyddae florebat, maxime insignis fuit propterea quod R. Akiba ipsi praeerat. V. לוד) Mortuus est Caesareae, sepultus Lyddae. V. Talm. hieros. Succ. 53a, Sanh. 68a.

134) Suspicari licet hanc vocem ortam esse ex gr. *ὅλον* et *εἴριον* et significare vestimenta ex mera lana texta.

135) Quae de hujus historia haec pertinere videntur, haec fere sunt: Quum Alexander Palaestinam dicioni suae subjiceret, Samaritani eum adjuvisse dicuntur, quam ob rem eis permisit templum in monte Gerizim aedificare (v. Jos. arch. 11, 8. 4). Rogantibus Samaritanis, ut templum Hierosolymitanum destrueret, abnegavit, Joma 69a, ut Judaei dicunt permotus auctoritate Simeonis Justi. Imo, Hierosolyma adiisse dicitur ibique in templo sacrificia vero deo obtulisse, Jos. arch. 11, 8. 5, tum templum et Judaeos multis privilegiis donasse atque septimi cujusque anni vectigalia iis largitus esse propter legem et propter vaticinium Danielis, quod sacerdotes de ipso dictum esse obtinebant. Haec si revera facta sunt, quum Perdicca et Craterus Tyrum oppugnarent et Alexander ipse in Arabiam profectus Tyrum reverteret (v. Curt. Ruf. 4, 2), facta sint necesse est. At verendum est, ne haec tota res fictitia sit. Ex Josephi enim sententia Jaddaeus Alexandro obviam ivit eumque Saphae salutavit; Talmudici vero (Meg. Taanit, Joma 69a) dicunt, Simonem Justum obviam ivisse usque ad urbem Antipatrida. Vides igitur, Talmudicos hoc loco confudisse *Σαφα* vel *Σαφιν* (ut nonnulli libri praebent), q. e. צפת vel צופים, et Antipatrida, quae prioribus temporibus dicta fuit Kaphar Saba. Pro

אלכסנדרום מלכא עליהון et constituerunt Alexandrum regem super se in caput, Cant. 6, 7. אתא אלכסנדרום מוקדון venit Alexander Macedonius et abduxit solium Salomonis regis, traduxitque in Aegytum, Esth. 1, 2 in secundo Targ. Ejus quaestiones, quas 70 senibus proposuit, vide in Talmud Tamid 31 b et 32.

אֲלַכְסַנְדְרִיָא[136] *Alexandria*, urbs Aegypti ab Alexandro condita, olim נא *No* dicta: אתרגשות אלכסנדריא tumultum Alexandriae, hebr. המון נא Ez. 30, 15. דינין באלכסנדריא judicia in Alexandriam, Ezech. 30, 14. Sic et alibi pro נא ponitur. De magnificentia Alexandriae et scholarum hujus urbis, ejus item vastatione, et magna Judaeorum strage illic edita, vide Talm. Hier. in libro Succa c. 5 et Tal. Babyl. 51 b. Gitt. 57 b et R. Asariam in מאור עינים f. 65. 66 etc.[137]

אֲלַכְסַנְדְרִי *Alexandrinus*. Fem. סְפִינָה אֲלַכְסַנְדְרִית navis Alexandrina, quae sc. ex terra Israelis Alexandriam ibat, eratque insignis magnitudinis[137].

אַלְכְּסִין *cedri species*, Tal. ע״ז f. 14 a.

אולכרוסן *totum aureum* graec., *ὁλόχρυσον*: In Vaj. r. s. 33. ע״ז שלי אינה אלא אולכרוסן idolum meum est totum aureum, ex mero auro puro. Sic in Medr. Schir c. 4, 7. אנא חמיתה אלכרוסין ego vidi eum totum-aureum. Sic in Medr. Eccl. VI, 1 ubi corruptius legitur pro eo אילו כרסין.

אָלַל[138] *explorare*. Respondet hebraeo תור. Praeter. אֲלָלְתִּי בְּלִבִּי exploravi in corde meo, Eccl. 2, 3. וַאֲלִילוּ יֵת אַרְעָא et explorarunt terram, Num. 13, 22. דאלילתן יתה quam explorarunt, Num. 13, 32. דאלילו יתה ארעא quibus explorastis terram, Num. 14, 32. Partic. sive nomen participiale הִשְׁלַחוּ מְאַלְלִין et miserunt exploratores, Jud. 1, 23. אורח מאלליא per viam exploratorum, Num. 21, 2. מן מאללי ית ארעא ex exploratoribus terrae, Num. 14, 6. Infin. לְאַלָּלָא יָתָהּ ad explorandum eam, Num. 13, 7. מֵאַלָּלָא יֵת אַרְעָא ab explorando terram, Num. 13, 26. Futurum. יְאַלֵּל מַדְבְּרַיָּא explorabit montes, Job. 39, 11. ויאללן ית ארעא et explorent terram, Num. 13.

אֲלִילִין *exploratores*; אלילי אתון exploratores vos estis, hebr. מרגלים Gen. 42, 9.

אֲלָל *caro mortua in corpore animalis, particula carnis inter mactandum abscissa, aut in cute detracta, relicta*, de qua disputatio apud Talm. in Chol. 121. Scribitur interdum אליל[139], quasi cum Chirek legendum. Quidam explicant *arteriam magnam*, quae vulnerata, curari nequit, Taharos c. 1.

אֲלִיל *vanitas, vanum*: כבאסי אלילי sicut medici vanitatis, Job. 13, 4. In hebraeo etiam est אליל, quod R. Levi explicat חבל: R. Salom. ex Talmudicorum sententia גיד חצואר *arteriam magnam, quae discissa, nunquam coalescit*. Tales erant amici Jobi, qui incurabile volebant curare, unde vocantur „medici vani.“ Plur. אֲלִילִים idola: Fem. אֲלִילִית *idolum femina, diva*.

Jaddaeo memorant Talm. Simeonem. Aut hic non erat sacerdos, sed clarissimus ille legis doctor, de quo plus semel sermo in Talm.; tum vero intellegi nequit, qui potuerit vestes pontificias indaere; aut erat sacerdos; tum vero confuderunt Jaddaeum, qui Alexandri temporibus vixit, et Simeonem Justum, qui aliquot annis post summus sacerdos factus est. Vide hac de re Chronic. Syncelli p. 456 sq. 472, 484, 512 sqq. Illud sane negari nequit, Alexandrum Judaeis privilegia donasse, Samaritanis abnegasse, quamvis Samaritani dixerint, sibi quoque ejusmodi privilegia data esse. V. appendicem ad Chron. Abulfatach ap. *Paulus* ‚Neues Repertorium tom. 1 p. 120. 122“. — De quaestionibus, quas proposuit doctis Judaeis (v. Tamid 14), conferas ea, quae Plut. v. Alex. 137 (v. etiam Clem. Alex. stromm. 6) narrat de quaestionibus, quas doctis Indis proposuisse dicitur. — Fabula denique, quam Judaei finxerunt de nomine Alexandri (derivant enim a gr. *ἄλλος* et *ἀνήρ*), vix notanda, quum apud omnes viros doctos jamdudum constet, hoc nomen compositum esse ex *ἀλέξω* (= defendo) et *ἀνήρ* (vir).

136) Alexandria ab Alexandro a. 332 p. Chr. condita, maxima et clarissima Aegypti urbs, qua de re *ἡ μεγάλη Ἀλεξάνδρεια* vocabatur. Hierosolymitani invidiosi eam interdum *parvam* dicunt; v. hier. Talm. Sanh. 6, 6. In hac urbe plurimi Judaei (et Samaritani) habitabant. Jam. Alexander et post eum Ptolemaeus Lagi multos Judaeos, ut illuc venirent, permoverunt; v. Jos. bell. Jud. 2, 18. 7. arch. 13, 2, 1; 3, 4. Curt. Ruf. 4, 8. Quid? quod temporibus Philonis in Aegypto millies mille Judaei vixisse traduntur. Reges Aegypti maxima erga Judaeos benignitate erant iisque eadem jura quae indigenis concedebant. Inde factum est, ut et divites evaderent et litteris atque artibus operam navare possent. Alexandriae, ut omnibus notum, versio LXX. interpretum graeca facta est; v. Sefer Thora 1, 8 sq. Sopherim 1, 7 Atque in omnium ore est Philo, Judaeorum philosophorum longe clarissimus. — B. Ar. dicit hanc urbem olim נא dictam fuisse. Error est. נא enim, proprie נא אמון vocatur a Graecis Thebae s. Diospolis. Haec sita erat in media Aegypti. parte; Alexandria contra in litore maris. Rectissime tamen locis a B. Ar. laudatis in Targ. pro נא scribitur Alexandria. Nam non de Diospoli per se sermo erat, sed de urbe Aegypti capitali, quae posteriore tempore erat Alexandria.

137) Synagoga Alexandrinorum, quae Hierosolymis erat, memoratur hier. Talm. Megilla 73 d, Juchas. 26 b. Pro eo tamen bab. Megilla 26 a legitur מורסיים synagoga aerariorum, ubi glossa צורפי נחושת (= artifices aerarii). Hoc ita explicandum et conciliandum: Alexandrini, imprimis Judaei Alexandriae commorantes, ut maximam philosophiae laudem consecuti erant, ita etiam artificiosis operibus insignes erant. V. quae narrantur Erach. 10, 6.

138) Haec vox orta esse videtur ex arab. ⁼ (Cast. p. 116) *cito ivit, properavit*. Sententia igitur eadem fere quae hebraeo רכל (cf. רגל). Hoc verbum (cf. رِجْل pes) proprie est *ambulavit, perlustravit, ambulando exploravit narravitque* alteri, quae exploravit; inde מרגל explorator.

139) In ipso Talmud haec vox (Sot. 13, 4) refertur ad hebr. אֲלִיל. Verisimile est, Talm. hanc vocem compositam putavisse ex אַל־אֵל, hebr. אין־אוֹל = sine robore, sine vigore. Significat igitur אֲלָל eas corporis particulas, quarum vigor minimus est.

אֱלוּל[140] *Elul*, nomen mensis Augusti, Neh. 6, 15 in Hebr. Sic in Targ. באלול לא in mense Elul non, propterea quod in eo ascendit Moses in montem Sinai, Est. 3, 7 in secundo Targum.

אלולי *Augustum, in Augusto mense natum*: Plur. אלולין fructus in mense Augusto crescentes, vel maturescentes, Bechor. c. ult. in Misna.

אוּלָא, אֻלְּא[141] *pressura una uvarum vel olivarum, pars quantum uni pressurae subjicitur*, de qua disputant Talm. in B. metzia 105a. באתרא דמעיילין כורא באוללא in loco ubi inferunt corum unum pro pressura. R. Sal. scribit, vulgo vocari partem istam שק *saccum*. Alibi inferunt coros tres, pro magnitudine praeli.

אִלּוּלִי Vide supra in אלו.

אִלֵּין, דְּאִלֵּין *illi, isti, istae, ista*. Litera ultima pertinet ad formationem numeri pluralis. Singulare esset אל, sed non est usitatum: אלין תולדת שמיא istae sunt generationes coelorum, Gen. 2, 4. אלין ברתיכין illi in curribus, ואלין בסוסין et illi in equis, Ps. 20, 8. כל אלין omnia ista regna, Dan. 2, 44. אלין בני תם isti sunt filii Cham, Gen. 10, 20. אלין לאלין illi ad illos, Cant. 7, 13. כל ארעתא האלין omnes terras istas. Gen 26, 3. לגבריא האלין viris istis, Gen. 19, 8. עובדיהון דעמיא האלין Opera populorum istorum, Deut. 32, 32 in Jon. Zach. 3, 7. In Dialecto Hierosolymitana חיילין quaenam (sunt) illa? Compositum ex דְּ‍ et אִלֵּין ut וחיילין אינון ראשי מרקים et quaenam sunt ista principia capitum? Talm. hier. Succa c. 3 glos. וְאִיזְדוּ.

אֶלֶם *fortem, robustum esse*. Dicitur et עלם commutatis inter se gutturalibus. Imper. תְּקֹף וֶאֱלַם confirmator et esto fortis, hebr. חזק ואמץ Deut. 31, 7. 23. תקיפו ואלימו roboramini et estote fortes, Deut. 31, 6. Pahel אַלֵּם roborare, corroborare. Partic. אָרִים מְאַלֶּמָא quod fortificaret, i. e. fortiter urgeret et instaret ipsa, ut iret secum, Ruth. 1, 18. Imper. וְתַקְּפִנֵּיהּ וְאַלְּמִנֵּיהּ et confirma ac corrobora ipsum, Deut. 3, 28 in Jon. Itphahel, Partic. מִתְאַלְּמִין quando roborantur, quando ad summum robur perveniunt, Ps. 90, 10. וכל דמתאלמין et omnes qui se roborare cupiunt, inveniunt robur, Job. 36, 19.

אַלִּים *fortis, robustus*: ומלכו ממלכו יהי אלים et regnum unum altero erit fortius, Gen. 25, 23 in Jonath. ואלים חילא et fortis robore, Job. 9, 4. ואלים לבתן et forte est cor ipsorum, i. e. durum et obfirmatum, hebr. הָבְרִיא *pingue, obesum*, Ps. 73, 4. Plur. אַלִּימִין מִנְּכוֹן דרבנין אלימין fortiores sunt vobis, Deut. 20, 1 in Jon. doctorum fortissimorum, i. e. doctrina excellentissimorum, Ps. 80, 16. Ap. Rabb. proverbiale: כל דאלים גבר qui fortior est, vincit Gitt. 60b. R. Sal. Ez. 22, 6. מחמא אלימתא acus fortis.

אולם *idem*, ap. Talmud. מקושנא לאולמא a parte tenuiori ad fortiorem, i. e. latiorem, Schab. 134a.

אֲלִימוּת *fortitudo, robur*: באלימות אידך fortitudine manuum tuarum, Job. 30, 21.

אִתְאַלֶּם *obmutescere*: אתאלמית שתקית obmutui, silui Ps. 39, 3. 10. Fut. דִּי לָא יִתְאַלֶּם לִישָׁנָךְ dum nondum obmutescit lingua tua, Eccl. 12, 6.[142]

אַלֵּם *mutus*. Emph. מַן שַׂוִּי אַלְמָא quis constituit mutum, Ex 4, 11.

אַלְמָא *idem*. והיך אלמנא et sicut mutus, qui non aperit os suum, Ps. 38, 14.

אַלְמוּת *infantia, privatio loquelae, cum quis fari aut loqui non potest, q. d. mutitas*: סבת האלמות היא חרשות causa mutitatis est surditas. Qui natura surdi sunt, etiam muti sunt. Loquela enim acquiritur ab infantibus ex auditu, si organum linguae sit recte dispositum.

אֲלַרְמָא *idem*: Targ. מן שוי אלימא או חרשא quis posuit mutitatem (defectum sermonis) aut surditatem (defectum auditus) vel mutum aut surdum. Ex. 4, 11 in Jonathane.

אלם *leguminis genus, quod non comeditur, nisi bene salitum*. Annumeratur hordeo, speltae, et aliis similibus: התיאה והחלתית והאלום Talm. Tibbul Jom c. 1. Species seminum sunt. Ar. vult esse speciem aromatis: Guido alumen.

אֲלוּמַיָּא *manipuli, fasciculi segetis*: אף ביני אלומיא etiam inter manipulos colliget spicas, Ruth. 2, 15. Rabbini dicunt אלומים et אלומות.

אוּלָמָא *porticus, vestibulum ante aedes*: ית אולמא ואולמא על אפי היכלא vestibulum portae, Ez. 40, 8. ודתרעא et porticus erat ante templum, 1. Reg. 6, 3. באולמא in porticu, 1. Reg. 7, 19. מגיו לאולמא ab interiori parte porticus, 1. Reg. 7, 8. Plur. וְאוּלַמַּיָּא סְחוֹר סְחוֹר et vestibula erant circumquaque, Ex. 40, 30. וכן לאולמיא et sic ipsis vestibulis, Ex. 40, 16. וְאוּלַמֵּי דְרָתָא et vestibulis atrii, Ex. 41, 15. וְאוּלַמּוֹדֵי et vestibula ejus, Ezech. 40, 21.

אֲלָמָא *ergo, igitur, itaque, quare*, Talm. Sic ponitur absolute et admirative, inferendo aliquid ex superioribus: אֲלָמָא שָׁמְעַת מִנָּהּ itaque audio, colligo inde, לפ פֹּרֵשׁ אִי ja wol. אלמא דידעי ergo audio, quod sciunt.

אֲלָמָא *quare, quamobrem*. Sic pronunciatur interrogative et refertur ad verbum sequens, idem quod לָמָּה: ut אֲלָמָא אמר quare ergo dicit? אי הכי אלמא תנן si ita est, quare ergo discimus in loco alio aliter?

אַלְמֻגִּין[143] *ligna thyina, cedrina praestantissima*, quorum etiam mentio Apocal. 18, 12. Ea rex Chiram navibus transmisit ad regem Salomonem ex Ophir: איתיאת מאופיר אעי אלמוגין afferebat ex Ophir ligna almugin,

---

140) V. in תמוז; cf. etiam amotata ad אייר.

141) Haec vox, gutturalibus ut saepe fit, commutatis = עֲלָלָא *proventus, fructus*, ab עלה *provenit*. Ex B. Ar. sententia sunt fructus, qui uni pressurae subjiciuntur. Ab eadem radice עלה derivanda videtur vox אלה *frumentum*, proprie *id, quod provenit*, ut hebr. עוֹלָה pro *planta* adhibetur.

142) Videtur haec significatio orta ex notione *ligandi*, quae voci hebr. אלם est Gen. 37, 7. אתאלם igitur proprie est: *ligatus* vel *obligatus est* (lingua).

143) אלמוגין, quod etiam per metathesim scribitur אלגומין, assumtum videtur ex lingua Indica; *mocha* enim in lingua

1. Reg. 10. 11. 12. Emph. וַיַּעַשׂ הַמֶּלֶךְ אֶת אַלְמֻגִּים אלמוגים et fecit rex ex lignis istis thyinis fulcra domus Domini et regis et citharas et nablia, 1. Reg 10, 12. Hebraei plerique *corallium* exponunt, quod non est verisimile, ad tot et tantas operas adhiberi potuisse. Ejus enim ex mari mediterraneo et rubro magna erat copia. R Levi ad id, quod dicitur v. 12 „nunquam advecta nec visa antea fuisse ista ligna almugin," refert ad magnitudinem, nunquam scil. tam magna visa fuisse. Rabbini etiam singulariter dicunt אלמוג. ut: חותמה של אלמוג sigillum ejus ex corallio, Schab. 59b. טבעת של אלמוג annulus ex corallio, Kelim c. 13. R. Salom. scribit: אלמוג est lignum crescens in fundo maris, flexile instar herbae: at eductum et in aëre exsiccatum indurescit et lapidescit.

אֶלְמָלַי, אִלְמָלֵא *si, nisi, si non*: אלמלי משה בחיריה nisi fuisset Moses electus ejus, hebr. לולי, Ps. 106, 23. ואלמלי דיהוא חתים בשמא רבא וקדישא et nisi fuisset obsignatus nomine isto magno et sancto (tetragrammato יהוה scil.) Cant. 4, 12. Elias compositum judicat ex אם et לא. Ap. Rabb. frequens ejus usus est, ac juxta Eliam in Tisbi et autorem libri Halichoth olam c. 1 differentia est inter אלמלי et אלמלא: nempe cum א in fine, est *nisi, si non*, germ. wer nicht; cum י in fine idem quod לולי vel אלו *si*: sed differentia haec non est perpetua: אלמלי נגרו לחגניה si flagellassent (per torturam examinassent) Chananiam, Misaelem et Asariam, utique coluissent idola. אלמלי הייתי באותו הדור si fuissem in isto seculo. In capitulis patrum, (פרקי אבות liber vocatur) c. 3. Ora pro pace regni, שאלמלא מורא nisi enim metus esset (reverentia regis et magistratus) alter alterum vivum devoraret. אלמלי דוד לא עשה יואב מלחמה ואלמלי יואב לא עסק דוד בתורה nisi fuisset David, non fecisset Joab bellum: et nisi fuisset Joab, non dedisset David operam legi, Sanh. 49a.

אַלְמוּגָא[144] legitur in Venetis Job. 12, 6. An arabicum sit, judicent alii. Ego lego tum ex sensu textus Hebraei, tum ex altero hujus versus Targ. אֱלָהּ Deus.

אַלְמָן[145] *viduus*: אַלְמָנָה *vidua*: אַלְמְנוּת *viduitas*, hebr. et sic apud Rabbinos. Inde Verbum:

נִתְאַלְמַן *viduari, viduum fieri.* Fem. מְשֻׁנֵּית מְאַלְמֶנֶת ex quo vidua facta fuerit: Ex Pahel מאלמן את אשתו viduat, viduam constituit uxorem suam.

אִילָן אִלָּן *arbor*: אילן מירין arbor fructuum, proferens fructus, Gen 1, 11. תחות כל אילן עבות sub omni arbore frondosa, 1. Reg. 14, 23. אילן בגוא ארעא arbor in medio terrae, Dan. 4, 7. ואילן עביד מירין et arbor faciens fructus, Gen. 1, 12. ויח כל אילנא דביה פירי אילנא et omnem arborem, in qua erunt fructus arboris, Gen. 1, 29. גרו אילנא succidite arborem, Dan. 4, 11. 20. רַבָּה אִילָנָא crevit arbor ista, Dan. 4, 8 Plur. וְכָל אִילְנֵי חַקְלָא et omnes arbores agri, Gen. 2, 5. אזלו אילניא iverunt arbores, Jud. 9, 8. כל אילני חורשא omnes arbores sylvae Ps. 96, 12. ביני אילני סרק inter arbores infrugiferas, Cant. 2, 3. Ap. Rabb. אילן הקבלה *arbor cabbalae, cabbalistica.* Sic vocant decem Sephiroth, quas forma arboris solent disponere, ad illorum ex se invicem derivationem ostendendam. Vide in סער.

אַלּוֹן *alius.* Graec. ἄλλος.

אולן *totum*, graec. ὅλον: אולן כרוסין ὅλον χρύσειον totum aureum, ex auro. In Medraschim.

אַלּוּנְבִין[146] *astutiae, fraudes, calliditates*: באלונבי דפרסאין per astutias Persarum: Glossa בנוכליות, Git. 70a. Praecedit ibi, דמחו ליה quem percusserunt. Unde videri possit esse a Graeco λόγχη *lancea, cuspis lanceae.*

אֶלִּינִסְתִּירִן *ἑλληνιστὶ graece, lingua graeca.* R. Levi ivit Caesaream, שמע לון קריין שמע אלינסתין audiensque eos legentes (lectionem „audi Israël," ex Deut. 6) hellenistice, voluit impedire ipsos: Sota c. 7 in Talm. hier. R. Jose id animadvertens, irascebatur, dicens: qui non potest legere hebraice, num omnino non leget? immo leget quacunque lingua quam intelligit ac novit et sic officio suo satisfecerit. Haec ibi. Ergo etiam graece sacra legere in synagogis fuit permissum, quod a multis negatur.

אַלְגִּינְקִי[147] *clitella, pulvini bajulorum, qui oneri supponuntur*: למסיק באלונקי efferre cum pulvinis, Betza 25b.

אַלְגִּינְתִּית[148] *confectura ex vino veteri, aqua limpida et balsamo, qua utebantur post balneum ad se recreandum et refrigerandum*, ע"ז 30a. Chol. 6a.

אָלַם *masticare, comminuere dentibus*, Talm. תורא דאלם ידיה דינוקא bos masticans manum pueri, Bava k. f. 84a. אלם בלע ליה comminuit dentibus, et deglutit illud, Gitt. 70. Idem quod לעס et כמס.

אַלַּס[149] N. propr. loci, Gen. 10, 4 in Jonathane, pro Hebraeo אֱלִישָׁה unde rectius scriberetur, אֱלִיס vel אֱלִיסָה. Ibidem in Targ. Hier. אֲלַסְטְרִסוֹס corrupte pro אֲלַס וְתַרְשִׁישׁ i. e.

Sanscr. est lignum santalinum, quod maxime aestimabatur; אל videtur esse artic. arab. Hoc lignum, quod (v. supra) navibus traducebatur in Palaestinam (quamvis 2. Chron. 2, 7 etiam in Libano monte crevisse dicatur), propter colorem rufum comparari poterat cum coralliis. Paulo aliter vocem explicat Winer: Bibl. Realwb. s. v. Sandelholz.

144) Arab. est المولى (a verbo ولى cf. et r. مال dives fuit); *dominus.* Apud Mauretanos maximae dignitatis nomen et regum titulus. V. Castell. Lex. heptag. p. 2013.

145) Pro אלמן in Targum legitur ארמלא, commutatis litteris ל׳ et ר׳; etiam Arabes ita dicunt.

146) Buxt. in Spicilegio: „Vide emendationem hujus explicationis in לנך in לונכי"; q. v.

147) „Bajulandi modus, quo duorum manibus in scapulas ἐναλλὰξ positis tertius gestatur."

148) Videtur ortum esse ex gr. ἔλαιον.

*) אלנמית Schab. 41, 147 linteum, pannum linteum, vestis lintea.

149) Schulthess (parad. 264) putat significari hac voce Carthaginem; versio Chald. explicat per איטליא (Italia), Jonathan per *Hellas*, Bochart (Phaleg 3, 4) per *Elis.* Atquae haec sententia maxime vera esse videtur, ita tamen, ut

אֲלִיסִין, אֲלִיסוֹת *masticata, comminuta, diffracta, vel concisa minutatim*: in Vaj. rab. s. 19 „nam ecce Dominus praecipiet, et percutiet domum majorem רְסִיסִים et domum minorem בְּקִעִים." Amos 6, 11. מה הדין רסיסה אית מינה אליסים והדין בקיעה לית מינה אליסין לא דמו להדדי quid est רְסִיסָהּ? quae in minutas partes sunt contusa et comminuta, sed בקיעה non relinquit frusta ejusmodi contusa. Eadem leguntur in Medr. Schir c. 4, 14 et Medr. Kohel. c. 10 versu qui incipit בעצלתים, ubi pro אילסים legitur אילסים.

אילוסום[150] *oratorium*: בית תפלה ומדרש, *ecclesia vel schola*. Sic ponunt vulgo. Alii, *specus, spelunca*. Videamus loca. In Medr. Ruth. c. 1, 17. נפק וצלי בהדה אילוסים דטבריא egressus est et oravit in quadam ecclesia vel schola Tiberiadis. Glossator scribit, מצאתי פי׳ מערה inveni quod significet *speluncam*. Sic possit forte esse ex graeco ἥλεος. In Medr. Kohel. c. 3, 9. רשב״ל הוה לעי באוריתא כל צרכיה בהדא אילוסם דטבריא R. Simeon ben Levi operam dabat legi in quadam schola Tiberiadis. Glossator hic iterum exponit מערה *speluncam*. In Talmud Hier. Schev. cap. 4, 35c. רבי חייה בר בא מתעגל בהדא אליסים דטבריא R. Chijah bar Ba volutabat se in pulvere Tiberiadis. Sic glossator בעמרה, qui legendum putat חליסים per ח, ex significato חולסית, de quo in חלס.

אָלַף *discere, assuescere*. Prave saepe hoc verbum in Venetis punctatum est, conjugationibus inter se confusis. Praet. אָרֵי לָא אָלִיף non enim didicerat, hebr. לא נסה non tentaverat, 1. Sam. 17, 39. ואליף למקטל et didicerat occidere, hebr. וַיִּלְמַד Ez. 19, 3. Particip. אָלְפִין בְּאוֹרַיְתָא וְלָא אָלְפָא et non discit, Hos. 10, 11. discunt legem, studebunt in lege, Jes. 54, 13. In Hebraeo est forma passiva לְמוּדֵי יי׳ *docti a domino*, unde et in Targum ex Partic. Pehil legi possit אָלִיפִין docti erunt in lege. Partic. pehil passivum, אָלִיף, Plural אָלִיפִין edoctus, assuetus, assuefactus etc. Inf. הֲמֵילַף אֲלִיפְנָא num assuescendo assueta sum ego sic facere tibi, Num. 22, 30. במילפי דיני זכותך in discendo me judicia justitiae tuae, Ps. 119, 71. Imperativus אִלִּיפוּ לְאוּטָבָא discite benefacere, Jes. 1, 17. Fut. analogum, וְאֵילַף פִּקּוּדָךְ et discam praecepta tua, Ps. 119, 73. Et forma quiescentium דְּאֵירַע גְּזֵירָתָךְ ut discam statuta tua, Ps. 119, 71. לא תילף למעבד non disces facere, Deut. 18, 9. בדיל דתילף למדחל ut discas timere a domino deo tuo, Deut. 14, 23. ותילפון יתהון et discetis ea, Deut. 5, 1. אם מילף יילפון si discendo discent. Jer. 12, 16. Pahel אַלֵּף *docere*: יי׳ אליף לאדם dominus docet hominem scientiam, Ps. 94, 10. ואלפני et docuit me (ne irem in viis populi hujus), Jes. 8, 11. ואליפיה יי׳ אינא et docuit eum dominus lignum quoddam, Ex 15, 25. אלפתני בנסיא docuisti me miracula, exercuisti me in miraculis a pueritia mea, Ps. 71. 17. דאלפית יתכון quod docui vos, Deut. 4, 5. כמא דאליפו ית עמי sicut docuerunt populum meum, Jer. 12, 16. Part. דְּהוּדֵה מְאַלֵּף מַנְדְּעָא fuit docens sapientiam, Eccl. 12, 9. Accidit hic contractio, ut in Futuro: דַּאֲנָא מַלֵּיף יָתְכוֹן quae ego doceo vos. Deut. 4, 1. pro מְאַלֵּף, quam formam quidam ad Aphel revocant sine ratione: non enim est usitatum in ea forma: מַלֵּיף יָדַי docens manus meas facere bellum, 2. Sam, 22, 35. Plur. וַאֲקִימֵית עֲלֵיכוֹן מַלְפִין et excitabo vobis docentes, doctores, Jer. 6, 17. מכל מאלפי אמכלית ab omnibus doctoribus meis intelligentior factus sum, Ps. 119, 99. בהיתו מלפיהן erubuerunt doctores ipsorum, Hos. 2, 5. Partic. pass. כְּעֶגֶל לָא מַלַּף sicut vitulus non assuetus, Jer. 31, 18. Sic legendum: nam in Hebraeo est לָמֻד doctus. Plurale דחויתו מלפין qui fuistis edocti malefacere, hebr. למדי Jer. 13, 23. כתשקידת נבדין מלפין sicut praeceptum hominum eruditorum, Jes. 29, 13. כגברין מאלפי קרבא sicut viri assueti bellis, Cant. 3, 8. Infin. לְאַלָּפָא יַתְהוֹן ad docendum eos, Deut. 4, 14. לאלפותך ad docendum te, Jer. 30, 11. לאלפותהון קרבא ad docendum eos proelia, Jud. 3, 2. Imper. אַלֵּיף יָתִי גְּזֵירָתָךְ doce me statuta tua, Ps. 119, 13. ואלפנני et doce me, Ps. 25, 5. Futur. אֲאַלֵּיף לְמָרוֹדָיָא docebo defectores vias tuas Ps. 51, 15. Sic etiam legendum Ps. 34, 12. ואלפנך חוכמתא et docebo te sapientiam, Job. 33, 33. דתלפנן quae docebis eos, Deut. 5, 31. Contractio, ut in Participio. Sic in reliquis personis, תלף pro תאלף etc. Ithpahel קְשׁוֹט יִתְאַלְּפוּן veritatem docebuntur, Jes. 26, 9.

Talmudici a communi forma chald. resecant communiter literam ר a fine, in Infin. Imper. et Futuro praecipue, quandoque etiam in Partic., maxime cum Pronom.: ut אֲנָא לָא קָאֲמִינָא ego, non dico ego, pleonastice, pro אנא ego, i. e. quoad me, קאמינא non dico ego, pro קאמיר אנא, ubi ק servilis est Participii litera, ex speciali dialecto talmudica: אִי אֲמֵרְנָא si dicens ego sim, si dixero: הוית אמינא fui dicens ego, dixi, existimavi, opinatus sum. Infin לֵימָא pro לֶאֱמֹר dicere: אי ליטא aut dicendumne? aut est dicendum? aut vis ut dicam? לֵימָא כְּתַנָּאֵי an dicendum sicut doctores Tannaim? Quandoque לְמֵימְרָא dicere, cum א paragogico. Imper. וְאֵימָא לָהּ לְאִימָּא et dic matri: זִיל אֵימָא לֵיהּ abi, dic ei. Futur. אֵימָא dicam: תֵּימָא dices: מָדְהִי דְּתֵימָא quod autem dicis, dicere, vel objicere possis. Usurpatur in eludendo aut rejiciendo objectionem. Interdum etiam est concedentis דאי לא תימא הכי quod si non dixeris sic: יֵימָא dicet: לֵימָא dicere deberet, vel debuisset: וְיֵימָא אִידְהוּ atqui potuisset dicere ipse: דְּלָא לֵימְרוּ ut non dicant. Sic ל Talmudice etiam Futuro servit. Ithpehal אִיתְמַר pro אִתְאֲמַר dictum est: אִיתְיְמָא i. e. אִית אֲמַר, vel יש אומר est dicens, vel יֵשׁ אוֹמְרִים dicunt quidam. Usus ejus est, quando sub alicujus nomine sententia proponitur, quem alii dicunt fuisse alium ut: „dixit Ruben וְאִיתֵּימָא et est qui dicit, R. Schimeonem id dixisse: אמר רבא איתימא ר' יצחק dixit Rabha: quidam dicunt, R. Isaac. Sic legitur aliquando cum inserto א, אִיתְאֵימָא etc.

אֲמִירָה *dictum, edictum, eloquium, sermo, sententia*, Rab.

אֵימוּרִים, אימורים[168] *oblationes, sacrificia*: vel potius

*) אמצע v. in מצע.

*) אמקסיוס Medr. Cant., gr. est ἡμίξηρος.

168) Haec vox derivanda est a verbo ימר, quod idem significat quod מור, sc. *mutavit*. (Simili modo מוב et יסב a איקרא יקר et קוץ יקץ, בוש et יבש et similia permutantur, praecipue in conjug. hifil.) Formatio eadem est quae vocis אסורא a יסר. Significat igitur ut et nomen תמורה (Lev. 27, 10. 33 a מור derivatum) nihil nisi *permutationem, commutationem, compensationem, retributionem* (cf. gr. *ἀντάλλαγμα*). Hoc tamen discrimen est inter תמורה et אימורים, quod illa vox non adhibetur nisi de vivis animalibus commutandis, si animalia non sacra (חולין) mutantur sacris (קדשים); haec vero de ea commutatione, quae fit, quando pro hominis vita vita animalis deo offertur. Tum enim praestantissimae animalis partes (v. Philonis tractatum *περὶ ζώων τῶν εἰς θυσίας*, ed. Philon. Francof. 1691 p. 835 sqq.) deo sacrificantur pro corpore humano. Victima igitur vice hominis peccatoris fungitur. Victimam autem quasi vicarium esse hominis etiam gentiles agnoscebant, cf. Ovid. Fast. VI, 161, 162:

Cor pro corde, precor, pro fibris sumite fibras.
Hanc animam vobis pro meliore damus.

Eadem Hebraeorum est sententia. Sacrificium igitur est quasi commutatio hominis et pecoris, et hominis *λύτρον*. Ergo cum pro hominis vita vita animalis deo exhibeatur et pro cruciatu corporis humani, in quo adeps evanescit, adeps et praestantissima victimae dentur, victima hominis vice fungitur, unde apparet, cur hoc significari potuerit verbo ימר. Cum hac sacrificii explicatione consentit notum illud praeceptum legis divinae, quo Judaei vetantur sanguine animalis frui, quippe quod sanguis animalis sit anima et vita ipsius, Lev. 17, 11. Deut. 12, 39, et vita animalis destinata sit, ut pro homine detur. Hoc praeceptum apud Judaeos semper vigebat; et hanc ob causam adeps et ceterae victimae partes, quae tamquam *ποινὴ* et *λυτρον* in altari ponebantur, אימורים dicebantur, quia pro hominis vita offerebantur. — Errat igitur vehementer B. Ar. et cum ipso Buxt., si etymologiam vocis אמרים a Talm. in Mishna, Succa l. l., datam referunt ad vocem אימורים. — Atque hoc potissimum mirum est, qui B. Aruch hoc fugere potuerit, quod in tract. Sebachim, ubi vox אימורים tam saepe occurit, ut vix numerari possit, etymologia hujus vocis non proponatur, etiamsi h i c locus aptissimus erat, quo de ejus origine disputaretur. Propterea enim nulla etymologia proponitur, quia nemo dubitare poterat, quin a verbo ימר originem duceret. Etymologiam a verbo אמר depromtam non reperimus nisi in Mishna, tract. Succa l. l., ubi אמורים atque sine litt. י non plus semel legitur. Jam inde apparet, sine ullo dubio vocem אמורים in Succa prorsus aliam esse atque אימורים in Sebachim; quod etiam eo probatur ac firmatur, quod in Mishna scriptum est, sacerdotes omnis generis et ordinis eandem potestatem eademque jura habere, quod attinet ad אמורי הרגל (legitur: כל המשמורות שוין באמורי הרגל), quod dicit: omnibus sacerdotibus eandem partem esse in אמורים sacrificiorum sollemnium; ex quo apparet sermonem non esse de partibus adipis, quae alias vocantur אימורים, quia hae in altari adolebantur, neque quisquam sacerdotum earum particeps fieri poterat. Illud igitur necessario etiam de חזה ושוק (pectore et humero) adhibebatur atque ita intelliges, cur Talmudici rectissime quaesiverint, cur etiam hae particulae אמורים vocentur, et responderint, quia ita promissum sit (respiciunt אמר, *dixit, promisit*, unde etiam אמורים sine י scriptum, quum in Sebach. plerumque cum י a rad. ימר); hoc valet tantummodo de sacrificiis trium summorum festorum. — Vides igitur, אמורים et אימורים nequaquam confundi debere. — Neque rectior est altera etymologia a B. Ar. et Buxt. proposita a מורים deducta. — Alii etiam aliter hanc vocem explicare studuerunt, quid? quod fuerunt, qui ex lingua gr. *Ἰμείρον* hanc vocem ortam esse putarent, ita ut vox mere hebraica ex Palaestina in Graeciam migrasse et ex Graecia in Palaestinam reversa esse videri

partes sacrificiorum, quae super altari comburuntur: באימורי הרגלים in sacrificiis majorum festorum, Succa c. ult. in Misch. 55b. Sic in Medr. Esth. 1, 9. אימורי קדשי קדשים et אימורי קדשים קלים. Rabbi Moses ben Majemon illa sic describit in הלכות מעשה הקרבנות cap. 1. האיברין ששורפין אותן על גבי המזבח מן החמאות הנאכלות ומן האשמות ומן השלמים הם הנקראים אימורין h. e. Membra quae comburunt super altari, de sacrificiis pro peccato quae comeduntur, de oblationibus pro reatu, et de pacificis, illa sunt quae vocantur אימורין. Et de bove quidem et capra sunt אימורים adeps, qui operit intestina, sub quo etiam comprehenditur adeps qui est super ventriculo, duo renes et adeps eorum; adeps item iliorum et reticuli hepatis etc. Et mox: כל האימורין נשרפין על מזבח החיצון: omnia אימורין comburuntur super altari exteriori. In Gemara scribitur ita vocari, quasi קרבנות האמורים ברגל oblationes dictae, i. e. praeceptae ad offerendum in festo. Sed B. Ar. in מר secundo scribit; לפה נקראו שהם מורים? quare vocantur adipes אימורים quia sunt מורים domini (h. e. praecipua, principalia) super omnia membra et ascendunt super altari in partem Domini mundi, h. e. Dei.

אָמוֹרָאָה *sermocinator, doctor sermonem habens*: לא שמעו קל אמוראה non auscultant voci doctoris, Job 3, 18.

אָמוֹרָא *Amora*: *plur.* אָמוֹרָאִים *Amoraei*.[169] Doctores sive autores sunt partis illius Talmud, quae גמרא

---

posset. Sapienti sat. Quicunque lingua hebraea imbutus est, facile cognoscet, hanc vocem originem a nulla alia radice ducere posse quam a אמר. De singulis sacrificiorum generibus v. in קרבן.

*) אומרי, אימורי *obses*. Esth. rab. 1, 1. בני אימורי citat Ar. in Targ. pro בני אשפרתו Thren. 3, 13 et exponit תמורת של אבותיהן filios patrum *ἀνταλλάγματα* vel obsides, gr. *ὅμηροι*, patrum fidei apud victorem principem pignora et arrhabones. — Castellus.

169) Ut etiam iis, qui historiam litterarum Judaicarum minus cognoverunt, satis fecisse videamur, haecce addenda esse videntur:

Quum post exilium Babylonicum *res publica* Judaeorum debilitata, imo vero paene deleta esset, *religionis* studia etiam atque etiam efflorescebant. Judaei, qui exceptis temporibus Maccabaeorum et Bar Kosiba (Bar Kokhba) auctoritatem politicam non recuperabant, novas vias ante Cyri tempora non notas iniverunt; omnes vires convertebantur ad vitam spiritualem, religiosam; neque tamen amplius *prophetae* exstiterunt — Maleakhi prophetarum novissimus paullo post reditum Judaeorum in Palaestinam vixit — sed *doctores*, quibus non revelatio sed disciplina eruditioque curae erat. Inde ab Esrae et Nehemiae temporibus operam dabant conservandae legi revelatae; id efficere studebant, ut hanc omnes recte intellegerent et sequerentur. Loco prophetarum *interpretes* scripturae exstiterunt. — Munus *scribarum* (סופרים), qui jam in libris canonicis memorantur, quorum dux ac princeps Esra habetur, in eo potissimum positum erat, ut verbis scripturae scr. vim suam atque auctoritatem vindicarent, ut leges, quae vel jam valebant vel mutatis rebus politicis ortae erant, scriptura sc. fulcirent et sanciren t; ut litteras sacras pervulgarent, praecepta dei tuerentur, ad vitae cotidianae usum interpretarentur. Hoc munus *scribarum* (סופרים) susceperunt *viri magnae Synagogae* (אנשי כנסת הגדולה), quae ex 120 sociis constitisse, cujus novissimus socius Simon Justus fuisse fertur. Qualis fuerit horum virorum sententia, apparet ex P. Aboth 1: „Cauti estote in judicando; multos discipulos paratote; septo legem circumdatote!“ Idem docet illud Simonis Justi: „In tribus rebus mundus nititur: in tuenda doctrina, in cultu dei, in peragendis operibus caritatis“ (p. Aboth 1, 2). De tempore, quo synagoga magna, quo Simon Justus floruerit, viri docti dissentiunt; alii enim viros magnae synagogae inter a 400 et 200, alii inter 400 et 300 a. Chr. n. fuisse existimant.

Eo tempore, quo victoriis per Maccabaeos reportatis etiam res publica Judaeorum efflorescere coepit, novum quoddam institutum ad religionem pertinens ortum est: *magnum synedrium* (סנהדרין הגדולה), quod, si viros qui ipsi praeerant, quorum alter נשיא vocatus *praeses*, alter אב בית דין (summus judex) dictus *vicarius praesidis* erat, annumeramus, constabat ex LXXI. sociis. Conveniebant autem hujus synedrii assessores in pronao templi לשכת הגזית vocato quoque die, excepto sabbato. Praeter hoc synedrium, quod Hierosolymis erat, in quavis alia urbe majore, etiam Hierosolymis, minora erant XXIII. sociorum, *parva synedria* dicta.

Duo illi praesides magni synedrii, qui summam vim in interpretandam legem exercebant, ita enumerantur (nomine Sugoth q. e. paria):

1. Iose ben Joëser et Jose ben Jochanan. 2. Josua ben Perachia et Nitai Arbela natus. 3. Juda ben Tabai et Simon ben Schetach. 4. Schemajah et Abtalion. 5. Hillel (major) et Schammai. — Praeter hos memorantur *praesides* (omisso vicario praesidis) hi: 1. Gamaliel I. s. major (הזקן) nepos Hillelis, maxime clarus ob instituta ad vitam socialem pertinentia (תקון העולם), qui primus Raban (רבן) dictus est. 2. Simon ben Gamaliel, filius hujus Gamalielis, cujus vices per aliquod tempus R. Jochanan ben Saccai, clarissimus legis doctor, obtinebat.

Orationes a viris magni synedrii in domibus precum quae simul scholae erant habitae pertinebant aut ad praecepta legalia (Halachot, הלכות) aut ad scripturam interpretandam vel doctrinam proponendam, qua in re suam quisque sententiam proferret licebat. Praecepta illa legalia omnibus, nullo excepto, dabantur atque hanc ob caussam summa auctoritate confirmata, ab omnibus recepta, tradita essent necesse erat, qua de re hae *halachot* s. *regulae* שמעתא *audita* dicebantur; illae vero expositiones *hagada* (הגדה = sermo) vocantur.

Collectio praeceptorum legalium in scholis בית מדרש propositorum nominatur Misna, משנה „quae discendo percipiuntur“

Gemara dicitur. Fuerunt hi plures, quorum unus dicitur Amora, quasi *sermocinator, dictator*. Doctrina horum fuit expositio primae partis Talmud, quae משנה Mischna, *δευτέρωσις*, traditio iterata, lex iterata vel secunda, quae repetit id quod Moses docuit et de novo tradit et proponit illud, quod Moses vel obscure proposuit, vel plane non docuit. Primi harum traditionum professores et interpretes dicebantur אמוראים. Horum doctrina dici-

(a. am. מתניתא), vel, ut alii malunt „iteratum", quasi altera, per ora tradita doctrina (opp מקרא, q. e. doctrina litteris mandata). Doctores vero, qui singula ista Misnae praecepta collegerunt vocantur *Tanaim*, תנאים. Horum sedes primaria erat Jabne v. Jamnia (quae urbs ad maris litus Joppen inter et Asdodum sita erat. V. etiam יבנה). Schola hujus urbis condita est a R. Jochanan ben Saccai eo tempore, quo circa Hierosolymorum moenia acerbissima pugna pugnabatur. Huic scholae nomen erat בית דין (q. e. summum judicium); praeses ejus vocatus est ראש בית דין et inde a Gamalielis I. tempore honorifica appellatione רבן. Assessores posteriore tempore *Rabbi* appellati, quae appellatio ante templi destructionem Judaeis in usu non erat.

Doctores Misnae s. Tanaim ex tempore a templo destructo usque ad a. 80 p. Chr. n. enumerantur: 1. Rabbi Chaninah, qui memoriae tradidit, quae de templo memoratu digna videbantur. 2. R. Zadok, discipulus Schammai. 3. Rabbi Nachum, Medus, qui antea in synedrio Hierosolymitano fuerat. 4. R. Dossa ben Harchinas, discipulus Hillelis. 5 Abba Saul ben Botnit. 6. Nachum, e Gimso oppido ortus. 7. R. Nechuniah ben Hakanah. — Post mortem Jochannis ben Saccai, qui et morum integritate et scientiae copia insignis erat, Gamaliel II., qui etiam Gam. Jabnensis dicitur, filius R. Simonis, nepos R. Gamalielis I., Rosch bet din Jamniae factus est. Mox singuli illius scholae doctores etiam in aliis urbibus haud procul a Jamnia remotis scholas condiderunt; *R. Elieser*, virtute sua et divitiis clarus, Lyddae, *R. Josua ben Chananjah*, homo mitis et pauper, in vico quodam בקיעין, *R. Akiba ben Joseph*, et morum castitate et ingenii acumine insignis, qui eas Halachot, quae cohaerebant, ad artem et rationem redegit (quod corpus praeceptorum legalium, ut a Misna proprie sic dicta distingueretur, Misna R. Akibae vocatum est) in Bne-Brak scholas condiderunt. — Hi tres viri modo memorati Gamalielem II., qui propter immodestiam multorum odium subiit, imo etiam a munere aliquamdiu remotus est, restituerunt, ita quidem, ut addito vicario R. *Eleasare ben Asaria* potestas ejus paullulum imminueretur. Attamen bene inter Gamalielem et Eleasarem convenit et institutum est, ut locum Gamalielis, binis septimanis munere praesidis functi, Eleasar singulis septimanis teneret et disputationes moderaretur.

Praeter viros jam dictos ex tempore ab a. 80 usque ad a. 138 p. Chr. doctores Misnae s. Tanaim memorantur hice: *R. Ismael, R. Tarphon* s. *Tryphon, R. Jochanan* ben Nuri, R. *Jose* Galilaeus, R. *Elasar* ha-Modai, multi alii. Inter hos R. Ismael ben Elisa, qui in Kephar-Assis habitavit, cujus schola Be- R. Ismail nomine dicta satis nota est, insignis est propter 13 canones hermeneuticos ab ipso propositos et ex ejus nomine cognominatos (י"ג מדות).

Horum Tanaim plerique in persecutionibus Hadriano imperatore propter seditionem a B. Kochba (q. v.) concitatam ortis, pro fide sua mortui sunt, inter quos clarissimi sunt R. Ismael b. Elisa, R. Akiba, princeps istius seditionis, R. Chanina b. Teradion, R. Chuzpit, R. Isebab, R. Juda b. Baba. Hic deprehensus et interfectus est, quum modo septem discipulos sollemni ritu (Semicha) consecraret. Discipuli ejus jussu salutem fuga petiverunt et partim Nisibin, partim Nahardeam Babyloniae se receperunt. —

Postquam Hadriano (a. 138) mortuo T. Aurelius Antoninus Pius imperator factus est, multi exules Antonini benignitati confidentes reverterunt; in his etiam septem illi discipuli, ex quibus memorandi: 1. *R. Meir*, praestantissimus R. Akibae discipulus, vir insigni pietate (quam ipse et uxor ejus, filia R. Chanina b. Teradion in morte duorum filiorum declarabant), maxima scientia et ingenii acumine, quare מאיר *illustrans* cognominabatur (proprie מאישא ei nomen erat). Scientiae cupiditate adductus etiam Achero apostata familiariter utebatur, et humanitas eius tanta erat, ut diceret paganum legi divinae operam navantem summo Judaeorum sacerdoti parem habendum esse neque Israelitas tantum sed etiam paganos destinatos esse ad aeternam beatitudinem. 2. *R. Simon b. Jochai*, cujus schola Tekoae erat. Hic Misnam collegit *Midot* seu *Mechilta* vocatam, quae epitome est Misnae a R. Akiba collectae, cujus rationem interpretandi (qua non tam memoriae vis quam ingenii acumen contenditur, quae a doctoribus Talm. posteriore tempore adhiberi solebat, de quo v. in *Talmud*) imitatus est. — Omnium longe clarissimus erat *R. Juda, princeps*, רבנו הנשיא appellatus, qui et רבי *κατ' ἐξοχήν* vocatur. Hic *praeses* synedrii neque *vicarium* (ab-bet-din) neque *oratorem publicum* (Chacham) habebat. Clarissimi hujus doctoris discipuli memoratu digni sunt *Levi b. Sissi*, *Abba Areka*, vulgo *Rab* dictus (v. not. 64 p. 23), *R. Chija*, Babylonius, *Simon b. Kappara*, *Samuel*, *R. Chanina*. — *R. Juda ha-nassi* multa instituit, e quibus vir strenuus ac fortis fuisse apparet, ita praecepta de noviluniis et diebus festis; statuta de annis remissionis et de decumis laxavit, qua in re ne ulterius progrederetur prohibitus est a *R. Pinchas b. Jair*, quo consiliario utebatur. Maxime autem eo inclaruit quod *Misnam collegit et absolvit*. Ea, quae jam a R. Akiba et R. Meir collecta erant, diligenter examinavit et omnes halachot perpetuis praeceptis ordinatas componere studuit. Haec collectio, qua in suis scholis utebatur, mox summam auctoritatem consecuta a doctoribus per ora discipulis tradebatur. Singulae tantummodo halachot litteris mandabantur contra doctorum legis consuetudinem et hanc ob causam tam occulte, ut ejusmodi volumnia מגילות סתרים *volumina arcana* dicerentur.

Dialectus Misnae eadem est quam reperimus in recentioribus V. Ti libris eo tempore scriptis, quo antiqua lingua hebraica populo jam non in usu erat; sed aucta est vocibus potissimum *aramaeis*, *graecis*, *latinis*; oratio concisa est. R. *Juda* Misnam absolvit et sanxit et *Babyloniis* unica norma credendi mansit. In *Palaestina* contra Simon, R. Judae

tur מימרא *sermo* et titulus horum doctrinae est, איתמר *λόγους*, a chriis et sententiis quas pronunciabant, quae *dictum est*. Non semper haec nota adhibetur, sed ubi אמירות latine *scita* dicuntur. In Halichoth olam f. 5a dicitur sic, ibi Amora loquitur. Scaliger in de Emend. vocantur מוראות et doctrina ipsorum תוראה. temporum f. 614 vocat eos *sophistas Talmud*, *γνωμο-* בַּר אֲמוֹרָאֵי *remes*, *peritus remigandi*: M. katon

---

filius minor, nonnulla ipsi adjecit. Ex eo tempore praeter Scripturam S. Misna primarius fons est doctrinae, qua Israelitae dissipati uniuntur.

R. Juda summam senectutem adeptus cum filiis et discipulis moribundus ultimam voluntatem communicavit: *Gamalielem III.* filium majorem *patriarcham*, *Simonem*, minorem, *oratorem publicum* (Chacham) instituit. Quum mortuus esset, Bar Kappara velato capite et scissis vestibus populo nunciavit: „Angeli et mortales luctati sunt de arca foederis. Angeli victoriam reportarunt. Evanuit arca foederis!" Populus sentiens his verbis mortem dilecti doctoris significari maximo luctu affectus est. Omni apparatu et honore funus Judae celebrarunt, quamvis ipse hoc fieri vetuisset. Posteritas ipsius virtutes pio animo colens et summis laudibus efferens *Sanctum* (הקדוש) eum cognominavit. Filius ejus, *Gamaliel III.* (210—225) mandata patris diligenter exsequi studuit neque tamen famam collegit. Ceteri doctores a Juda eruditi post istius mortem eas halachot, quas iste omisisset, conferebant; ex his memorandi: *R. Jannai*, *R. Chija*, *Bar Kappara*. *Levi b. Sissi*, *Rab. Ushaja* major „pater Misnae" cognominatus. Horum vero collectiones numquam eam auctoritatem sunt consecutae quam R. Judae; appellantur *Misna externa*, מ' חצונה, chald. מתניתא ברייתא, vulgo *Boraita*.

Gamaliele mortuo egregii traditionis doctores erant filius ipsius, *R. Juda II.* patriarcha, qui sedem patriarchae a Sepphori Tiberiada traduxit et auctoritate ita floruit, ut et ipse *Rabbi* v. *Rabbanu xar' ἐξοχήν* diceretur; *R. Jochanan*, omnium longe gravissimus, *R. Simon* b. Lakish. *Hillel*, patriarchae frater, non tam in Halachot quam in Agada valuisse videtur; hic propter accuratam Scripturae S. cognitionem ab *Origene* memoratur, qui eo in interpretandis difficilioribus S. S. locis utebatur eumque summis laudibus effert. *R. Semlai* denique, in Agada insignis doctor, omnes Judaeorum leges ad certa principia revocare molitus est.

Ex quo Misna absoluta est, Rabbini in *ea explicanda* non minorem operam, quam *Tanaim* in Scr. S. interpretanda, collocabant, quare *Amoraim*, q. e. *interpretes* dicebantur. Quorum primus est *R. Chanina b. Chama*, Sepphori natus, c. 180—260, ab Judaeis non minus quam a Romanis summa laude celebratus; *R Jochanan b. Napcha*, feracissimus Amora, magno discipulorum numero stipatus; *R Juda II.* forma eximia corporis praeditus, qui graecis litteris imbutus erat. — Clarissimae scholae, quae in Judaea florebant, inde ab Judae II. tempore superatae sunt a Babylonicis.

In Babylonia, ubi inde ab exilii temporibus plurimi Judaei vivebant, studia litterarum vehementer efflorescebant, quae etiamnunc admirationem efficiunt. Sedes literarum praestantisimae erant *Nahardea* (ad Euphratem sita, ab Judaeis tantum habitata), *Firuz-Schabur*, *Pumbadita*, *Mata-Mechassia* s. *Sura*, *Machuza*. — Ingens multitudo Judaeorum in Babylonia viventium effecit, ut ipsi quodam modo sui juris essent; suum principem habebant, qui *Exiliarcha* (Reschgaluta) vocatus quartum a rege locum obtinebat. Exiliarchae, e gente Davidica orti, regio apparatu ornati, summam apud populum auctoritatem habebant, usque ad saec. XI. — In *rebus* tamen *divinis* Babylonici Judaeis se inferiores esse passi erant. Multi juvenes discendi avidi e Babylonia in Judaeam migrabant litteras sacras tractaturi, plurimi, quum *R. Juda I.* patriarcha esset. Praestantissimi erant *R. Chija*, *Abba Areka* (vulgo *Rab* dictus), *Rabba b. Chana*, *Abba* ejusque filius *Samuel*. Maximam auctoritatem apud Babylonicos consecuti sunt *Abba Areka* et *Samuel*.

Abba Areka jam juvenis maximi aestimabatur; ex Palaestina in Babyloniam reversus et in locum R. Schilae mortui, qui scholae praefuerat, subrogatus, Samueli amico suo, qui Nahardeae natus erat, cessit Ipse, qui etiam apud Artabanem multum valebat, qui primus omnium Amoraeorum Babyl. habendus est, scholam *Surae* (= Mata-Mechassia) condidit, quae per octo secula primaria litterarum sedes erat. Ibi ab ingenti discipulorum multitudine circumdatus docuit et vixit 219—247. — Secundus ab eo est *Mar Samuel*, qui non modo legis, sed et artis medicae, astronomiae, juris scientiae peritissimus, inde etiam regi (Shabur I.) familiaris erat et Abba Areka mortuo omnium princeps agnoscebatur. Insignis summa ejus sententia est, leges publicas eorum regnorum, in quibus Judaei essent, in Judaeos eandem vim habere quam Judaicas.

Quum vero paulo post regnum Babyl. ab hostibus Odenatho (conjuge Zenobiae clarissimae reginae) duce vastaretur, Amoraei (R. Nachman, R. Scheschet, Rabba b. Abuha, R. Joseph b. Chama) fugere coacti *Machuzae* et *Pumbaditae* scholas condiderunt. — Quo majorem hae scholae auctoritatem colligebant, eo magis scholae Palaestinenses labebantur, ita ut praeter R. Abbahu vix quisquam ibi memoria dignus esset. (Nam R. Ami, R. Assi, R. Chija b. Abba, R. Seïra, etiam patriarchae R. Gamaliel IV. et R. Juda III. nullam famam habent.) Quum *Hillel II.* patriarcha esset, omnis patriarchae Palaestinensis potestas evanuit; hic de jure festos dies edicendi cessit et rationem promulgavit, secundum quam in efficiendis fastis (סדרי מועדות) dies festi definiti erant, quae etiamnunc apud Judaeos valet. — Babylonicarum scholarum auctoritas in dies cresbat; quid? quod etiam exiliarchae, qui *civili* munere fungebantur, litteris se dabant et propterea „Rabbana" cognomine ornabantur.

Excellentissimi Amoraei Babyl. praeter A. Arekam et Samuelem erant *R. Hunna*, qui scholae Suranae, *R. Juda ben Jecheskel*, qui scholae Pumbaditanae praeerat; *R. Nachman b. Jacob*, *R. Chasda*, *R. Scheschet*, *Rabba ben Abbahu*. Tempore R. Hunnae doctores in ordinem venerunt. Quotannis binis certis mensibus doctores congregabantur (is consessus est מתיבתא); magister hujus congregationis ריש מתיבתא „caput consessus" vocabatur; ab eo secundi erant רישי

f. 23a. B. basra f. 74b. B. Ar. legit אמודאי, per ד in medio.

מֵאמַר מֵימַר מֵימְרָא *sermo, verbum*: אשלימתא מימר perfecisti verbum, Ps. 18, 27. לית מימר non est verbum aliquod murmuris scil. coelorum, i. e. tonitrui Ps. 19, 4. כמאמר secundum edictum, Esr. 6, 9, ובמאמר et in sermone, Dan. 4, 14. אציח למימר פומי ausculta sermoni oris mei, i. e. orationi, precationi, Ps. 54, 4. Emphat. ושמעו ית קל מימרא דיי et audiverunt vocem verbi Domini, Gen. 3, 8. In Hebraeo simpliciter est קול יהוה vocem domini. Sic paraphrastes saepissime hoc nomen divinum efferre solet, per מימרא דיי, ut Johannes Evangelista dicit ὁ λόγος, Joh. 1. Cum Affixis, תריצות לבבי מימרי rectitudo cordis mei est sermo meus, Job. 33, 3. במימרך per verbum tuum, 2. Sam. 22, 30. ואחסנת מימריה et possessio sermonis ejus, Job. 20, 29. ובמימריה לברית et in verbo ejus confido, hebr. ובו חסיתי et in eum, Ps. 144, 2. Pl. ושמעין מימרי et audiunt verba mea, Ps. 141, 6. ובמימריכון et per sermones vestros, Job. 32, 14. ושוי מימרוי בלבבך et pone verba ejus in corde tuo, Job. 22, 22. Usurpatur et reciproce: בין מימריה ובין מיכל inter verbum suum, (i. e. inter seipsum) et inter Michalem, Ruth. 3, 8. Sic de Deo saepissime.

מַאֲמָר *sermo, oratio*: כבריתא דדובשא מאמרא ut favus mellis est oratio, Prov. 16, 24. מן מאמריה דפומיה ab oratione oris ejus, Prov. 4, 5. Affixum abesse possit: nam in Hebraeo est plurale אִמְרֵי verba; וְלִמַאֲמָרַי צְלֵי אודנָך et ad sermones meos inclina aurem tuam, hebr. לדברי, Prov. 4. 20. Ap. Rabb. מַאֲמָרוֹת *orationes*; *praedicamenta, categoriae*: ואלו הם סוגים עליונים אשר יקראו מאמרות et ista sunt genera suprema, quae vocantur praedicamenta; ידיעת המאמרות notitia istorum praedicamentorum, in logica R. Simeonis c. 10.

כלה, qui ternis prioribus septimanis illorum mensium sententiam, de qua Resh metibta verba facturus erat, explicabant. Ab his doctoribus differunt דיני דכבא „judices portae", ita dicti, quia porta Hebraeis loco fori erat.

Qui disserendi subtilitatem, qualis in Talm. est, maxime excoluerunt, hi sunt: *Rabba b. Nachman*, discipulus R. Judae b. Jescheskel, ab a. 309 princeps scholae Pumbaditanae, quae eo principe maxime efloruit, et *Abaji* et *Raba*. Quum horum trium virorum antecessores *Amoraei*, *interpretes*, essent, hi auctores Talmudi proprie sic dicti sunt, i. e. ejus methodi, quae ingenii acumine, sagacibus comparationibus antithesibusque, magnifica oratione, firma disserendi ratione inclaruit.

Rabbae successit R. *Joseph b. Chija*, qui prophetas in linguam chald. transtulit; huic *Abaja*; huic *Rabba ben Joseph b. Chama* (338), cujus notissima sententia: Trium votorum, quae faciebam, duo impetravi: cupiebam R. Hunnae doctrinam, R. Chasdai divitias et voti damnatus sum: desidero Rabba b. Hunna modestiam. — Mortuo Rabba b. Joseph schola Machuzana deterior fit. Pumbaditana schola, quae jam principem locum obtinuit, tamen veterem Machuzae gloriam magistris *R. Nachman b. Isaak*, *R Papa*, *R. Chama* (356—377) aequare non potuit. Deteriores etiam erant R. Zebid, R. Dimi, Rafrem b. Papa, R. Kahana, Mar Sutra, R. Acha b. Rabba, R. Gebiha. Nequé schola Nahardeana auctoritatem assecuta est. — At *schola Surana*, cui princeps omnium Aramaeorum Babyl., Rab (v. supra) praefuerat, maxime excelluit artibus ac litteris, praesertim quum *R. Aschi b. R. Semai* ipsi praeesset. Hic vir ingenii acumine non minus quam divitiis inclytus, aedes scholarum restauravit et scholam Suranam ita instruxit, ut summam auctoritatem consequeretur; hanc ob rem honorifico nomine *Rabbana* appellatus est. Eadem auctoritate, qua R. Juda ha-nassi, fruebatur et exiliarchae quoque Mar Kahana et Mar Sutra I. ei obsequebantur. Ea, quae CC annis ante R. Juda ha-nassi de Misna meruerat, qui omnes halachot composuit, R. Aschi meruit de *Talmud*. Nam plus L annos in eo consumsit, ut omnes expositiones, traditiones, incrementa ad Misnam pertinentia colligeret certis principiis adhibitis, ita ut etiam spiritualem ut ita dicamus explicationem et progressionem explanaret et res gravissimas ab oblivione defenderet. Hic vir, omni honore cultus, vita discessit a. 427. — In locum ejus *Mar Jemar* (s. Maremar) subrogatus est; huic successit a. 432. *Idi b. Abin*; huic a. 452 *Nachman b. Hunna*, huic 455 *R. Acha*, qui tamen filio R. Aschi, Mar vocato, qui quum R. Nachman moreretur, non aderat, cessit. *Mar b. Aschi* collectionem Talmudicam a patre inceptam continuavit. Ei 468 Rabba Tafsah successit. — Jam vero Pheroze (Firuz) regnante (458—485) Judaei in Persia habitantes crudelissime vexati sunt; multi pro fide sua mortui sunt; multi fugerunt et ita in Indiam et Arabiam disjecti illuc legis cognitionem tulerunt. — Pheroze a. 485 mortuo Judaei Babylonici restituti, scholae apertae, principes scholarum creati sunt *Rabina* Surae, *Jose* Pumbaditae. Hi extremi doctores Amoraeorum Babylonicorum cum assessoribus et discipulis suis nihil gravius neque sanctius habebant, quam ut opus a R. Aschi LX fere annis ante susceptum perficerent, h. e. ut collectionem Halachot absolverent. Haec collectio vocatur *Talmud Babylonicum* ת' בבלי, neque quidquam ei posterioribus temporibus addi licitum erat. Sanctio Talmud Babylonici s. Gemarae incidit in annum 499, quo anno Rabina mortuus est.

Scholae denique Palaestinenses jam dudum labefactatae erant; sed etiam ibi novissimi Amoraei, ut videtur, Babylonicorum exemplum secuti traditiones ad Halachot pertinentes collegerunt. Haec collectio est *Talmud hierosolymitanum*, תלמוד ירושלמי, rectius גמרא דבני מערבה vel ת' של ארץ ישראל vocatum. Qui collegerint nescimus. (Postremi patriarchae Pal. erant R. Gamaliel V., ejus filius R. Juda IV., Gamaliel VI., post quem nullus patriarcha exstitit).

De *Saboraim* et *Gaonim*, qui posteriore tempore rebus Judaicis operam dederunt, vide suo loco.

Cf. praeterea *Fuerst* (Kultur- und Literaturgeſchichte der Juden in Aſien), *Frankel* (Hodegetica in Mishnam), *Graetz* (Geſchichte der Juden, tom. 3. 4.), *Zunz* (Gottesdienſtliche Vorträge).

Dr. Goldschmidt, Rabb. Lips.

אַמְרָא, אַמַּר *agnus, pecus, ovis.*[170] In Targum scribitur communiter sine Dagesch, et cum litera Jod, אַיְמַר, sed Esrae libri autoritas docet, esse cum Dages scribendum: כל אימר נמור omnem agnum colore varium, hebr. שה נקד Gen. 30, 32. וכל אימר שחום et omne pecus fuscum, ibid. ואימר ותור וחמר vel agnum vel bovem aut asinum, Jud. 6, 4. באמרא in pecude, Ex. 13, 13. לאימרא חדא pro agno uno, Cant. 1, 14. Plur. אַמְרִין בְּנֵי שַׁתָּא agnos anniculos, hebr. כבשים Ex. 29, 38. אמרין ארבע מאה agnos quadringentos, Esra 6, 17. ואמרין לעלן et agnos pro holocaustis, Esrae 6, 9. מן אמריא de agnis, Lev. 1, 10. לדכרי ולאמרי in arietes et in agnos, Num. 29, 18. Femin. אַמַּרְתָּא *agna*, מִן עָנָא אַמַּרְתָּא de ovibus agnam, Lev. 5, 6. ואמרתא חדא et agnam unam, Num. 6, 14. Plur. כְּבָשׂוֹת redditur in Targ. חוּרְפָּן, Ex. 21.

אמרנא idem, Rosch hasch 18 a.

אַמְרָא, אֲמָרָא *ora, fimbria*: על אמרא ולבושוהי super oram vestimentorum ejus, hebr. על פי מדותיו Ps. 133, 2. Munsterus etiam exponit *pharetram* ex Thren 3, 13. sed ibi hodie aliter legitur. Rab. חלוק לבן שאין בו אימרא indusium in quo non est fimbria. Sic R. Jona fertur dixisse, מעולם לא ראו קורות ביתי אמרי חלוקי trabes domus meae nunquam viderunt fimbrias indusii mei. Tam verecundus scil. fuit: להוציא את אומריות ad auferendum fimbrias ejus.

אֲמַר *mutare*. Sic ponit Munsterus ex Jes. 34, 4. error est: nam דַּאֲמִיר quod ibi legitur est ab אֲמַר *dicere*.

אימירא *ἡμέρα dies*: מילני אימירא dies niger, Talm. hier. ע"ז c. 1 in Gemara.

אַמְרוֹן, אִיְמְרוֹן *domesticus, cicur, mitis*. Graecum est *ἥμερος*: oppositum ejus est *ἄγριος silvestris, agrestis*. היה לו כלב אגריון ואריה אימרון fuit ipsi canis agrestis et leo cicur sive domesticus, Ber. rab. s. 77 ad finem, ubi hodie legitur נמירון et sic in Jalkut, s. וישלח. In Ar. in hac radice per א ab initio scribitur: sed in אגר per נ, נמירון, quae lectio non omnino improbanda: nam ארי נמירון potest exponi *leopardus, leopardalis*, a נמר pardus. In eodem Jalkut 99 a Antequam peccaret Adam primus, היה שומע את הקול אימירון audivit vocem domesticam, i. e. mitem ac mansuetam; quamprimum autem peccasset, audivit את הקול אגריון vocem agrestem, i. e. duram et immitem.

אַמְרְכַל[171] *praefectus, praepositus pecuniae fisci publici sacri*. R. David II. Reg. 12, 10 et 22, 4 scribit, esse הַגִּזְבָּרִים *thesaurarios, quaestores pecuniis publicis praefectos*. Talmudici inter eos distinguunt. Scribitur et sine א ab initio. Quidam volunt dici, quasi כר על הכל dominus super omnia, ut Aruch ponit, vel אומר כל edicens et praescribens omnia, ut Eliae placet. Conjectura est et allusio, non vera etymologia. Primo ejus usus legitur in Targum: vocales diversimodo adhibentur: ואמנניה אמרכל מהימן et constituam eum praefectum fidum, hebr. ותקעתיו יתד Jes. 22, 23. Sermo est illic de Eljakim, quem constituturus erat dominus principem fidum populo suo. Plur. יְהוֹיָכִין תַּמָּן כָּהֲנַיָּא אֲמַרְכְּלַיָּא et constituerunt ibi sacerdotes thesaurarios, i. e. quosdam ex Levitis, qui essent thesaurarii. praefecti pecuniis rerum sacrarum, ex quibus diruta et ruinae Templi reparabantur, et vasa sacra comparabantur II. Reg. 12, 10. דְּכַנְּשׁוּ אֲמַרְכְּלַיָּא מִן עַמָּא quam collegerant thesaurarii a populo, II Reg. 22, 4. In Hebraeo utrobique est שמרי הסף Custodes liminis. Limen synecdochice est janua et janua pro cubiculo, camera, conclavi, in quo servantur res publicae et communes. Ibi autem sermo est de conclavibus Templi sive atrii templi, in quo septem fuerunt conclavia, in quibus vestes sacerdotum et alia conservabantur. His septem fuerunt praefecti, quorum quisque habuit clavem, ita ut ad ingrediendum omnes istos convenire necesse esset. Hi septem ergo fuerunt quasi cubicularii, camerarii, curam clavium habentes. Sed fuerunt et ejusdem nominis, qui pecunias rerum sacrarum a populo colligebant et ad usus publicos servabant, aut in arcam sive aerarium sacrum inferebant, quod Jehoas ordinavit, 2. Reg. 12. בר מן אמרכליא praeter praefectos et principes, Cant. 4, 3. Habuerunt hi alios Levitas officiarios sub se: ואמרכלא דמנא על רבני לואי et praefectus constitutus super magnates Levitarum, Num. 3, 32. In Hebraeo est נשיא נשיאי principes principum. Principes dicebantur etiam primi, primates, proceres, super alios eminentes. In Jon. hic scribitur אַמַּרְכּוֹל. Sic saepius pro Hebraeo נשיא in Jonath. legitur, ut Num. 7, 11 et 13, 3 et 34, 18 etc. Ap. Talmud. אין פחתין משלשה גזברין ומשבעה אמרכלין non constituunt pauciores quam tres thesaurarios et septem camerarios: Schekalim c. V. in Mischna. Bartenora hic notat: גזברים ministri erant rerum sacrarum, praefecti exigendis pecuniis capitationis sive tributi in

---

170) אמרא syr. ܐܡܪܐ aries Zodiaci. Item arab. أمر ʒ أمر *agnus, agna*. Ad hanc vocem Bochartus (Hier. 1, 422) „Chaldaeis, inquit, quibus solemne est צ et ע permutare, *lana* est עמר et צמר. Et ab עמר fit אמר, quae licet scriptura diversa, tamen sono tam vicina erant, ut Galilaei inter loquendum confunderent, quod Talmudici testantur in tract. ערובין f. 33 b. Chaldaeum igitur *agni* nomen a *lana* ductum est, quae in matribus quidem villosior est." — Jam vero Gesenius recte monet nullam vocem a voce צמר, syr. ܨܡܪ derivatam reperiri, quae ab א incipiat; quare verisimilius videtur אמרא deductum esse ab arab. أمر (conj. I. et VI. *multum fecit*), ita ut huic voci אמרא eadem notio insit, quae similibus nominibus עשתר et צאן, quae ex *summa fecunditate* dicta sunt; עשתר enim ab עשר, *dives fuit, abundavit*, syr. et chald. עתר (similiter apud Latinos cohaerent vocabula *pecus* et *pecunia*) et צאן, ut ipse Bochartus memorat, per metathesin ab arab. ضنا et ضنى, *fecundus fuit, multam sobolem habuit*.

171) Relandus (diss. de persicis Talmudicis p. 268): „Ita appellatur, inquit, qui curam clavium habebat, cubicularius. Nomen dignitatis satis notae ex Talmude. Videtur esse persicum أمير كليد *emir calid, praefectus clavi*. Ultima littera tollitur, ut alias saepe fit, et prima א voce אמר nonnunquam ablata est quae cum أمير idem sonat." —

singula capita, item rebus per anathema devotis et aliis sacratis, quae singula in suos fiscos intulerunt. His praestituti erant septem אמרכולין camerarii, qui claves septem januarum habebant, sine quibus priores tres nihil conservare aut in loca sua referre aut inde depromere poterant. His rursus duo alii praefecti fuerunt, קתילוקין catholici, generales dicti: his praeerat vicesacerdos: huic sacerdos: huic rex. Vox אמרכל est q. d. אמר על כל, et arabice vocant magnatem אמיר. Qui fuerunt autem septem isti אמרכלין? faciebant septem claves atrii, quae erant in manibus ipsorum; volens unus aperire, non poterat id nisi praesentibus omnibus. Apertis omnibus januis, ingrediebantur post eos דַּהֲגַזְבָּרִים thesaurarii et eximebant, quae necessaria ipsis erant ad usus publicos. Haec ibi. In Talmud Hierosolymitano legitur sine Aleph, מרכול et מרכל. In Plur. מרכולין.

אֲמַרְלָאֵי *angeli sic nominati, qui ex terra Sodoma emissi fuerunt*, Schab. 67 a.

אַמְרָפֶל *Amraphel*, nomen regis Sinhar, Gen 14, 1. Tria leguntur ipsi fuisse nomina, כוש ונמרוד ואמרפל, Cusch, Nimrod et Amraphel. כוש quia fuit כושי Aethiops niger, נמרוד, quia induxit מרד rebellionem in mundum. אמרפל, quia אמירתו אפלה sermo ejus erat caliginosus, Ber. rab. s. 41.

אמת Diversa hujus formae vide supra in אמה et אמן, pro ratione significationis diversa.[172]

אֲמִירְתָא[173] *menta*. Hanc licet in sabbato digitis leviter confricare, odoris excitandi causa, Schab. 128 a ומשיך אמיתא לתוכן et trahit mentam per ista, Schab. 140 a, glossa מינמ"א vulgo. Alias etiam vocatur גיניא et מינתא et אמינתא, unde contractum, אמיתא, Oketzin c. 1.

אִירְמַתַי Vide in מתי.

אַמְתָלָא, אַמְתָלָה Vide in מתל.

אמתגמין vox mendosa, ut et אפתגמין, pro אַתְגָמִין de quo vide supra in אות. Ar. sic adducit ex Jelammedenu s. אספה לי שבעים איש Num. 11, 16. sed in nostris libris hodie non reperitur.

אַן *ubi? quo?* Interrogandi vocula: אן הבל אחוך ubi est Habel frater tuus? hebr. אי, Gen. 4, 9. אן מורניתא דמלכא ubi est hasta regis, hebr. אי, I. Sam. 22, 16. אַן אֵירָיֵל quo ibo ab indignatione tua, hebr. וָאָן et quo me a te vertam? Ps. 139, 7. ואן הוא et ubinam est? hebr. וַאַיּוֹ, Ex. 2, 20 לאן את אזיל ad ubi, i. e. ad quem locum, quo tu abis? Jud. 19, 17. ולאן אתר et quonam loci se recepit amicus tuus, Cant. 5. 17. Quo loci, ut, quo gentium fugiam, apud Plautum. Dicitur et הָאָן de quo vide suo loco. Hinc compositum est מָנָּן *unde? ex quo loco?* ומנן את אתי et unde venis, hebr. ומאין Jud. 19, 17. Est ex מִן et אָן, unde punctandum מִנָּן, non מָנָּן ut in Venetis legitur. מנן אתן unde estis, Gen. 29, 4. Talmudici manifestius etiam scribunt מֵאָן. Dicitur et מִנַּיִן *unde?* Talmudicis id familiare est, ex מן et איך, unde Hebraei dicunt מֵאַיִן. Est et aliud compositum ap. Talmud. מְנָאלָן *unde nobis*, scil. *constat? unde habemus?* pro מִן אָן לָן, hebr. מאין לנו.

אַן *si*; v. supra אין.

אנא, אֲנָה, אֲנִי *ego*: ידע אנא scio ego, Dan. 2, 8. ומשבח אנא et laudo ego, Dan. 2, 23. ואני רביית מלכי et ego unxi regem meum, Ps. 2, 6. Plur. דִּי אֲנַחְנָא פָּלְחִין quem nos colimus, Dan. 3, 16. Per aphaeresin primae literae, בְּנֵי גַבְרָא חַד נַחְנָא filii viri unius sumus nos, Gen. 42, 11. Rabbini frequenter etiam dicunt אָנוּ *nos*. אנו אומרים nos dicimus. Talmudici אָנָן nos.

In lingua hierosolymitana frequentissime aufertur א ab initio, maxime cum servilibus ab initio: ut נָא et ego, pro רְאָנָא: sic דָּנָא, דַּאֲנָא. In plurali נָן pro אָנָן *nos*: ut מה נן קיימין quid nos stabilimus? de quonam agimus vel disceptamus? Sic cum servili: דָּנָן quod nos pro דַּאֲנָן, ut כן מה דנן חמין ההן פולא מצרייא quando nos videmus fabam illam Aegyptiacam, Tal. hier. Schab. c. 5 ab initio.

אנא, אֲנָא *is, ille, ipse*: ואינא דשני מולמיא is autem qui odit oppressiones, Prov. 28, 16. וברכתא תחוי לאינא et benedictio erit illi, Prov, 11, 26. Plur. דִּי מַלְכַיָּא אֲנִנּוּן regum istorum, Dan. 2, 44. אנון גרמו להן כל דא ipsi fuerunt sibi ipsis causa totius hujus rei, Eccl. 10, 8. מָה אֲנִנּוּן אִלֵּין quid ista illa, quid sunt illa, Zach. 4, 5. דְּאִנִּנָּה quae ipsa, quae sunt, Zach. 6, 5. In Talmud

---

Extitit nuperrime vir doctus, qui aliam de Amrakel sententiam magis argutam quam veram proposuit. Putat enim hanc vocem metathesi facta et litera ב in מ mutata ortam esse ex voc. *ἀλαβάρχης*; hanc vero eandem esse quam אברך, quae vox legitur in Josephi historia, Gen. 41, 43. et ab isto habetur pro honorifica Josephi exaltati appellatione. Neglexit autem vir ille doctus, honorificam appellationem subsequi v. 45 צפנת מענח, quae a LXX. rectissime scribitur *Ψονθομφανηχ*; Aegyptiaca enim est *P. ΣΩNT. P. ΩNEX.* (= servator vitae). Porro non satis respexit etiam אברך necessario vocem Aegyptiacam esse. Est autem, ut satis notum est, *A* nota imperat., *K* nota II. pers., *BOR* significat *se projicere*. Unde apparet huic voci nihil commune esse posse cum dignitatis nomine *Ἀλαβάρχης* vel Amrakel.

172) Hoc loco notandum est, recentiores lexicographos vocabulum אמת (באמת), quod saepissime in Misna legitur, habere pro gr. *ὅμως*, *nihilominus*, *tamen*, *atqui*, qua particula enuntiatio adversativa introducitur. Ita באמת revera in Misna adhibetur, (cf. Schab. 11a. B. metzia 60a. Kilaim c. 2 saepius.) Jam vero praepositio ב, quae omnibus locis ejus generis cum voce אמת conjuncta est, docet אמת rectius pro nomine haberi. Neque ullo loco באמת aliud quid significat quam *exceptionem* (quae semper per באמת notatur) non posteriore tempore mutatis rebus ortam esse, non seram legis (הלכה, quae אמת cognominatur) mutationem esse, sed istam exceptionem in ipsa lege probatam itaque non minus אמת (veritatem) esse quam ipsam legem. Hac de re etiam Talmudici dicunt כל באמת הלכה הוא, q. e. „ubicunque in Misna באמת reperitur, significat exceptionem ipsa lege (הלכה) contineri;“ lex igitur non posteriore tempore mutata est, sed simulatque data est, exceptionem proposuit et probavit. Vides igitur etiam hoc sensu nullam aliam vocem esse quam אמת, de qua in אמן sermo est.

173) Haec vox orta videtur ex gr. *μίνθη* vel lat. menta.

hier. ex proprietate illius dialecti, hic quoque cum servilibus eliditur א: ut דינהך מָרִין quia illi dicunt, pro דאינן אמרין, Talm. hier. Biccur. c. II in fine: דינן יכלין למימר quia ipsi possunt dicere, Schab. 4a. Sic וינן et illi, pro ואינן. Assumit et articulum ab initio, האנן ut alia quaedam pronomina, דְּהָאִלֵּין et alia. והוה ביומיא האנון fuitque in diebus istis, Ex. 2, 11. Cum aspiratione ה ab initio, הנון הוון isti fuerunt inter rebelles legis, Job. 24, 13. הנן מרגליין דאשלמותא istae sunt margaritae impletionis, Ex. 25, 7 in Jon. Plur. femin. אִנֵּין vel דְּהִנֵּין, ut ארי חכימן אינין nam prudentes, astutae sunt ipsae, Ex. 1, 19. וחכימן בדעתהן הינין et astutae sunt in animo suo ipsae, Ex. 1, 19 in Jon. הינין תלין עיניהן ipsae suspendunt oculos suos in preces; ומיד הינין מתענין statim ipsae exaudiuntur, ibid. In Targum hier. ibi est אנן, quasi illud Hierosolymitanis fuerit generis communis. Sic אנן et הנן illae, Gen. 6, 2.

אִנְבָּא vide supra in אבב, pro fructu.

אִינְבָּא *lens lendis, excrementa vel ova pediculorum unde pediculi alii nascuntur*: אנבא מתה ברישא ביניתא lens mortua in summitate capilli, Nazir 31a. מתחזי אינבא visus fuit istar lendis, Taanis 22b.

אַנְבָּג *quartarius, poculum quartale mensurae communis*, B. basra 58b. לישתי מר אנבג bibat dominus quartale vini asparagini, Kidd. 70a. Dicebatur et אנפק.

אנבול Sic adducitur in Ar: in Gemara legitur ענבל.

אַנְבּוּרְקָאוֹת *sarcinae:* אנבורקראות של כלים על כתפיהם sarcinae vestium erant in humeris ipsorum, Talm. B. kama 114b. glossa חבילות. In quibusdam libris legitur אמבורקלין vel etiam אנברקלאות. Ar. vult esse originis Graecae.

אִנְבָּטָאוֹת *cumuli, acervi.* Sic ponunt Munsterus et Guido. In Schemoth rab. s. 12 legitur: ירד הבורד והיה עשוי אנבטאות descendit grando et factus fuit cumuli. Glossator scribit, se ex Jalkut didicisse, esse idem quod כותל, גדר *maceria, paries.* Nam grando instar parietis circumdederat castra Israëlitarum, ut nec ipsi exire, nec hostes accedere possent.

אִינְגַּד אנג *parum*, Talm. כמה מרחיקנא מדוכתא סלק אמר ליה אינגר quantum absum a loco isto? dixit ipsi, parum: glossa מעט, Gittin 58a.[174a]

אַנְגֶלָא *angelus.* Graecum est ἄγγελος, unde angelus, Engel. Plurale in Targ. saepius legitur. Absoluta forma esset אַנְגְּלִין. Emph. תְּרֵין אַלְפִין דְּאַנְגְּלַיָּא duo millia angelorum, Ps. 68, 18. Elias legit דאנגלי מרומא angelorum excelsi. Const. וְיַתְּנוּן אַנְגְּלֵי מְרוֹמָא et annunciabunt angeli excelsorum coelorum justitiam ejus, hebr. וְיַגִּידוּ שָׁמַיִם Ps. 50, 5. Sic Ps. 97, 6 et 148, 1. ואנגלי מרומא et angeli coelestes excelsi non sunt mundi coram ipso, hebr. ושמים, Job. 15, 15. ואנגלי מרומא inter angelos coelestes, Ps. 86, 8. לאנגלי מרומא angelos coelestes, Ps. 50, 4.

אַנְגְּלִין Vide infra in אנל.

אַנְיָגְרָא[174] *monetae parvae species, quae pro majori commutabatur*: Talm. בדינר אנקא ואניגרא pro denariis anka et anigra, B. metzia 46b.

אַנְיָגְרוֹן[175] *cibi vel decocti genus cum herbis et vino aquae immixto*: אניגרון ואכסיגרון. Frequens hoc apud Talm. לול שמן אנגרון אגרדמן Pesach. 112a; glossa, לחש הוא est incantatio. Alibi, אניגרון ואבנגר ותירייקי Schab. 109b. ubi secundum אבנגר significat *colocynthidas*, quam significationem Munsterus male attribuit voci אניגרון. Tertia vox est *theriaca.*

אַנְגַרְיָא, אַנְגָרְיָא *angaria, adactio, coactio ad currendum, ferendum onus, aut faciendum opus publicum principis aut magistratus.* Tale opus facientes dicuntur Graecis ἄγγαροι *angari*: et ἀγγαρεύω *adigo, cogo ad ministerium angarorum praestandum.* Id Hebraei dicunt עשות אנגריא *facere, praestare angariam*; et cum intercedente praepositione, עשה בו אנגריא fecit in vel cum eo angariam, i. e. ejus ministerio vel opere ad angariam usus fuit. De graeco ἄγγαρος vide appendicem Henrici Stephani in Thesaurum suum linguae graecae. Inde ἀγγαρεία officii servilis publici praestatio, quod fere inviti et coacti faciunt, qui faciunt. Nomen ἄγγαρος dicuntur Graeci, Suida teste, a Persis accepisse, unde postea alias efformarunt. A Graecis Hebraei a tempore Christi mutuarunt nomen אַנְגַרְיָא, cujus frequens apud Talmudicos et communes Rabbinos usus est, qui ex sequentibus patebit. Legitur de quodam R. Eliesare, cui cum magnae divitiae a patre relictae essent, tamen accepto vasculo farinae mundae in humeros suos, longe lateque peregrinatus est ad scholas varias, ut legem disceret, i. e. studium verbi divini prosequeretur: מעם אחת מצאוהו עבדיו ועשו בו אנגריא quadam vice inciderunt in ipsum (in itinere) servi ipsius (non agnoscentes scil. ipsum) feceruntque cum ipso angariam, i. e. adegerunt ad opus diurnum principis praestandum. Glossa: אנגריאה i. e. עבודת שר העיר opus principis urbis, Joma 35b. Item שנעשית אנגריא aut qui factus fuerit angaria: B. metzia 78a in Mischna. Sermo est de asino ad iter simpliciter conducto et factus fuerit angaria, i. e. eo ad opus servile publicum usus fuerit conductor, tunc tenetur abusum domino suo compensare. Distinguit ibi Gemara בין אנגריא חוזרת inter angariam redeuntem, i. e. ordinariam, quae saepe solet

---

174a) V. notam p. 42.

174) Haec vox derivanda videtur a נגר „fluere factus, fusus, effusus, ad fluendum compulsus est." (Similis locutio apud Germ.: ein Kapital flüſſig machen). Omnino radici נגר inesse videtur notio dissecandi, in particulas dissolvendi (ita Graeci ejus modi numulos *κερμάτια* a verbo *κείρειν*, nos Scheidemünze vocamus). Hac de re in Talm. et Targ. נַגָּר de eo, qui opus aliquod in particulos dissolvere potest, i. e. *artifex, opifex*, vel de eo, qui quaestionem aliquam accuratissime, in minimas particulas dissecat et explicat (ut Graeci *λύειν*, Latini *solvere*, nos *lösen*), i. e. de *viro docto*. Cf. Aboda s. 50, 6. ליה נגר בר נגר דיפרקיניה, ubi de tali artifice verbum פרק adhibetur, quod ex nostra sententia verbo נגר similem notionem praebet.

175) Videtur esse gr. *οἰνόγαρον*, h. e. puls quaedam (*γάρον*), ad quam conficiendam vinum adhibebatur. V. quae de simili voce *ὀξύγαρον* scripsimus.

praestari, מפני מה נענש אברהם אבינו ונשתעבדו בניו למצרים ר"י שנים מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנאמר וירק את חניכיו ילידי ביתו i. e. Quare punitus fuit Abraham pater noster, ut in servitutem redacti fuerint liberi ejus in Aegypto ducentos decem annos? Propterea quod exercuit angariam cum discipulis sapientum, sicut dictum est:, et armavit tyrones suos, natos domi suae, Gen. 14, 14. Nedar. f. 32a. Per Tyrones intelligunt institutos et imbutos a se in lege domini, quibus serviliter abusus fuit ad militiam. Item: מפני מה נענש אסא מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנ' והמלך אסא השמיע וגו' quamobrem punitus fuit Asa? propterea quod fecit angariam cum discipulis sapientum. sicut dictum est: et promulgavit rex Asa in toto Jehuda etc. 1. Reg. 15, 22. Glossa, אנגריא i. e. עבודת המלך opus regis: Sota 10a. R. David in Comm. 1. Reg. 15, 22. אין נקיא שעשה אנגריא לתלמידי חכמים ומפני זה נענש וחלה וכו' nemo erat immunis. Fecit enim angariam omnibus sapientibus et propterea punitus fuit rex Asa et aegrotavit ex pedibus suis, eo quod ad serviles operas hasce abusus fuerit discipulis sapientum. Item: דוד אביך פרץ פרצות בחומה כדי שיעלו ישראל לרגל ואתה גדרת אותם כדי לעשות אנגריא לבת פרעה David pater tuus rupit rupturas in muro, ut ascenderent Israëlitae ad festum magnum: tu vero (rex Salomon) obsepivisti eas, ad faciendum angariam filiae Pharaonis, Sanh. 101b. David fecerat rupturas in muro, i. e. complures aditus fecit populo, ut magno numero commodius possent intrare urbem et ad tria magna festa, juxta legem, in templo comparere: tu vero rex Salomon, obstruis istos aditus, ne populus accedat, abuterisque filia Pharaonis quasi ad servile opus, ut sedeat in porta et omnes transeuntes ei honorem exhibeant, operas suas offerant et tributum singuli pendant. Hinc quidam אנגריא hoc loco explicarunt *tributum*, et sic Gerson in sua versione germanica. His possunt illustrari loca Evangelistarum, ubi verbo hoc utuntur: ut Matth. 5, 41. Quisquis te ἀγγαρεύσει ad miliare unum etc. Matth. 27, 32. Hunc ἠγγάρευσαν angariaverunt ut portaret crucem. Marc. 15, 21. Praeterea ἀγγαρεύουσι angariaverunt praetereuntem.

בְּאַנְגָרָא *coacte, invitus*: לא עשה את המצות באנגריא non fecit praecepta coacte, vel invitus, אלא בשמחה sed hilariter et lubens: Item לא עשה באנגריא אלא מיד non fecit coacte, sed subito, Medr. Till. Ps. 112.

אנגרוטינא *species tributi, idem quod* הֲלָךְ: In Ber. rab. s. 64. In textu scribitur אבגרוטינה, quod corruptius. In glossa priori modo. In Jalkut 33a אנגרוטונא.

אַנְגַרְבָּטִיס *bajulus, gerulus*. Videtur esse Graecum ἀγγαρευτής. Adducit B. Ar. ex Pesikta.

אנגרמוס *praefectus mensuris*, glossa ממונה על תיקון המדות ויש בידו להלקות ולהעניש מעוותי חמידות qui praefectus est inspectioni mensurarum et potestatem habet puniendi falsantes eas, *Μετρονόμος*. Talm. hier. B. bathra f. 15a. b c. V.

אַנְדּוּכְתָרִין אנד *folia, tabulae, lintea aut similes res, in quibus scriptura pingi, aut penicillis figurari potest*: אבל לא בכתב שעל גבי כיפא ואנדוכתרי sed non cum scriptura, quae sit in saxo aut peplo muliebri, Talm. Gitt. 20a. Sermo de libello repudii, qui tali modo aut forma confici non debet. Hinc Munsterus *penicillum* interpretatus est.

אַנְדְּסִקִין *notarii caesarii*: vide דסק.

אַנְדְּרִיפָּא[176], אַנְדְּרִיפִּי *frons: tempora, latera capitis ab utraque frontis parte*: Talm. המוציא סיד כדי לסוד אנדריפו afferens calcem, ad illinendum eam temporibus, ad inungendum tempora, ut scil. pili defluant, Schab. 78 in Misna. In Gemara postea subjicitur: מאי אנדריפא אפותא quid est andipha? frons, f. 80b. *Significat tempora inferiora*, (quam partem alias vocant בֵּית צְדָעָא) ubi minutiores pili prodeunt, quos solent puellae linimento erodere. Hoc in sabbatho facere, prohibitum est. Hinc Munsterus explicavit: Ornamentum quod adhibetur temporibus faciei.

אנריקום Vide supra in אנר, in אנריקום.

אנדיתיקום Vide in ordine אנת.

אַנְדְּרוֹגִינוֹס *androgynus*, *ἀνδρόγυνος*, q. d. *mas-mulier, marifemina, mas pariter et femina, utriusque sexus signum habens, Hermaphroditus*. De horum juribus multa passim in Talmud traduntur et summatim in fine Seder Serahim. De Adamo primo scribunt: בשעה שברא הקב"ה את האדם הראשון אנדרוגינוס בראו חה"ד זכר ונקבה בראם i. e. qua hora creavit Deus benedictus Adamum primum, androgynum creavit ipsum, sicut dictum est: „Marem et feminam creavit eos," Gen. 1, 27. Ber. rab. s. 8 in princ.: Vaj. rab. s. 14 in princ. תיבה אנדרוגינוס „dictio androgynos, quae est masculinae et femininae formae," I. Sam. 6, 12 in R. Salom. Vide et clavem nostram Masorethicam.

אַנְדְּרְטָא, אַנְדְּרְטָא *statua, simulacrum virile*. Dicunt et אַנְדְּרְטָן forma singulari: נתנין לאנדרטא incurvant se statuae. Esth. 3, 2. וחוה נחין לאנדרטא fuitque procumbens coram statua, ibid. ולאנדרטא די הקים et coram statua quam erexit, non procubuit, v. 4. Plural. אָרִים אֵין מָרְדְּכַי נָחִין לָאַנְדְּרַטָּיָא quod Mardochaeus non procumberet coram statuis, v. 5. Melius legitur singulariter לָאַנְדְּרָטָא, ut in praecedentibus. Apud Rabb. frequens ejus usus est: et ex altera forma. אמר המלך אנדרטין אני עושה אותה dixit rex: statuam ego facturus ex eo, Ber. rab. s. 8. Postellus hic reddit *ἀνδρώτιον*, h. e. statiunculam humanam.

אַנְדְּרִיאַנְטוֹס *idem*. In Schem. rab. s. 51. „Similis est haec res homini, qui odio prosequebatur regem et quaerebat dominari super ipsum: sed non poterat. Quid fecit? הלך אצל אנדריאנטוס להשילו ivit ad statuam regis et voluit dejicere eam, sed timebat ne occideretur a rege. Quid ergo fecit? Accepit stylum ferreum et suffodit parietem, dicens, מתוך שאני מפיל את הכסים אנדריאנטוס נופל dum ego corruo fundamentum, concidet quoque statua vel effigies (super illud scil. posita). Hoc idem est cum אדריאנטוס, de quo supra. In Schem.

176) Videtur ortum esse ex gr. *ἀντωπός*; *τὰ ἀντωπὰ* enim sunt pars antica faciei, (frons).

rab. s. 27. Simile hoc est avi, qui fugit ab aucupe, ונפל לתוך ידו של אנדראנמיס et incidit in manum statuae. Id videns auceps, incepit ei illudere, et dicere: quam egregia est fuga, quam arripuisti? Guido hic exponit *falconerius*. Glossa איקונין של מלך statua, simulacarum regis. Est ex Graeco *ἀνδριάς, ἀνδριάντος* unde *ἀνδριάντα χρυσοῦν ἔκτισεν* statuam auream erexit.

אַנְדְרִיאָנוּס *Adrianus*. Tanchuma in Gen. 6, 1. Idem quod אדריאנוס.[177] Sic dicitur אַנְדְרוֹנָא et אַדְרוֹנָא.

אַנְדְרַלּוֹמוֹסִיאָה *pestis, pestilentia*. Corruptum graecum est ex *ἀνδρὸς* et *λοιμὸς*. Apud Rabbinos, בכל מקום שאתה מוצא זנות אנדרלומוסיאה באה והורג הטובים והרעים in quocunque loco invenis scortationem, ibi pestis venit et occidit bonos et malos, Ber. rab. s. 26. Rab Salom Gen. 6, 13.

אַנְדְרוֹנָא[178] *coenaculum, conclave, camera*, idem quod אדרונא de quo supra: כאינדרונא מעליתא sicut camera superior, Menach. 33 b. Graece *ἀνδρὼν* andron, conclave virorum.

אַנְדְרָפְּטָא *avis nomen*, Talm. Pro ט etiam est ת, ut saepe hae literae commutantur. Scribitur אנדריפסא, quod docet esse cum Chirek in medio, non Pathach, ut Munsterus notavit. Duplicis generis fuit, שבור אנדריפסא quae ad esum licita: פירוז אנדרפסא quae vetita fuit: Cholin 62 b.

אַנְדְרוֹפִיקוֹס *hydropicus*. In Jalkut in Jobum, in illud: „et appendit aquas in mensura", Job. 28, 25. Homo constat ex dimidia aqua et dimidio sanguine. Quamdiu juste vivit, non plus est aquae in homine, quam sanguinis. Quando peccat, tunc vel aqua exuberat, ונעשה אנדרופיקוס et fit hydropicus, vel sanguis superat aquam, ונעשה מצורע et fit leprosus, quomodo dicitur אדם quasi אודם.

אֲנָה אֲנָה *ego:* vide supra in אנא.

אָנָּה *ubi*. Apud logicos, *Praedicamentum ubi*, ut in More et alibi.

אָנָּה *decipere, defraudare:* נִתְאַנֶּה *decipi, defraudari*, Talm. et Rabb. בין שנתאנה שוכר בין שנתאנה משכיר sive deceptus sit conductor, sive deceptus sit locator: המתאנה יכול לתחזיר תחתן ולא יקנה כלל deceptus (a venditore) potest restituere rem emptam et non emerit quicquam, i. e. et emptio habetur pro nulla re, ac si plane non emisset.

אִנּוּי *deceptio, defraudatio, maxime in emendo*

---

177) Adrianus. Nisi tempus, quo hic imperator vixit, recte perspexerimus, plures locos in Talmud et Midr. intellegere non poterimus; quare necesse videtur de eo pauca exponantur. Hadrianus qui Trajano (טוריינוס q. v.) successit a. 117 p. Chr., a. 47 post Hierosolyma a Tito diruta, ab initio Judaeis favere videbatur; quid? quod R. Josua b. Chananja, archisynagogus (אוכלוסמקים) et Pappus et Lulianus fratres Trajano imperante capitis damnati sed a morte liberati (Tanith 18 b) templum Hierosolymitanum restituere coeperunt (Ber. rab. 64). Mox vero, mutato imperatoris animo opus inceptum turbatum est, id quod Judaeorum animos vehementissime offendit. In planitie Bet (s. Hadad) — Rimmon (הדד רמון בבקעת מגידון, quae et בקעת ידים, (Elia rabba 30) propter duo flumina diversa [ידים] vocabatur, quae sec. Hieron. in Zach. 12, 16 posteriore tempore Maxianopolis dicta est; v. רמון) populus congregatus paene tumultum fecisset, nisi R. Josua b. Chananja, vir mitissimus animos placasset. Seditio vero per R Akibam, qui R. Josuam secutus est, ejusque sectatores (ad numerum XII. vel ut alii dicunt XXIV. mill.) commota duce Bar Kochba (proprie ב' כוזיבה q. v., a patria Kosiba dicto) exarduit, postquam conjuratorum numerus 400,000 (Dio Cassius narrat 580,000) factus est. Incepit seditio in oppido Tur Malka, טור מלכה (a Maccabaeis in monte Ephraim condito), quum Tinnius Rufus (a Rabb. טורנוס רופוס „Tyrannus Rufus" appellatus) in Palaestina esset, sec. Chron. Euseb. a. XVI. imperatoris Hadriani = 132 p. Chr. Per tres annos et sex menses Judaei seditiosi secundo Marte pugnabant (Medr. Thren., Hieron. ad Dan. 9); a. 136 finitum est bellum Betar oppido capto, postquam Hadrianus Julium Severum, qui antea Brittaniae praefuerat, in Palaestinam misit. Quomodo B. Kochba mortuus sit nescimus (alii narrant a Romanis eum interfectum, alii a serpente ictum esse). R. Akiba ejusque sectatores a Romanis occisi sunt. Praeter eos qui vel fame vel igni interierunt, Dio Cassius narrat plus 500,000 hoc bello interfectos esse; et Romani paene totidem milites amiserunt. — Illo tempore Judaei libertatem politicam prorsus perdiderunt et metropolis ipsorum, Hierosolyma mutato nomine (Aelia Capitolina appellata sunt) Jovi Capitolino consecrata et a Phoenicibus Syrisque colonis habitata sunt. Sed et religio Judaeorum delenda videbatur, ut haec gens plane exstingueretur. Hac de re Hadrianus Judaeos circumcidi, Sabbata celebrari, legem recitari, alia id genus fieri vetuit sub mortis poena; ne mortuos quidem humari licitum erat; atque hoc videtur causa fuisse libri apocryphi *Tobit* conscribendi, quem hebraice (h. e. ea dialectu, quae Rabbinis in usu erat) scriptum esse eo consilio ut Judaeos ad sepeliendos mortuos neglecta etiam vitae cura cohortaretur, nonnulli viri docti obtinent. Etiam liber *Judit* (מגלת שושן) hoc tempore scriptus esse videtur, qui Judaeos ad seditionem concitaret. Dubitari nequit, quin *Aquila* (v. עקילוס), discipulus R. Akibae (ut multi libri Rabb. et Hieron. in Jes. 3, 14 probant) eo tempore Scr. S. in linguam graecam transtulerit.

178) Vide annot. ad אדרון.

*) אנטיגונוס, Antigonos Sochaeus (h. e. Sokho ortus) successor Simonis Justi (Mass. Aboth. 1, 3). Sententiam ejus primariam vide l. l.; magister erat Zadoki et Boethusi (v. Avoth R. Nathan 5), a quibus Sadducaei et Boethusaei originem duxerunt.

*) אנהדי v. in נהר et אנהרותא.

*) אנמובין vel אינמובין Buxt. in Spicilegio hanc vocem addidit scribens: „species herbae amarae, lactucae, Talm. hier. Kilaim c. 1. אנמוכין autem corruptum puto pro אנמובין cum ב et esse latinum *intubus* v. *intubum*. Nam sic explicatur vox nota חזורת."

et vendendo: ומחזיר אונאה et reddit (emptor) deceptionem, i. e. rem qua deceptus fuit: vel venditor reddit tantum pretii, quanto defraudatus fuit emptor: יש לו אונאה habet defraudationem, potest jus defraudationis praetendere, et retractare vel rescindere contractum: אונאה אין להם defraudationis jus non habent: cassationem emptionis bene habent, i. e. non possunt praetendere se defraudatos esse, possunt tamen rescindere contractum: לעולם יהי אדם זהיר באונאת אשתו שמתוך שרמעתה semper sit homo cautus de fraude uxoris suae: quando enim lacrymae ejus prodeunt, tunc fraus ejus proxima est, B. metzia 59a. שלשה אין הפרגוד נגעל בפניהם אונאה וגזל וע"א tria sunt ante quae non clauditur cortina (i. e. quae obducta cortina celari non possunt coram Deo) nempe „defraudatio, rapina et idolatria", ibid. Ad ea nunquam convivet Deus, sed perpetuo istorum ultor existit. Raf Chasda dixit: כל השערים נעלים חוץ משער אונאה omnes portae claudi possunt (coram Deo) excepta porta defraudationis, ibid. Deus convivere potest ad omnia peccata, sed defraudatio nunquam celari potest, semper in conspectu Dei exposita est, ut eam puniat. Talibus prisci voluerunt dehortari suos ab hoc vitio.

אונְיָיתָא, אונְיָירוּת *Idem.* De his vide quoque in יגה.

אִנְדְּהוּ *ille, ipse et* pluraliter, *illi, ipsi*: אִנְדְּהוּ אַטְעֵיהוּ ipsum seduxerunt, Eccl. 7, 30. In Targ. rarum est, sed Talmudicis frequentissimum: אמר אנהו נמי dixit ipse quoque. אנהו לא חזו illi non viderunt. שקלי אינהו עפרא accipiebant ipsi terram. Plur. femin. אִנְדְּהֵי pro אִנְדְּהֵין. Pro eodem dicunt et נִנְהֵי pro נִנְהֵין, per usitatam apocopam. Videtur autem אינהו esse compositum ex אי et הוא, ut Nun sit epentheticum. Vide et supra in איה.

אנח אִתְאֲנַח *gemere, ingemiscere, suspirare.* Praeter. אִתְאֲנַחוּ כל חֲדֵי לִבָּא ingemiscant omnes, qui fuerunt laeto animo, Jes. 24, 7. Contracte וְאִתַּאֲנַחוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל et ingemuerunt filii Israël, pro וְאִתְאֲנַחוּ, ut habet Jon., Ex. 3, 23. Partic. עַל מָה אַתְּ מְתַאֲנַח quare tu ingemiscis, Ezech. 21, 7. דַּהֲווֹ מְתַאֲנְחִין qui fuerunt gementes, Jes. 21, 2. Fem. בְּרַם דִּיא מְתַאֲנָחָא idcirco ipsa gemit, Thren. 1, 8. Imper. וְאַתְּ בַּר אָדָם תְּאַנַּח tu autem fili hominis, ingemisce, Ez. 21, 6. Fut. תְּתַאֲנַח בְּעֵינֵיהוֹן gemes in conspectu ipsorum, Ez. 21, 6. נתאנח עמא gemit populus, Prov. 29, 2 cum litera נ formativa, more Syro.

אֲנָחָא *gemitus, suspirium:* Plur. אֲרוּם סְגִיאוּ אֲנָחָתַי propterea multa sunt suspiria mea, Thren. 1, 22.

תִּנְחָתָא *idem.* Absoluta forma feminina fuit תִּינָחָא quod potuit magis regulariter esse תִּירָנָחָא; literis א et י commutatis, ut communiter in hac forma. Inde forma emphatica תִּירַנְחָתָא unde factum תִּנְחָתָא per faciliorem pronunciationem: דָּרָנָא וְתִירַנְחָתָא moeror et gemitus, Jes. 35, 10. Sic Jes. 51, 11. Ez. 2, 10. מן קל תנחתי prae voce gemitus mei, Ps. 102, 6. תינחתי תעל gemitus meus accedit, Job. 3, 24. ותינחתי et gemitus meus a te non est absconditus, Ps. 38, 10. אשתלהת בתינחתי defessus sum in gemitu meo, Ps. 6, 7. לאיתי בתינחתי idem Jerem. 45, 3.

זִנְחָתָא *idem:* על תונחתי propter gemitum meum, Job. 23, 2.

אֲנַחְנָא *nos*: vide supra in אנא.

אַנְחוּתָא Vide in נחת.

אנט אַנְטִירְגָּפָא *exemplar, scriptura descripta, copia literarum: chirographum.* A Graeco *ἀντίγραφή* vel *ἀντίγραφον*. Munsterus interpretatur „scripturam scriptam calamo Gripheo." Error. Item scribit idem, „Contradictio". Non sic, sed *rescriptio, contrascriptio, descriptio.* In Ar. est „scriptura descripta calamo, qui vulgo vocatur גרפיא." Vox est Gallica, *greffe* calamus, unde *greffier* scriba, non Gryphus avis. הב לי אנטיגרפא da mihi scripturam, chirographum, Ber. rab. s. 67. דין אנטיגרפא הן haec est scriptura, hoc chirographum tuum, ibid. In Aruch legitur אנטיגרסין quod puto legendum אנטיגרפון.

אַנְטִידִיקוֹס *ἀντίδικος adversarius, actor, accusator.* Scribitur et אנטידיכוס corrupte. In Ber. rab. sect. 82. Quando Deus judicat populos mundi, sedens judicat, et accurate considerat judicium, ac producit judicium, ואחר כך הוא נעשה אנטידיקוס כנגדן et postea fit adversarius vel actor contra eos. In Deut. rab. s. שופטים (non sunt hic sectiones numeris distinctae): audivi, quod si judex velit jubere, להושיב האנטידיקוס ut sedeat adversarius, יושיב jubet sedere. In Medr. Esth. c. 1, 12. corrupte legitur אנדיתיקוס ut: אפילו אנדיתיקוס של בית אבא לא נידונו ערומים etiam adversarii domus patris mei, non judicantur nudi.

אנטיטיה. Vide mox in אנטיוכיא.

אַנְטִיכְיָא,[179] אַנְטִיכְרָא *Antiochia:* מעלך לאנטוכיא dum ascendis vel is Antiochiam, Num. 13, 22 in Jonath., pro hebr. חֲמָת. Sic ויתּ אנטוכיא et Antiochiam, Gen. 10. 18 in Targ. hier. pro hebr. ואת החמתי. Ap. Talm. עבדי מכרתיהו לפלוני אנטוכי לא יצא לאנטוכי שבאנטוכיא יצא servum meum vendidi Simoni Antiocheno, non valet: Simoni Antiocheno qui Antiochiae habitat, valet, Gitt. f. 44b.

אַנְטוֹכִי *Antiochenus*, qui natus est Antiochiae et potest alibi habitare.

אַנְטִיוֹכוֹס[180] *Antiochus,* אנטיוכוס הרשע Antiochus impius. Sic vocant eum qui Graecis Antiochus *ἐπιφανής* illustris.

---

179) Antiochia non est Hamat; haec enim urbs posteriore tempore Epiphania, nunc Hama vocatur. V. suo loco. Jonathan vero pro hebr. חמת scribit א, quia Antiochia (*Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνης* s. ad Orontem) a Seleuco Nicatore condita maxima Syriae urbs erat, ut antea Hamat. (V. quae scripsimus ad אלכסנדריא).

180) Antiochus Epiphanes etiam קיסר *Caesar* appellatus. V. Gitt. 57b. Echa rabb. 67d. 68a. ubi historia matris et septem filiorum ex II. Macc. satis nota refertur. Fortassis M. Taanit 4, 6. Antiochus dictus est אפוסטמום (Ewald, Gesch. d. V. Israel, tom. 4 p. 381 ed. III.)

*) Buxt. in spicil. addit אַנְטִיכְרִיסִיס *ἀντίχρησις*, Graece *mutuus usus.* In Talm. hier. B. metzia c. 5. הרא אנמיכריסים רבית הוא haec *ἀντίχρησις* species usurae est. Antichresis apud Jureconsultos est, quando creditori debitor

אַנְטִיכִי *lebes ex aere*: אנטיכי אפעמ"י שגרושה לא שותין ממנה lebes etsi extersus sit, non tamen bibunt ex eo, sc. in sabbatho, Schab. c. 3 in Mischna. Munsterus scribit אנטיבי prave.

אַנְטָל *quartarius, mensurae nomen*: איזהו אנטל זו רביעית תורה quid est antal? quartarius legis, Tal. B bas. f. 58b. Originis graecae esse videtur: nam *ἀντλέω, ἐξαντλέω* haurio, exhaurio: *ἄντλημα* haustorium, vas hauriendi. In glossa scribitur אונטל.

אַנְטְלִיָא *ἀντλία, situla, haustrum, antlia*, ut apud Martialem, „Curta laboratas antlia tollit aquas." Alibi est „Gutturnium, unde lavantur manus" et sic possit esse a נטל lavare manus. Utrumque hoc legitur in Comment. R. Sal. in Machschirin c. 6. עלמא מדמי לגלגלא דאנטליא דמילי מתרוקן ודמרוקן מתמלא mundus hic similis est rotae situlārum (h. e. multas situlas vel haustra multa habenti:), quod plenum est evacuatur (dum sc. rota circumagitur) et quod vacuum est, impletur, Vaj. rab. s. 34. Sic in hoc mundo unus ascendit, alter descendit, qui nunc in honore versatur, mox deturbatur, qui hodie dives est, cras fit pauper et contra. Plur. אנטלין *haustra*.

אַנְטָלַר *praefectus, praepositus, curator, procurator*. In Talmud hier. lib. Sanh. c 2. ואנטלר בשבועה et curator per juramentum? glossa אפיטרופוס. Graecis *ἐντέλλω* faciendum injungo, mando, praecipio. *ἐντελεῖς* i. e. *οἱ ἄρχοντες*.

אַנְטִימִיסִין *dignitas, honor, honoratio; ἀντιτιμάω vicissim honoro. ἀντιτίμησις mutua honoratio vel aestimatio. Τίμησις* honor, honoris delatio.

אנטיניא. In Talm. hier. M. Katon c. 3. מהו בלנרי נשים quid sunt balneateria mulierum? Rabbini Caesarienses dixerunt אנטיניא.[181] Glossa non explicat. Ibidem in Kilaim c. ultimo legitur pro eo אנטימיה.

אַנְטוֹנִינוֹס *Antoninus*,[182] imperator Romanus sic dictus.

אוֹנְטוֹס *sic, ita, ad hunc modum, vere, omnino*. Aruch scribit אנטוס sine Vav. In Vaj. rab. s. 33 in illud דַּהֲצְנָא שַׁדְרַךְ omnino, vere Sedrach Meschach et Abednego etc. Dan. 3, 14. מהו הצדא אונטוס quid est הצדא? Rabbi Abba dixit, אונטוס. Graecum est *ὄντως vere, revera*. Sic et Aben Esra exponit הצדא, i. e. האמת הוא ככא *vere* ita se res habet. Munsterus omisit.

אַנְטִיפַטְרוֹס[183] *Antipatris, Ἀντιπατρίς*; nomen urbis in Palaestina, ab Antipatro, Herodis patre, nomen sortita. Unde in N. T. milites dicuntur Apostolum Paulum duxisse *ἀντιπατρίδα*, Antipatridem, Actor. 23, 31.

אַנְטִיפָטֵר *Antipater*, cujus nominis plures fuerunt Dicunt etiam אַנְטִיפַטְרֹס pro eodem.

אַנְטִיפָטְרִי *Antipatriensis*. Fem. נתר אלכסנדרית ולא אנטיפטרית nitrum Alexandrinum et non nitrum Antipatriense, Tal. Nidda 62a. Pro eo prave legitur אבטכורין in Schab. 90a transpositis literis ס et ט.

אַנְטִיפָרִיס *Antipatris*, urbis ejusdem nomen, ut ante: מעכו עד אנטיפריס ab urbe Acco usque ad Antipatrida. Ber. rab. s. 61.

אַנְטִיפָתֹס, אַנְטִיפָתָא אנטפירתא *praefectus*, alium tamen superiorem habens. Ar. eum facit tertium a rege. אנטיפתא דקיסרין praefectus Caesareae. Legitur in Talm. hier. Berach. c. 5 et Medr. Kohel. c. 3, 6 et 11, 1. Est Graecum *Ἀνθύπατος Proconsul*, qui consulis vicem gerit, ut Act. 3, 7. 12.

---

praedium aliquod pignori dat cumque eo paciscitur, ut donec pecunia solvatur, creditori re uti et inde fructus suos facere liceat, in vicem usurarum. Haec et inter Christianos in Jure Canonico tamquam usurae species est prohibita.

181) Buxtorfius B. Aruch secutus locum Talmudicum supra laudatum intellexisse non videtur. Cogitari nequit vocem בלנרי, in Misna et Talm. usitatissimam, voce אנטיניא, quae multo rarius legitur, cujus radix non facile perspicitur, explicari. Neque dubium est, quin מהו *pron. relat.*, non inter. sit, ita ut accuratior vestium illarum descriptio adponatur: vestes, quae אנטיניא, h. e. *ἀνθινὰ (ἱμάτια)* sunt, vestes, in quibus flores picti sunt, quales meretrices Veneri sacrae gestabant (cf. Hermann, Lehrb. d. Antiqu. 3, 29). Etiam Veneri balneas sacras fuisse compertum habemus ex Aboda sara 44a. — Ex hac sententia אנטיניא est forma plur. emph. (respondens plurali בלנרי); forma sing. esse debet אנטינא v. אנטינה, quam revera reperimus, quando in *Sifri* (sect. ראה) pro אנטיניא (vel etiam אנטינה, ut in nonnullis libris est), quod explicari nequit, legimus אנטינא. Satis enim notum est, litteras ב et נ a librariis haud raro confundi. Hanc emendationem rectam esse, eo verisimilius est, quod lexicographi antiquiores vocem אנטינה in lexica non receperunt.

Dr. M. Landsberg.

182) In Talm. et Midr. plures viri hujus nominis memorantur: 1. א' רבה Antoninus major (Midr. Koh. 10, 5) = Antoninus Pius; 2. א' זעירא Antoninus minor (ibid. in versu qui incipit כשגגת) = Antoninus Commodus, prioris nepos; 3. saepissime occurrit אנטונינוס nullo alio nomine apposito. Hic apparet fautor Rabbi, qui propter Misnae collectionem insignis est. Viri docti dubitant, quis imperatorum Romanorum intellegendus sit. Notissima sententia et argumentis multis fulsa est, quae legitur in: Ersch und Gruber, Encyclopaedie (Sect. II. vol. 27 s. v. Juden), ex qua Heliogabalus intelligendus est. *Rapaport* tamen subtiliter et docte (in appendice ad Erech Millin) demonstravit, istam sententiam prorsus falsam esse. Quicunque opinione praesumpta non ducitur, concedet Rapaport recte de hac re judicasse, illumque Antoninum necessario M. Aurelium Antoninum esse.

183) Haec urbs ab Herode M. condita in memoriam patris Antipatri in planitie haud procul a mari inter Hierosolyma et Caesaream eo loco sita erat, quo antea *Καφαρζαβᾶ*. Ibi R. Akiba (Midr. prov. 9, 1) a discipulis suis sepultus est, quamvis Hadrianus vetuisset Judaeos sepeliri (v. s. אנדריאנוס).

*) אַנְטִירְקִירוֹס n. pr. gentis; ita ponitur pro n. gent. מעכתי Deut. 14, 14. Nonnulli volunt graecum esse (*ἀντεκύριος = ἀντίθεος, impius*) conferuntque sententiam rabb. (Ber. r. s. 57), quae nomen מעכתי a verbo מעך *fricuit, contrivit* ducit, ut sit *gens conterenda*.

אַנְטִיקִיסַר *Vice-Caesar, Caesaris locum tenens, vicarius, gubernator aut praefectus*: הוא ואנטיקיסר שלו ipse et vicarius ejus, Ber. rab. s. 53. ומלך בבל אנטיקיסר שלו היה יושב בירידו et regis Babyloniae gubernator residebat in Jericho, Ber. rab. s. 85. in fine. Glossa, פקיד *Praefectus*, משנה *secundarius, vicarius*

אַנְטָרִידָנַאי *nomen gentis*, Gen. 10, 18 in Targ hier. pro hebr. דְּאַרְוָדִי.[184]

אִנְיָרִיקִי *nomen proprium regionis, quae a Tubal originem coepit*: inde apud Talmudicos, תובל זה בית אונייקי „Tubhal" Gen. 10 „est Beth Unjaki," Joma f. 10a. גבינות בית אונייקי casei Unjakini, sc. prohibiti sunt.

אַנְיָצִין Vide infra אנץ.

אֹנֶךְ אוֹנְכָא *onyx, lapis pretiosus*: כגשין אונכין ומרגליין colligentes onychas et margaritas, Num. 33, 8 in Tar. Jonath. In Gemara scribitur אינך et a R. Salom. explicatur נוסף *carbunculus*: ע"ז f. 8b.

אַנְכְּלִיגִין *pulpita, quibus libri imponuntur*: Aliis *theca, sacculus ex corio, cui liber includitur*: Tal. Kelim c. 16. Quidam libri habent אַנְגְּלִין, alii legunt אַנְכְּלִיגִין.[185]

אִינוֹמֶלִין *οἰνόμελι vinum melle conditum, vinum mulsum*: *potus ex vino, melle et pipere, secundum Hebraeos*: איזהו אינומלין יין ודבש ופלפלין quid est Inomelin? Inomelin est vinum, mel et piper, ע"ז f. 30a. ועושין אינומלין בשבת faciuntque vinum mulsum in sabbatho, Schab. 39b in Mischna. Aruch notat, in quibusdam libris legi ייטומלין, quod esset compositum ex Hebraeo et Graeco, inusitate. R. Salomo barbare exponit פושן *infusum*.

אָנַן (אָנַן) *maestum, tristem esse, lugere, maerere, plangere ob mortuum*: לָבְהוֹן דְּחַבְרִימָיָא אָנֵין cor sapientum maeret (propter vastationem domus Sanctuarii,) Eccl. 7, 4. Rabbinis verbum usitatissimum est. עד מתי מתאונן עליו quamdiu plangit super eo? alius dixit: toto die quo mortuus est: alius dixit, toto die ac nocte: alius dixit, quamdiu non est sepultus, Zevach. 100 et 101.

אוֹנֵן *plangens, maerens, lugens ob mortuum*. Distinguitur ab אבל „lugens", quod generalius est, et ad externum luctum, vestitum sc. lugubrem potius refertur: אונן vero ad internum luctum et maerorem animi. R. Sal. Lev. 10, 19. אין אונן אלא ליום קבורה non est plangens, nisi die sepulturae. Alibi idem, אונן כל זמן שלא נקבר המת maerens dicitur, quamdiu non est sepultus mortuus.

אָנִין *maestus, tristis*: אינוי הדעת maesti animo, tristes, melancholici. Vide רתח in רתח.

אֲנִינָה *planctus, moestitia, lamentum, tristitia, maeror*: אם אכלו באנינה si comederit illud (aliquid de decimis secundis) in maerore, M. scheni c. 2.

אֲנִינוּתָא, אֲנִינוּת *idem*: אבילותא ואנינותא luctum et maerorem, hebr. ואניה, Thren. 2, 5. יהי כפן באנינותיה sit esuriens in maerore suo, Job. 18, 12. Talmudici, לא חיו מתאבלין אלא אונגין שאין אנינות אלא בלב non fuerunt lugentes, sed maerentes: non enim est maeror nisi in corde, Sanh. 47b, אנינות לילה דרבנן planctus noctis a Rabbinis est, statutum Rabbinicum est, Berach. 16b. אנינות לילה אינה מדאורייתא אלא מדברי סופרים maeror noctis non est ex lege (Mosis), sed ex statutis scribarum, Zevach. 101a. Scriptum enim est: הן היום „ecce hodie etc." Lev. 10, 19 ad quod scribit Gemara, היום אסור והלילה מותר de die vetitum est, noctu licitum est, Zevach. ibid. Agnus paschalis noctu licitus est maerenti sive lugenti, interdiu non. Lugens enim de eo non debet comedere. At noctu non censetur אנינות maeror vel luctus esse, sed tantum de die.

אָנֶךָ vide in אָנָא. אֲנַחְנָא vide in אֲנָא: et ibid. אַנְחְנָא nam ultimum Nun pertinet ad numerum pluralem.

אַנּוֹנָא, אַנְדָּנָא *annona, cibus, victus, comeatus, frumentum*: *tributum annuum in annonam conservandam*: המלך היה לו מעלה אנונה rex suppeditabat ipsi victum; אני מבקש לכפול אנונה לך ego cupio duplicare tibi frumentum, Ber. rab. s. 47. אע"פ שהן נגבין אנוניות ואנגריון etiamsi sint onerati tributis annonae et angariis, Vaj. rab. s. 23. חותכת אני אנגונא שלך אמר לה נותן לחם לרעיבים i. e. praecido ego tibi annonam: dicebat ipsa: „deus dat panem famelicis", Ps. 146, 7. Ber. rab. s. 87 in fine. Sic adducitur in Aruch et in Jalkut in s. וישב. At in Ber. rab. hodie pro eo legitur פרנסה *alimentum*. Huc pertinet quoque ex Vaj. rab. s. 10. עשרים וארבעה אגונים viginti quatuor annonas sive cibos accipies, quod ibidem in textu exponitur de 24 מתנות כהונה donis sacerdotii. B. Ar. exponit פרנסה. In Jalkut 108a exponitur כל הצומח מן הארץ.

אינינוס *Ananias*, nom. propr.: Rabban Gamaliel בן אינינוס filius Ananiae, Tal hier. Peah c. 1.

אֲנַנְקִי *necessitas, calamitas, afflictio, angustia*. Graecum ἀνάγκη: כר עללין לשעת אנגקי quando incidunt in tempus necessitatis, Gen. 22, 14 in Tar. hier. ubi in Jonath. legitur אֲנִיקִי prave. בהדא שעתא דאנגקי in hac hora necessitatis, Gen. 38, 25. in Jon. לאנגקי in necessitate, Esth. 5, 1 in secundo Targ. ad finem versus. שַׁעֲתַת אֲנַנְקִי hora necessitatis, i. e. שעת הדחק tempus pressionis, afflictionis, calamitatis: non autem significat „horam vel tempus simpliciter", ut Munsterus perperam notavit, multo minus „pulchrum et decorum", ut idem voluit. Videtur et adverbialiter sumi, ἀνάγκῃ, i. e. ἐξ ἀνάγκης *necessario, coacte*. In Ber. rab. s. 12. בשר ודם מותח אוהל אנגקי על ידי שהוות הוא רפה cum caro et sanguis extendit tentorium, ἀνάγκῃ necessario per moram (i. e. successu temporis, quum diu extensum relinquitur) fit remissius. Mirum ni hic Munsterus legit אוהל אנגקי tentorium pulchrum.

אָנַס (אָנַס) *cogere, adigere vi, vim aut violentiam in-*

---

184) ארוד nomine significatur Aradus, urbs et insula Phoenicum haud procul a litore remota, condita a Sidoniis (cf. Gen. 10, 18 et Strab. 16, 2, 13). Posteriore tempore in terra continenti exadversum hanc insulam urbs Antaradus condita est, a cujus nomine vocem אנטרידנאי deductam esse sponte apparet. Mirum igitur videtur quod nonnulli hanc vocem putant compositam esse ex voc. gr. ἀντὶ et Ῥόδος, quasi significet „incolas e regione insulae Rhodi".

185) Haec vox corrupta est ex gr. ἀναλογεῖον, quod vel thecam librorum vel pulpitum (ἀναγνωστήριον) significat

ferre. vi comprimere, diripere, depopulari, opprimere. Praeteritum אִנֵּס si facultates diripuit a socio suo, Num. 5, 7 in Jon. אנסיה בלמא pro nihilo oppressit eum, Jes. 52, 4. אנסית מן ית et quem oppressi, hebr. רצותי contrivi, 1. Sam. 12, 3. אנסית דלא quae non rapui, hebr. אשר לא גזלתי, Ps. 69, 5. אנסתנא ולא neque vim intulisti nobis, hebr. רצותנו 1. Sam. 12, 4. אֲנִיסוּ אִנְסָא בְּגַוֵּיךְ diripuerunt direptionem, vel violentiam exercuerunt intra te, hebr. עשו בעשק egerunt violenter, Ez. 22, 7. Partic. וְכָל רָז לָא אָנֵס לָךְ et nullum arcanum opprimit te, Dan. 4, 6 q. d. molestum tibi est, ut non illico et ex tempore illud solvas et explices. וַי דְּאָנֵיס מָמוֹן דְּרַשַּׁע לְבֵיתֵיהּ vae illi qui per vim infert divitias in domum suam, i. e. per vim et oppressionem aliorum comparatas, Hab. 2, 9. Plurale דַּהֲווֹ אָנְסִין לְהוֹן quo fuerunt opprimentes eos, vel diripientes, Jud. 5, 11. ואנסן חשיכיא et vim infertis inopibus, Amos 4, 1. ואנסן ועשקין et vim inferunt opprimuntque virum et domum ejus, Mich. 2, 2. ובאנסי אגרא ודאגירא et in eos qui vim inferunt mercedi mercenarii, i. e. violenter detinent, Mal. 3, 5. דין חולק לאנסנא haec est pars direptorum nostrorum, Jes. 17, 14. Part. Pehil sive passivum praeteritum, חֲמָרָךְ יְהֵי אֲנִיס asinus tuus erit direptus e conspectu tuo, hebr. גזל, Deut 28, 31. עמא אניסא ובזיזא populus violenter oppressus et direptus, Jes. 18, 2. Plur. אניסין דְּבִירִית אֶפְרַיִם direpti, oppressi erunt Ephraimitae, hebr. עשוק oppressus, Hos. 5, 11. Infin. דַּהֲווֹ מְשַׁחֲרִין לְמֵינָס qui mane surrexerunt ad diripiendum, heb. כל שקדי און, Jes. 29, 20. דמחשבין למינס qui cogitant vim exercere, hebr. החשבים Ez. 11, 2. Cum affix. לְמֵינַסְהוֹן מֵאַחְסָנָתְהוֹן ut vi expellat eos de possessionibus suis, Ez, 46, 18. Fut. וְלָא תֵינַס neque diripies, heb. תגזל, Lev. 19, 13 in Jon. לָא נֵאנַס אֲרִיסָן non inferemus vim desponsatis, Num. 21, 23 in Jon. וְלָא יֵינְסוּן עוֹד neque oppriment amplius, hebr ולא יונו, Ez. 45, 8. Ex Aphel וַאֲרַמְלָא לָא תְאַנְסוּן et viduam non opprimetis, hebr. לא תעשקו, Jer. 7, 6. Posset forma Pehal תִּינָסוּן retineri, quia Aphel inusitatum est. Ap. Rabb. de בתולה vel נערה virgine usurpatum, significat, *vi comprimere, violare, vi pudicitiam eripere.* האונס את הבוגרת qui vim infert puberi, האונס שוטה או חרשת violans stultam aut surdam etc. נֵאנַס *cogi, adigi*: אנוס הייתי coactus fui, Gitt. 34. Ap. Talm., אנסיה ליה עידנא ursit, pressit eum tempus suum, i. e. temporis necessitas, vel naturae necessitas, quo alia habuit ordinaria negotia, vel naturae ipsi erat consulendum. אנסיה ליה משתיא pressit eum potus, male se habuit ex nimio potu.

אוֹנֵס, אָנוֹס, אָנוֹסָא *violentus, vim inferens, praedo, raptor.* Forma in concreto usitata, ut קָטוֹל occisor, latro. פָּרוּז praeco, פָּרוֹק liberator et similia. Plur. וְהָא אִנּוּן אָנוֹסִין et ecce illi sunt raptores, vim et injuriam exercentes, contra quam dixi, ut quae justa sunt facerent, Jes. 5, 7. Veneta habent אֲנוּסִין inconvenienter: כלהון אנוסין בגוה omnes sunt raptores in ea, vel אנסין rapiunt, diripiunt, vim publicam exercent. Jer. 6, 6 אם בגלעד הוו אנוסין nonne in Gilhad fuerunt raptores? Hos. 12, 11. Rab. Sal intelligit passive, אנוסין אם בא לתם שבר ואנוס quando obvenit ipsis contritio et direptio, quando contriti et oppressi fuerunt, illud ipsimet sibi sua idololatria procurarunt: למא אנא חזי אנוסין quare ego vim inferentes vel oppressores video, Hab. 1, 3. Active, ut mox sequuntur, עבדי ליאות facientes, creantes molestiam. בזזין praedones, חמסין raptores. Sic legendum, תיכא את מסתכל באנוסין ut quid tu intueris oppressores, hebr. בוגדים praevaricantes, Hab. 1, 13. Ap. Rabb. אנס *ci comprimens vel stuprans virginem*: Rambam in הלכות אי זה הוא אונס שבא עליה בעל כרחה scribit: quisnam vocatur אונס? qui per coactionem congreditur cum puella: אנוסה *vi compressa, stuprata per vim*: כל הבעלת בשדה הרי זו בחזקת אנוסה ודין אותה ברין אנוסה omnis virgo quae vitiatur in agro, habetur pro stuprata per vim et judicant eam quoque judicio per vim stupratae, ibidem ubi plura vide de utrisque.

אוֹנִיס *praefectus, dominator, qui subditos premit*: אוֹנֵיס מִדְיָן[186] praefectus Midianitarum, Exod. 18, 1 in Jonath. Onkelos רבא *princeps*. Heb. כהן, quod sic saepe pro principe sumitur. Scribitur tamen hic אתנם, quod Ar vult esse Graecum ὄνος *asinus*, quasi ignominiae causa sic praefectum Midian vocarit. Sic ואתנם דמדין et praefecto Midianitarum, hebr. ולכהן, Ex 2, 16 Jon.

אוֹנֶס, אוֹנְסָא *direptio, oppressio, vis injusta, coactio*: מלין דאונס verba oppressionis, verba vim spirantia, Jes. 59, 4. וחמר אונסא שתן et vinum violentiae bibunt, i. e. ex bonis violenter raptis comparatum, Amos 2, 8. באונסא דעניי propter violentiam in pauperes, Ps. 12, 6. מכל אונסא ab omni oppressione et rapina, Cant. 4, 2, בשקרא ותגזלא in falsitate et violentia, Jes. 30, 12. בחוכמא ובאונסא in oppressione et rapina Ps. 62, 11. Plur. חֲמַר אוֹנָסִין vinum rapinarum incendit eos, Jes. 5, 11. מַדְלִיק לָהוֹן elongans seipsum a rapinis vel direptionibus, Jes. 33, 15. Rab. מרחיק נפשיה מן אונסין האונס רחמנא מפטריה necessitatem Deus misericors remittit. Eum qui vim patitur, Deus quoque excusatum habet. באונס *per coactionem, coacte*: כאן באונס כאן ברצון sive coacte sive voluntarie, Rabbini.

אֲנִיסָא idem: דלא הות בהון אניסא ותגזלא in quibus nulla fuit violentia vel rapina, Cant. 6, 5. אניסא יהתל בחכיסא injuria dementat sapientem, i. e. donum quod sapienti offertur, ut vim et injuriam faciat egeno, Eccl. 7, 8.

אֲנִיסוּת idem: אין אניסות מסכנין si oppressionem pauperum, Eccl. 5, 7. דכין מכל אניסות ותגזלות puri ab omni oppressione et rapina, Cant. 6, 5.

מִינָס *violentia*: רשמין דמינס signaturas violentiae vel injuriae, Jes. 10, 1.

אֲנַסָא *nomen provinciae vel regionis*, Gen. 10, 2 in Targ. hier. pro quo in Onkelo est אוסיא.[187]

אַנְפָּא *facies, vultus, conspectus, superficies*: metaphorice *ora, fimbria externa, quasi sui corporis*

---

186) De hac voce dissentiunt viri docti; Landau pro graeca (sc. ἄναξ), Muss. pro latina (honos) habent; Sachs opinatur ita mendose scriptum esse pro אוגינוס (εὐγενής).

187) Cf. annot. nost. supra p. 25.

vultus et species. Priori modo pluraliter tantum usurpatur, ut Hebraeorum פנים. Altero modo, על אנפא גוליתהון *in ora pallii sui*, על ארבעת אנפי גוליתן *in quatuor oris pallii sui*, Num. 15, 38 in Jonathane. Alias pro hoc dicitur כנפין, quomodo hic forte legendum est. Plural. אַנְפִּין et constructe, וְאִסְתַּכֵּל אַנְפֵּי מְשִׁיחָךְ et intuere vultum Uncti sive Messiae tui, Ps. 84, 10. וסגיד אנפוי על ארעא et procubuit vultu suo in terram, Gen. 19, 1 in Jon. Sic באנפוהי in faciem ejus, et fem. בְּאַנְפָהּ hebr. בְּפָנֶיהָ Num. 12, 14 in Jon. Saepius in Targum dicitur contracte:

אַף, אַף et hier. אוף *idem*, ut hebraice. Synecdochice *nasus, nares*: לכל אפא ואפא unicuique faciei, Ez. 1, 6. על אפת *in faciem* vel nasum ejus, Gen. 24, 47. באפוהי in nares ejus, Gen. 2, 7. מאפוהי ומאחורוהי a vultu suo et a tergo suo, II. Sam. 10, 9. Plural. אַפִּין *vultus, facies*: *modi certi, rerum quasi facies et species.* אפין באפין de facie in faciem, Gen. 32, 30. Sic Deut. 34, 10. לא תשתכודעון אפין non agnoscetis vultus in judicio, i. e. non habebitis personarum discrimen in judicio, Deut. 1, 17. ארבעין ותשע־אפין quadraginta et novem modi, Cant. 1, 11. Constr. אַפֵּי אַדְמָתָא יַת כל omnem faciem, i. e. superficiem terrae, Gen. 2, 6. ונפלת לאפי דוד על אפוהא et cecidit, i. e. procubuit in conspectu Davidis in faciem suam, I. Sam. 25, 23. ואשתטחית על אפי et procubui, vel expandi me in faciem meam, Ez. 1, 28. כנשמת רוח חיין דבאפנא sicut spiritus vitae, qui est in naribus nostris, Thren. 4, 20. ודמות אפיהן אפי אנשא et similitudo, vel species vultus ipsorum erat vultus hominis, Ez. 1, 10. ואפיהן וגפיהן et vultus ipsarum et alae ipsarum, Ez. 1, 11. לארבע אפוהי ad quatuor facies illius, Ez. 1, 15. לקבל אפוהא e regione faciei suae, Ez. 1, 12. Apud Talmud. כל אפייא שוין vide supra in אוף.

אַפּוּת *facies, vultus, frons*: *nares.* מאפותיה יפוק קמרא ex naribus ejus egreditur fumus, hebr מנחיריו Job. 41, 9. Munst. et Ar. ponunt in ordine אפת: sed ת servile est, ut in aliis in ות finitis et idem est quod אף hebraeum. Ar. simpliciter *frontem* exponit. Ap Talm. ידא לאפוהא דרגא לשיניתא manus ad frontem apposita, gradus est ad somnum, Pes. 112a. עד דהוה שריק ליה דודבא מאפותיה donec dilaberetur ipsi musca de fronte ejus Pes. 44a. In Jalkut scribitur אאופתא et explicatur על המצח f. 106b.

אַנְפָּמָט *occursus*: הוא יצא לאנפמטי שלך, ipse egreditur in occursum tuum, obviam tibi: in Medr. Tanchuma et Jalkut 54b. Videtur corruptum ex Graeco *ἀπαντάω, ἀπαντῶ, ἀπάντησις*, per transpositionem literarum. Melius scribitur alibi אפנטי. Vide infra.

אַנְפָּךְ Sic scribit Munst. Judico esse idem quod אַנְפָּק de quo infra.

אַנְפְּלֵי *loculi*: *sacculus pecuniarius*, Talm. תן לי הדינר אמר לו נתתיו לך ונתתו באנפלי da mihi numum istum. Dicebat: dedi eum tibi, tu autem posuisti eum in loculos tuos, Schev 45a. glos תיק *theca pro numis.* Ar. scribit אמפולי David de Pomis, אמפוליר.

אַנְפִּילָא, אַמְפִּילָא et fem. אַנְפִּילָאוֹת *impilia, empilia, inpilia*: *socci, calcei ex corio tenui, quibus, tanquam soccis, alii crassiores superinduuntur.* Horum usus prohibitus est in solenni ista discalceatione, quae fit in divortiis. Graecae originis vocabulum est. *Πῖλος* in genere est indumentum e lana compactum, sive soccus, sive aliud aliis usibus conveniens. *Πιλέω, πιλόω, ἐμπιλέω* compingo, condenso lanam; *ἐμπίλια* coactilia, indumenta ex lana coacta et compacta, facta. Hinc Latini dixerunt *impilia et impilia*, de quibus vide lexica latina. Talm. קטן ואנפיליא מפולות minorennis et socci, illegitimi sunt, scil. ad discalceationem solennem istam, de qua Deut. 25. Gitt. 25a. Nam de persona in lege scriptum est אִישׁ *vir* et de re נַעַל *calceus.* Soccus autem ex lana non est calceus. שני מנעלים ושני אנפילאות duo calcei, par calceorum et par soccorum, Schab. 120a, glossa קלצ׳ונש של צמר socci ex lana Sunt inter octodecim vestium genera, quae in die sabbatho ex incendio eruere licet. ובאינפיליא של בגד et cum soccis laneis, Jevam 103a. באינפיליא חליצתה מפולה cum soccis, discalceatio illegitima est, Jevam. c. 12 in princ. Ratio in Gemara redditur, דאינפיליא לא מנעל הוא quia soccus non est calceus, qui sc. debet esse ex corio. חלך ועשה לו שתי אנפלאות ivit et fecit ipsi duos soccos, Ber. rab. s. 61. שלוף מנעלך ונעול לך שתי אנפלאות exue calceos tuos et indue tibi duos soccos, ibid. Ex Hesychio afferunt lexica, *νάκτα* dici etiam *τοὺς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια.* Latinam vocem adducunt ex Digestis juris civilis, lib. 34. Tit. 2. L. Argumento sunt; „fasciae crurales, pedulesque et impilia vestis loco sunt.“ Glossa ibi addit: „Impilia ad tegendum caput“, unde pileati. Haec interpretatio relinquitur scholae juridicae disceptanda. In libris autem antiquis hic legitur „Impilia“: posteriores pro eo substituerunt „item pilea“. Defendat, qui sic mutavit. Et sic legendum apud Plin. lib. 19 c. 2. Theophrastus autor est, esse bulbi genus, circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua impilia (non mapalia, ut vulgo libri habent) vestesque quaedam conficiantur. Vide et Drusium ib. Quaest. 3 quaest. 64. In Ar. scribuntur haec cum מ in medio. אמפליא.

אַנְפִּילוֹן *conclave, penetrale, quod est ante triclinium magnum, atrium minus.* נכנס לאנפילון ingressus est in atrium vel conclave anterius, aulam anteriorem vel minorem, in den vorderen oder kleinen Saal, Berach f. 16b. Sequitur ibi mox, נכנס לטרקלין ingressus fuit in triclinium, aulam majorem, in den großen Saal. Hinc pl. legitur in Targ. וְיִבְתְּלַתְּיִךְ טְמִירָן וְגִנְזָן בְּאַנְפִּלְיָן et virgines tuae absconduntur et reconduntur in penetralibus, Cant. 4, 12. Videtur esse ex Graeco *πυλῶν atrium.*

אַנְפַּנְטְרִין nomen proprium loci, apud Talmudicos.

אַנְפָּק *quartarius, quartale*, mensurae nomen, idem quod אנגל et אנגב, de quibus supra. Munst. scribit etiam אנפך. Pro diversis locis, diversimode pronunciabatur. אנפקא דחמרא quartale vini, Gitt. 69. עד דקיימי באנפקא donec consistant ad quartale, vel ad quartam partem, nempe, elixanda sunt et bulliendo coquenda

*) אנפילוגוס gr. *ἀμφίλογος res in dubium vocata.* Midr. Cohel. X. 16.

ad quartam usque partem, Schab. 109b. Glossa hic notat esse *quartale logi*. De לת s. loco לאשקוי אנפקא חייא potare ipsum, bibendum dare ipsi quartale vini vivi, i. e. meri, Chol. 94a.[187a]

אַנְפִּיקִינוֹן[188] *oleum olivarum crudum et amarum, ex olivis vel immaturis aut deciduis pressum, oleum omphacinum*: אין מביאין אנפיקינן non offerunt oleum omphacinum et si offerant (pro decimis), rejicitur, Menach, c. 8 in Mischna, Pesach. 43a. Hujusmodi oleum erat tertiae pressurae. Primum et optimum erat ex olivis

---

[187a]) אנפק vox peregrina (verisimile persica) idem quod אספרגוס ἀσπάραγος, *radix sparganii officinalis*, remedium, quod veteres (plerumque in vino, eoque mero, solutum Cholin 94a) propter salubritatem in morbis ex anomalo sanguinis cursu ortis, permagni habebant. Unde fit, quod in tract. B. bathra 58b. causis morborum in anomalo sanguinis cursu perspectis (בראש כל מרעין אנא דם) remedium אנפק commemoratur, convenienter ad illam sententiam talmudicam (Berach 51a.), quae asparagum quasi medicamentum panchrestum omnium morborum habet. Ita et in tract. Kidd. 70a homo, qui אנבא enuntiaverat, admonetur, ut aut אספרגוס dicat, ut nobiles ennutient, (gr. enim sermone utebantur) aut אנפק, ut vulgus (i. e. persice); qua re אנפק et אספרגוס idem esse exponitur, illo tantum discrimine interposito, quod ,,asparagus" graecum, ,,anfek" vero gentis proprium ejusdem rei sit nomen. Praeter illos citatos permultos in Talm. et Midr. invenimus locos (Gitt. 96b. Midr. Esther in versu, qui incipit והשתיה), ex quibus veritas sententiae expositae, jam pridem a glossatore (B. bathra l. c.) memoratae, elucet, ita ut de autore B. Ar. vocem א pro mensura habente satis mirari non possimus, quemadmodum omnes, quos memoravi locos interpretetur (cf. glossatorem l. c.). Quem primum lexicographum excusare si velimus, quoniam errare humanum est, eo magis de posteris lexicographis, ut de A. nostro reliquisque eum in interpretatione vocis sequentibus, mirari debemus, qui, quamquam et de vitiis sententiae ex explicatione R. Salomonis in illis citatis locis, et de recta sententia a glossatore supra laudato moniti, attamen in errore perseverant vocemque per ,,quartale" seu ,,nomen mensurae" explicant; sive quoniam operae pretium non putaverunt, ut omnibus ad hanc vocem pertinentibus locis comparatis de sententiae veritate se convincerent, sive quoniam, etsi de veritate persuasi, sententiam illam maxime inveteratam renuntiare non ausi sunt. Nihil aliud igitur, ut puto, in errorem induxit et A. n. et reliquos lexicographos — qua una atque sola excusatione possunt uti — nisi locus ille difficillimus quem in iis, quae sequuntur, diligentius explanemus:

*) אנפאק arab. أنفاق plur. fractus a nomine actionis verbi نفق (v. Cast. heptagl. p. 2369), cujus origo auctore Willemitio (Lex. arab. p. 742) in *bulliendo* est. Hanc principalem atque primitivam sententiam Talmudici ad omnem rationem modumve scaturiendi transtulerunt, sine discrimine, utrum ex terra propter pressum et impetum subterraneum, an sit propter aestum ignisque calorem, ut generaliter eam pro *elixare* et *fervere* usurpent haudaliter ac nos v. ſprudeln Latini v. aestuare et Hebraei v. נבע (Cf annot. nost. ad r. רסס). Ita enim in tract. Schabb. f. 109b legitur: Qui medicamento רוצאריא caret restituere potest hoc modo: Quinque flores in suo quisque vase, diluuntur in liquore vinolento et tamdiu in igni ponuntur עד דקיימא אנפאק *quoad in bulliendo perseveret mixtura seu quoad per aliquot temporis bulliat liquor*, i. e. *donec in statu bulliendi conservati flores satis percoquantur*. (nam rad. קום ap. Talm. — id quod plur. a nomine actionis — *perseverationem in quovis statu* indicat. V. קום IV.). Haec vera ejus loci lectio verusque sensus mihi videtur. Nostro vero Talm. loco אנפאק, אנפקא (posito ק ante א) legitur, quod ab omnibus interpretoribus — relatione facta ad B. bathra (58b), ubi false אנפק nomen habetur mensurae — hoc modo intelligitur שיעמדו על מדה מחוקת אנפק i. e. „mixtus liquor coquitur, donec אנפק mensura remaneat". Quare interpretationem neque esse probabilem neque exploratam ex eo intelligere potes, quod singulorum vasorum, in quibus flores diluendi fuerunt, certa mensura non praescripta est; certa igitur decocti liquoris mensura cogitari nequit, quum pro diversa singulorum liquorum commiscendorum quantitate, pari caloris gradu parique temporis spatio, decoeti extracti semper diversa erit quantitas; nam si pauca commiscimus, paucam etiam habebimus mixturae quantitatem, si contra multa, magna erit ejus, quod miscuimus mensura, quae in hac re minime potest cogitari certa. Minime igitur dubium esse potest, quin interpretes hunc locum corruperint, quia emendare voluerint; occulta enim illis fuit principalis significatio arab. vocis نفق qua de causa, ut et consonet et idem significet, quod vox אנפק, א litera post ק posita אנפקא scripserunt, unde venit, quod et in tract. Sabb. l. c. et aliis locis nomen mensurae habetur, quamquam nullo omnium illorum locorum hoc significare potest. Ceterum fortasse אנפק vox, quae asparagum significat (d. q. supra) eandem habet originem, quam אנפאקי in tract. Sabb., ita ut significet *infusum* s. decoctum (praecipue asparagi) *quod in igni bullivit* (ut Germani „ein Abſud") a rad. نفق apposuit א loco articuli arabici. — Conceptis duabus his notationibus primaque descriptione earum typis facta, in manum mihi venit opus nuperrime in lucem prolatum Pauli de Legarde Geſammelte Abhandlungen, in quo אנבא fructus plantae indicae habetur, quae sententia eorum, quos memorat doctorum virorum (ipse enim autor vocem pro syr. אנאב [?] habet) cum mea de voce אנפק paene congruit secundum locum illum talmudicum (B. bathra 58), ubi אנבא idem esse ac אנפק docetur. At mirum mihi videtur, quod doctissimi illi viri neglecta voce usitatissima אנפק vocem אנבא, quae testibus Talmudicis ipsis (Kidd. 70b) inusitatissima atque nihil nisi corruptio vocis אנפק est, perscrutantur. Sapienti sat. Notandum praeterea locum ex Midb. rabba a Castello sub r. אנבא mendose citatum esse, ibi enim non אנבוגין ut habet ille, quasi plur. vocis אנבא, (id, quod ut videtur doctos illos in errorem induxit) sed אנבונין legendum est significatque, ut glossatores exponunt *uvae parvae* a sing. אינב, אינבא.

[188]) Pers. est أنفاق *oleum recens uvae*. -Vullers. *) In spicilegio hujus operis A. n.: „Posset forte esse, inquit, haec vox quoque deduci a gr. *οἰνόφοροϛ venophorum*, quod Latini usurpant pro vase apto ad ferendum vinum. Martialis: „Reddidit venophori pondera parvasui." Cicero II. de Finib. Quintus vinum diffusum e pleno sit venophero.

maturis, sponte fluentibus: alterum ex illarum granis sive residuo, leviter expressum: tertium ex immaturioribus et deciduis, idque omnium erat vilissimum. Sequitur ibidem, ולמה סכין בו שמשיר את השער ומעדן את הבשר quare autem ungunt se eo? quia effluere facit pilos et delicatam reddit carnem, sic in Vaj. rab. s. 5. וראשית שמנים ימשחו „et praestantissimo unguento ungunt se," Amos 6, 6. R Jehuda dixit; hoc est oleum stactinum. R. Jannai dixit, שמן אנפיקינן oleum omphacinum, שהוא משיר את השער ומצהיר את הגוף quod effluere facit pilos et nitidum reddit corpus. Vide et Bem. rab. s. 10. Ber. rab. s. 98 f. 3c, ubi scribitur אנפקימן. Et in Targ. ואנפיקינן דמנטר ית סערא et oleo omphacino, quod effluere facit pilos, ומפנק ית בשרא et delicatam facit carnem, Esth. 2, 12. Pigmentis erodebant extremos pilos versus frontem, ut frontem latam ostentarent puellae istae aulicae. Est vox peregrina. Ego non dubito, quin sit Graeca: *ὀμφάκινον omphacinum*, ex uvis acerbis et immaturis confectum: et *ὀμφάκινον ἔλαιον oleum ex olivis immaturis*, quod et *ὠμοτριβὲς* dicitur, quia olivae illae acerbae, unde exprimitur, crudae adhuc sunt. Vide de eo apud Dioscor. lib. 1 c. 29. Olei omphacini quoque meminit Plinius lib. 23 c. 4 et lib. 12 c. 27. Oleum et omphacium est. Fit duobus generibus et totidem modis, ex olea et vite. Olea adhuc alba expressa, deterius ex druppa etc. An autem hanc virtutem habeat quam Talmudici ei adscribunt, videant medici. B. Ar. scribit, se didicisse a quodam, quod משחיר nigros reddat capillos, non מַשִּׁיר effluere faciat.

אֲנַפּוּרְיָא אֲנַפּוּרְיָא *vasa nova et in vulgus ignota.* Talia si quis inveniat, non opus habet ea proclamare, ut restitui possint, Talm. כל כלי אנפוריא אין חייב להכריז nulla vasa vel utensilia nova, tenetur quis proclamare, nempe si quis ea ab alio perdita invenerit, B. metz. 21 sive c. 2 in Misna prima. In Gemara מאי אנפוריא כלים חדשים שלא שבעתן העין „quid sunt אנפוריא? utensilia nova, quibus nondum satiatus est oculus", 23b. Glossa est i. e. שאין בהם ראיה in quibus nulla adhuc fuit visio, quae nondum omnibus visa sunt: adeoque incognita, ut proclamatione non indigeant. Allusio est ad nomen, quam vocant *notarikon*, allusio etymologica, אנפוריא quasi אין בה ראיה. Sed videtur esse Graecae originis. *ἔμπυρος Igni coctum, quod ad ignem adhibetur, in quo aliquid ad ignem coquitur, ut sunt ollae et similia.* Haec etiam vocantur *ἔμπυρα σκεύη*. Possit etiam esse ex graec. *ἀμφορεὺς* amphora. q. d. *ἀμφορεῖα*. Fem. שתי אנפוראות עשה duo vasa, vel duas ollas fecit, unam parvam, alteram magnam, R. Sal. 2. Sam. 24, 9 ex libro Pefikta: Jalkut scribit אנפוראות.

אַנְפָּרִית, אַנְפָּרִיּוּת[189] *vis, violentia: damnum, perditio*: אם באנפריות si cum damno, sc. accepit, i. e. בחסרון, Gitt. 44a. Alibi אם לקח באנפרות si accepit per vim, sive violenter, i e. בחזק per vim, coacte, invita parte adversa. אין אנפרות בבבל non est violentiae jus in Babylonia, nemo alium potest cogere, aut per vim aliquid a debitore rapere, Gitt. 58b. עושה מעותיו אנפרות facit pecunias suas perditionem, i. e. perdit inutiliter pecunias suas, Schab. 80b.

אַנְפָּרִיּוֹת *merces* Est a graec. *ἐμπορία mercatura.* שכותב אנפריות qui conscribit merces, Tanch. in fine s. שלח לך Num. 15.

אַנְיְצִין אַנְיָצִין *manipuli.* ואניצי משתן et manipulos lini, Reißen Flachs, Talm. B. metzia c. 2 initio. מותר להתכסות באניצי משתן licitum est operire manipulis lini, Nedar. 55b.

אנץ[190] *stimulari, acuere stimuli instar.* Targ. דְּאָנְצִין לְאַלָּפָא חוּכְמְתָא quae stimulant ad docendum sapientiam eos, qui destituuntur sapientia, Eccl. 12, 12. Ex hac forma legitur etiam in Ar. in זקת. Infin. Pahel, לְאַנָּצָא זָקֵת et ad stimulandum stimulum, vel ad acuendum, 1. Sam. 13, 21. Id hodie legitur לְאַנָּצָא, quod est a יצב et נ est loco Dagesch, ut saepe.

אַנִּיץ, vel אֲנִיץ. Vide in נוץ.

אנק[191] *suspirare, gemere, ingemiscere*, hebr. Hinc videtur esse דְּנַק. unde in Ithpehal אִתְאֲנַק pro אִתְדְּנַק unde per euphoniam contracte dicitur אִתְנַק, pro אִתְדְּנַק ut plura sunt ejus generis ab א, de quibus in gramatica.

אֲנִיק *gemitus*: מן אניק prae gemitu, hebr. מעצר, prae angustia, Ps. 107, 39.

אֲנִיקִי *gemitus, angustia, anxietas*: בשעת אניקי tempore gemitus vel angustiae, Lev. 21, 10 in Jon. כל ית אניקי דאשכחתנא omnem gemitum qui invenit nos, hebr. את כל התלאה „omnem molestiam", Num. 20, 14. דחמינא אניקי דנפשיה quia vidimus angustiam animi eius, Gen. 42, 21 in Jon. וְיִתְוַדּוֹן בְּשַׁעַת אֲנִיקְדְּהוֹן et confitebuntur tempore gemitus vel anxietatis suae peccata sua, Lev. 26, 40.

אֲנָקְתָא *idem*: אנקתא דאסירי gemitus vinctorum, Ps. 79, 11.

אֲנִיקוּתָא *idem*: למשמע אניקותא דאסירי ad audiendum gemitum vinctorum, Ps. 102, 21.

אִינְקָא *avis nomen*,[192] Esth. 1, 2 in secundo Targ. ubi describuntur animalia et aves, quibus ornati fuerunt sex gradus solii regii Salomonis, et in gradu tertio aquilae ab altera parte apposita fuit אינקא דדהבא. V mox.

אֲנָקִין inter animalia numeratur, quae vocem naturalem ediderunt coram rege Salomone, et dicitur וְאִינְקִין בָּכְיִין Esth. 1, 2 in secundo Targ. haud longe a fine istius versus.

אֲנָקָא *camelus femina.* Haec arabice vocatur נָקָה vide ibi. Hinc volunt hoc nomen deductum apposito ab initio א. Hujus significationis quidam glossator vult esse praecedens nomen in Targum Esther. Hinc in Echa rab. c. 1, v. 1 legitur: ואית קומין אנקא חדא עוירא בחדא מעיניה estque ante nos camelus-femina quaedam caeca uno oculo suo. Glossa אנקא i. e. גמל. In Ar.

---

189) Gr. *ἄνγαρος portorium*, item *tributum, foenus, usura.*

190) Vide in נוץ.

191) Proprie ut syr. ܐܢܩ gr. *ὀγκαομαι*, exclamavit, suspiravit ex angustia.

192) ܥܓܐ *Gryps* avis ingens et fabulosa, quae imperium avium exercet (cf. Eben Esra Lev. XI. 13 et Deut. XIV. 12); item *infortunium*, inde אנקין בוכיין

in נקה pro אנקא legitur נקא sine א ab initio, in quibusdam libris גמלא.

אונקא *collum*. Affine est gr. *ἀυχὴν cervix, collum* [198] Talm אונקא דאית ביה תלתא מיני בישרא in collo sunt tres species carnis, nempe pinguis, macrae et nervosae Schab. f. 140 b.

אֲנִיקָא, אֲנִיקוֹן *monetae reprobae species*: כיס מלא כדינר אניקא loculus plenus numis anika, Tal. B. metz. 46b. Scribitur et אנקא, ut כדינר אנקא ואניגרא Metzia 46 b. Putarim legendum אניקא. In gl. legitur אניקון.

אַנְקְטְמִין *larvae, personae, quibus fingitur alia hominis facies, vel ad terrendos pueros, vel lusus causa.* Alii dixerunt esse קשרי *ligamenta lignea oblonga, quae pedibus alligantur ad incessum, grallae, cantherioli,* Germ. Stelzen. Alius dixit esse חמרא דאכמא *asinum ligneum,* [194] cui quis insidens. portari eo videtur, cum tamen sessor ipsum portet, risus vel lusus causa. Larvae significationem R Salomon maxime probat. His (vel etiam grallis) sabbatho exire, prohibitum, ut traditur in Misna de Sabbatho cap. 6. f. 66a, ubi postea Gemara triplicem istam interpretationem Rabbinorum adducit. In editione Talmud Basileensi legitur hodie לוקטמין, sed in Ar. et aliis Mischnajoth, אנקטמין.

אוּנְקְיָא, אוּנְקִי *uncia.* Graecum est *οὐγκία.* Accipitur etiam indefinite pro *exiguo pondere*: Hinc illud passim in Rabbinorum scriptis celebratum: אין לך ישראל מורעניות שאין בה אונקיא מעון העגל non accidit tibi, o Israël, ultio aliqua divina, in qua non sit vel uncia aliqua de peccato propter fusum vitulum, (de quo Ex. 32). Eo significari voluerunt sapientes ipsorum, tantum fuisse peccatum istius idololatriae, ut nunquam satis expiatum sit. In eam sententiam quoque legitur in Talm. hier. libro תענית „de jejuniis", c. 4. אין כל דור חדור שאין בו אונקי אחת מחמיו של עגל nulla est generatio, in qua non sit uncia una peccati propter vitulum. Glossa: „pondus exiguum vocatur אונקי". Sic drachma et germ. ein Quintlein, pro minimo pondere ponitur. אם הפקיד אדם אונקיא של כסף בידך si deposuerit homo aliquis unciam argenti in manus tuas, Ber. r. s. 17. Item אונקיא אחת היתה ביד נח uncia una (justitiae) erat in manibus Noae, Ber. rab. s. 29. Item *moneta uncialis*: במאה אונקיות centum uncialibus, Ber. r. s. 79 in fine.

אוּנְקְיָאוֹת, אוּנְקְרוֹת [195] *lances, bilances, staterae, vel quadratae vel rotundae, de plano lente excavatae, quibus res ponderandae imponuntur,* germ. Waagschüssel. Alias קפ של מאזנים scutella librarum. אם יש בו אונקיות si sint in ea lances, Kelim c. 12.

אוּנְקָלָא *uncus, uncinus, ὄγκινος*: אפשר דתשוי אונקלא בנחיריה estne possibile, ut imponas uncum naribus ejus, Job. 40, 21 hebr. אגמן „Juncum piscatorum" sc. more, qui juncum aut funem junceum aut vimineum cum unco solent imponere naribus majorum piscium, ut detinantur, ut sbricit Ab. Esra. Plur. formae mascul. וַאֲנַקְלִין Ez. 40, 43. Sic citat Ar.: hodie legitur cum ע ab initio. Vide ענק. Formae femininae: אוּנְקְלִין דְּכַסְפָּא unci argentei, Esth. 1, 6. אוּנְקְלִין דְּפַרְזְלָא unci ferrei. Cum affixo pron. וַאֲנַקְלָתְהוֹן דְּדַהֲבָא et unci earum erunt aurei, hebr. ויהם *clavi*, Ex. 26, 36 in Targ. hier. Praestat ab initio scribi cum Kametz chatuph, quod cum Schureck vel Cholem commutari solet. Rabbini dicunt etiam pluraliter אוּנְקְלִירוֹת et masculine אוּנְקְלִין שֶׁל בַּסְתָּנִין unci bajulorum, qui sc. humeris imponuntur, ac utrinque vel a posteriori parte lagenae vini, aut situlae aquae iis portantur, Talm. Tahor cap. 12. אונקלי שבכותלים unci parietum, de quibus aliquid suspenditur, Kelim c. 12. אונקליאות של ברזל uncini ferrei. עַל בית אונקלי שלו super domum uncorum suorum, i. e. super chirothecam suam. Uncos vocant digitos, quia ad comprehendendum aliquid, incurvantur ut ungues avium. Megil. 24 b in Misna. אונקליות כפותין uncini duplicati, in duplum curvi.

אוֹנְקְלִי *vestis lata, ut pellicea vel pellita mulierum, toga pellicea, vel pallium quodvis virorum.* [196] Talmudici numerant inter octodecim vestimenta, quae in sabbatho induere et exuere licitum est Schab. 120a. והניחה באונקלו et deposuit illud in vestimento suo, recondidit illud sub vestimento suo, gl. מלבושו, Sanh. 82a. ולבישו באונקלי et induit eum pelliceo, gl. מלבוש של עור Menach. 109 b.

אַנְקְלִימִין, אַנְקְלִיטִין *appellatio, provocatio ad superiorem judicem.* Videtur esse ex gr. *ἀνάκλησις.* Alius exponit פסק דין *decisionem sententiae.* Autor Ar. adducit, sed non exponit. In Ber. r. s. 49. כשר הדם תולין לו אנקליטין מדוכום לאפרכום ומאפרכום לאסטרטליטום homo-caro et sanguis suspendit ipsi appellationem (vel decisionem sententiae) a duce ad Eparchum, ab Eparcho ad summum strategum.

אַנְקוֹלְמוֹס *cancellarius, protoscriba*: *scriba, qui agrorum, aedium, hominum summam notat, ut inde tributum regi aut magistratui recte conferatur.* Apud Talm. הסנטר מכור אנקולמוס אינו מכור custos (urbis una cum urbe) venditur: scriba non venditur, B. bas. 68b. Disputatur, an qui urbem vendit, tales officiarios simul cum urbe vendat?

אַנְקְלִימוֹן *carcer, vincula* [197] Sic ponunt Munst. et Guido. Legitur in Deut. r. in סדר ואתחנן f. 290 c. 4. Sed in gl per מ, in Jalk. 20 c. 4. In Medr. Kohel. אנקלומה.

אנקלוסי *tempus, terminus temporis*: [198] עד יכלא אנקלוסי דידיה donec impleatur tempus ejus, Talm. hier. Bava metzia 11 d. cap. 8. Glossa זמן.

אוֹנְקוֹס *moles.* Graecum est *ὄγκος.* כל האונקוס הזה בשביל מה totam molem hanc propter quid? sc. creasti. Ber. r. s. 12.

---

198) Consonat magis arab. عُنُق *collum* mutatis gutturalibus ע (arab. ع) et א.

194) Inserenda igitur esset lit. ס et legendum אנסקטמין *ονοκτίμενος, asinus fabricatus,* ut haec vox revera in Talm. hier. scribitur.

195) Plur. vocis *ὄγκη.*

196) Aliis est pars brachii a cubito ad axillas: brachiale gr. *ἀγκύλη.*

197) Nonnulli habent pro gr. *ἔγκλημα, criminatio, accusatio, insimulatio.*

198) Gr. est *ἐγκέλευσις.*

אֱנָשׁ (אֱנָשׁ)[199] *Homo*, hebr. אנוש, unde Cholem Chaldaeis mutatur in Kametz, ut ex טוב dicunt טָב, et ex קוֹל vox קָל et similia plurima. Emph. אֱנָשָׁא. Scribitur et אֱנַשׁ etiam in Daniele In Targ. hier. et libris אמ״ת, i. e. Jobo, Proverbiis et Psalmis plerumque per aphaeresin primae literae dicitur נָשׁ et בַּר נָשׁ vel בַּר נָשָׁא *filius hominis*, ut hebraice בֶּן אָדָם. Vulgo punctatur נָשׁ, et emphatice בַּר נָשָׁא. Hoc contra analogiam est, sed usus forte sic assumpsit et probavit. Talmudici etiam dicunt אינוש, quod est אֱנִישׁ. Ex Targ. ויתיב לאנש כצדקתיה et reddit homini secundum justitiam suam, Job. 33, 26. מה בר נש quid est filius hominis, i. e. homo, vel בַּר נַשׁ, Job. 7, 17. Pro eo alibi בַּר נָשָׁא vel נָשָׁא. Ps. 8, 5 et 9, 20. לא חשבו בני אנשא non cogitant homines, Jes. 33, 8. Quandoque etiam qro איש et אדם dicitur אֱנָשׁ vel אֱנָשָׁא. Exempla obvia sunt. In Daniele, ולבב אנש יהיב לה et cor hominis datum erat ei; ועל רגלין כאנש et super pedes sicut homo, Dan. 7, 4. כעיני אנשא sicut oculi hominis, Dan. 7, 8. Plur. וְשַׁפַל אֱנָשִׁים et humillimum hominum, Dan. 4, 14. אנשין דשמן homines nominum, i. e. celebres, Gen. 6, 4. וכל אנשי ביתיה et omnes viri domus ejus, Gen. 7, 27. Pro eo hierosolymitane dicitur etiam אֱינָשֵׁי, ut et talmudice, ex forma אֱנַשׁ et אֱנָשִׁין, et אֱנָשִׁין. Cum Aphaeresi בְּנֵי נָשִׁין filii hominum, homines et simpliciter נָשִׁין Ps. 62, 10. Sumitur quoque distributive, אינש מעל אחוי quisque a fratre suo, hebr. איש מעל אחיו Gen. 12, 11. לא איתי אנש על יבשתא non est aliquis in terra, Dan. 2, 10. גבר ואינש ביתיה virum et hominem domus suae, i. e. quemque de familia sua, 2. Sam. 2, 3. Ap. Talm. הייבו דאמרי אינשי illud est quod dicunt homines: כדאמרי אינשי sicut dicunt homines. Cum adducunt proverbium vel adagium aliquod vulgare, sic praemittere solent. אֱנָשִׁים geminatum, valet, *quidam*. Exemplum vide in מורה נבוכים p. 32 col. 1 in fine.

אֱנוֹשִׁי *humanus, a, um, quod hominis est, aut ab homine fit vel factum est:* שכל אנושי intellectus humanus. סִפְעַל אֱנוֹשִׁי actio, operatio humana, opus humanum. Fem. צורה אנושית forma humana.

אֱנָשׁוּת, **אֱנוֹשׁוּת** *humanitas*: מתים שם לאנושות vocabulum מתים est nomen humanitatis, i. e. nomen generaliter de hominibus dictum, complectens viros, mulieres et parvulos, R. David Jud. 20, 48.

אנת (אַנְתְּ), **אַתְּ** *tu*. Pronomen utriusque generis. Si est ab אֲנָא *ego*, tunc נ est radicale: si אָנְתְּ est primitivum, tunc נ est expletivum τοῦ Dagesch, quod Chaldaeis familiare est. Masculinum דָּיוֹק אַנְתָּ סָבַר בְּלִבָּךְ quomodo tu opinaris in corde tuo, Gen. 3, 11. in Jon. ubi Onk. אַתְּ. Sic חָבִיב כְּבַר לְאַבָּא לִי אַנְתְּ dilectus ut filius patri suo, tu mihi es, Ps. 2, 7. ואנת יי׳ tu autem domine, Ps. 3, 4. Sic plerumque est in Hagiographis: in reliquis libris contracta forma saepius usurpatur; ואם לית את צבי et si non velis tu exire, Jer. 38, 21. לֵית אָתְּ maledictus es tu, Gen. 4, 11. Cum Kametz propter pausam. וְאַתְּ תְּהֵוֵא עַבְדָּא לֵיהּ tu autem eris servans ei Gen. 3, 15. Fem. מַן אַנְתְּ בְּרַתִּי quae es tu filia mea? Ruth. 3, 16. Contr. שַׁפִּירַת חֵיזוּ אָתְּ pulchra aspectu tu es, Gen 12, 11. אחתי את sororem meam esse te, Gen, 12, 13 ubi Jonathan habet אַנְתְּ. Plural. masc. אַתוּן vel אַנְתוּן, Femin. אַתֵּין vel אַנְתֵּין Exempla passim occurrunt.

אַנְתָּא *massa panis*: *pasta* vulgo, Tal. אנתא דמשחא massa panis frixa in oleo, Menach. 78a gl. תחיכה עיסת עבה שמינה בשמן frustum massae paniceae crassae frixae in oleo. Vel שמן קרוש oleum, pinguedo, butyrum coagulatum vel condensatum, rotundum instar panis, panis in oleo vel butyro frixus vel coctus.

אַנְתּוּ, **אַנְתָּא**, **אָנְתָּא** *uxor, mulier*. Vide infra אתא in ordine את.

אַנְתּוּסָאֵי *Anthusaei*, populorum nomen, Gen. 10, 17. Pro hebraeo הַסִּינִי. Jonathan habet Antosaei.[200]

אַנְתִּירִקִין[201] *merces, res venales, aut venum expositae*. Ap. Talmud., חמוכר את הספינה vendens navim, vendit etiam malum, carbasa etc. sed non vendit cum ea servos, ולא את המרצופין neque saccos (mercium) ולא את האנתיקין neque merces ipsas. B. basra 73a sive c. 5 in prima Mischna. Hinc Munsteri interpretatio, *merces, quae est in medio navis*. Merces pro „merx“, Latinis mala merx est.

אַנְתְּרוֹפוֹס, *ἄνθρωπος, homo*. In Aruch scribitur אִינְתְּרוֹפִי. In Ber. r. s. 18 et 31: Audivistine unquam dici גיני גיניא, vel אנתרופי sicut dicitur in lingua sacra hebraea אשה, איש. A *γύνη* Graeci non dicunt, גיניא neque ab *ἄνθρωπος*, fem. אנתרופיא, sicut Hebraei ab אִישׁ dicunt אִשָּׁה. Hoc primaevitatis linguae hebraeae volunt esse argumentum.

אסא **אָסִי**, **אָסֵי** *curare, sanare, mederi*. Sic possint quaedam esse, ut hebraice. Sed communius habent formam ex Pael. Praet. וְאַסִּי יְיָ׳ אֶת אֲבִימֶלֶךְ et sanavit dominus Abimelecum, Gen. 20, 17. צליתי קדמך ואסיתי למיא invocavi te et sanasti me, Ps. 30, 3. ואסיתי ית האלין sanavi, sano aquas has, 2. Reg. 2, 21. ואסיאו ית תבר et curarunt fracturam, Jer. 6, 14. ולמריעיא לא אסיתן et morbos vel aegrotos non sanastis, Ez 34, 4. אסינא ית בבל si sanaremus Babel, Jer. 51, 9. Partic. מְאַסֵּי, quae forma semel in plur. invenitur: communiter forma contr.

---

199) Consentiunt plurimi lexicographi inter se hanc vocem ad radicem אנש (syr. ܐܲܢܫ *νοσέω*) *aegrotavit*, *morbo laboravit* referre, ut significet *mortalem*, *qui debilis atque morbis obnoxius est*; quam etymologiam, ni fallor, in ipsa s. Scr., qua Enosi aequales, sive homines, qui primum hominem אנש nominaverant, etiam dei nomen primum vocasse traduntur (או הוחל לקרא בשם ה׳ Gen. IV. 26) indicatam reperimus, considerantes notionem primamque dei comprehensionem — id quod ex cultu deorum liberisque illis mactatis intelligi potest — ortas esse ex metu et timore, qui eo vehementius hominem incedunt, quo magis hic debilitatem suam atque infirmitatem agnoscit.

200) Huc et Targ. hier spectat interpretans כפרוסאי *Cyprio*, quasi Sinaei navigantes in Cyprum Amathuntem condiderint; a quo Cyprum *Amathusiane* appellavit Xenagoras.

201) Gr. *ἐνθήκη* entheca.

usurpatur, דִּי בְמֵימְרִי מַסֵּי לָךְ qui per verbum meum sano te, pro מְאַסֵּי, Ex 15, 26 in Targ. hier. דְּאָ אֲנָא מַסֵּי לָךְ ecce ego curo te, 2. Reg. 20, 5. מחינא ואף מסינא percutio ego, ego etiam sano, Deut. 32, 39. Pl. כִּמְאַסֵּי אֱלִיל sicut medicantes, medici nihili, Job. 13, 4. ימחי וידוי מסין percutit et manus ejus sanant, Job. 5, 18. Infin. וְעִדָּן בְּחִיר לְאַסָּאָה et tempus electum est ad sanandum, Eccl. 3, 3. Imper. בְּבָעוּ אַסֵּי כְּעַן יָתָהּ obsecro sana eam, Num. 12, 13. אסי יתי יי' sana me domine, Ps. 6, 3. אסי נפשי sana animam meam, Ps. 41, 5. Futurum וּמִמַּחֲתָךְ אַסְיָךְ et a plagis tuis sanabo te, Jerem. 30, 17. ואסנן et curabo eos, Jerem. 33, 6. ותסניה מסגירותיה et curabis eum a lepra sua, 2. Reg. 5, 6. בכן יסי יתיה tunc curabit eum a lepra sua, 2. Reg. 5, 3. ויסי יתהון די יסי יתיך qui curaturus sit te, Thren. 2, 13. et sanabit eos, Ps. 107, 20. ויסנן et curabit eos, Jes. 19, 22. מחנא וסננא percussit nos et sanabit nos, Hos. 6, 1. Ithpehal vel Ithpael, Praeter. וְאִתְסִי et sanata fuerit, Lev. 13, 18 in Jonath Onkelos habet וְאִתַּסְיָא minus recte. Nam א redundat. v. 37 וְאִתְסִי, ubi Kametz pravum est. Posset esse וְאִתַּסִּי: et integre וְאִתַּסְיָאוּ: עד דְּאִתַּסְיָאוּ donec sanati essent, convaluissent, hebr. עד חיותם Jos. 5, 8. ואתסיאו מיא et curatae sunt aquae, 2. Reg. 2, 22. Partic. עַד דְּמִתְסִי donec curetur vel convalescat. Ex. 21, 19 in Jon. Sic plurale מְמִתְסָן מַיָּא curantur aquae Ez. 47, 8. Part fem. וְלָא מְתַסְיָא tamen non esset curata, non pateretur se curari. Jer. 51, 9. Infin. לְאִתְסָאָה ut curaretur, 2. Reg. 8, 29. לא יכלין למתסיא non poterant curari, Deut. 28, 27 in Targ. hier. מ ab initio est ex dialecto hieros. et syra. Imper. מְבוֹל וְאִתְסִי lava et senator, hebr. רחץ ומתר, 2. Reg. 5. 13 Fut. מָאִים תִּתַּסֵּי si forte posset curari, Jer. 51, 8. בְּכֵן תִּתַּסְנוּן tunc curabimini, 1. Sam. 6, 3. לָא יִתַּסְנוּן non curabuntur, Ez. 47, 11.

אָסֵי *medicus*: Emphat. אָסְיָא vel אַסְיָא: ut ואגר ומן מסיא ישלם et mercedem medici persolvet, Ex. 21, 9, הוא אסיא et quis est medicus, qui curet te, Threm. 2, 13. ארי אני יי' אסף nam ego dominus sum medicus tuus, Jon. אַסָּאֲךָ. hebr. רפאך, Ex. 15, 26. Plur. ex alia forma, ותגמו ministros suos medicos; ית עַבְדּוֹהִי ית אַסָּוָתָא aromatibus condiverunt medici Israelem sive Jacobum, Gen. 50, 2. Puto formam plane esse alienam. Si forma feminina tolerari debeat, melius legeretur אַסְיָתָא. Ita multa masculina singulariter, pluraliter flectuntur terminatione femininorum. Ap. Rabb. אָסְיָא חֲבָרְתָךְ medice cura claudicationem tuam: Tanchuma in Gen s. 1. Adamus primus volebant docere nepotes suos de statu conjugii: respondebant ipsi: Medice cura claudicationem tuam. Tu fuisti separatus ab uxore tua centum et triginta annos et vis docere nos. Curato prius morbum tuum. Quadrat cum illo: אסיא אסי נפשך medice cura teipsum, *ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν*, Luc. 4, 23. עלובת מדינתא שאסיה פודגריס id est afflicta est civitas, cujus medicus est podagricus, Vaj. rab. s. 5 sc. cujus rector et gubernator ipsemet vitiis scatet Item ap. Talmud. אסיא רחיקא עינא עויר medicus longinquus, oculum excaecat, Bava k. 85a. Aut enim tardius advenit, ut morbus invalescat: aut citius discedit, ut aegrotus ope destituatur et morbus ingravescat. Quidam libri, דחיקא *pressus*, qui ipsemet cum morbis conflictatur: אסיא דמגן מגן שוה medicus nihili, (qui gratis sive pro nihilo curat) nihilo penditur, ibid. אל תדור בעיר דריש מתא אסיא ne habites in urbe, cujus caput medicus est, Pesach. 113a. Est enim occupatus civilibus negotiis, neque aegrotorum curam habet. Aliam enarrationem vide hoc loco in B. Aruch In sententiis Ben Sirac legitur, אוקיר לאסיא עד דלא תצטריך ליה honora medicum, ante quam eo opus habeas Sic Deus est honorandus rebus prosperis, ut benignum eum habeamus in rebus adversis.

אַסְיָא *medicina, cura, curatio*: אסנרא מהימנא אסיא הוא nuncius fidelis, medicina est, hebr, מרפא, Prov. 13, 17 Vel, est quasi medicus ipse, curans, sc. fideliter res eorum, qui eum ablegant, non secus ac medicus curat morbos. אסיא הוא דבמריה medicina (vel medicus) est carnis suae, hebr. מרפא, Prov. 14, 30.

אַסָּא *idem*: ולית לנא אסא neque est nobis curatio, Jer. 14, 19. Forte legendum אַסּוּ: ut habent Regia. Veneta אָסָא formae שָׁטָא

אַסּוּ, אַסּוּתָא, אַסּוּת *medicina, medela, curatio, sanitas*: ואסות מתתך בפריץ תחסן et curatio plagae tuae cito fiet, hebr. וארכתך Jes. 58, 8. דפתגמוהי אנן אסותא cujus verba sunt medicina, Jer. 8, 22. ואסותא לגרמי et medicina ossibus, i. e. corpori, hebr. ומרפא Prov. 16, 24. ואסותא בכנפותא et curatio est in alis ipsius, hebr. ומרפא. Mal. 4, 2. Per apocopam: וְלָא תֶהֱוֵי לֵיהּ אַסּוּ et non erit ei curatio, Prov. 29, 1. ארי אייתי אסו ליך nam adducam sanitatem tibi, Jer. 30, 17. לא סליקת אסו non ascendit curatio, hebr. ארכת, Jer. 8, 22. אסו לא סליקת לך curatio nulla ascendit tibi, hebr. רְפָאוֹת Jer. 30. 13. ארום אסו הוא לנהורא דעינין quod medicina esset lumini oculorum, Gen. 3, 6 in Jonathane. In Onkelo est אֵירֹס inusitate. Legi posset אָכוּ: nam י saepissime est index *τοῦ* Scheva. Cum Aff. אַסּוּתֵיהּ verbum curationis suae, Ps. 107, 20. Ap. Rabb. legitur, מן דעמיש בגו מיכליה אסיר למימר ליה אסותא מפגי סכנא qui sternutat inter edendum, vetitum est dicere ipsi אסותא salus, propter periculum etc. Sic hoc nomine אסוּתָא sternutanti respondere solent Judaei, pro eo quod Latini dicunt *salus, sit saluti*. Dicunt et hebraice רפואה pro eodem In Talmud. hier. Ber. 10d haec ita leguntur: אין דעמיש בגו מיכליה אסיר למימר ליה בגין סכנת דנפשא. Qui etc. prohibitum est ei dicere ייס, quod possit esse vel imperat. יַס per apoc. pro יַסֵּי sanus esto: vel Fut. 3 pers. יָיס sanationi, saluti sit. Ar. legit יס et exponit יהי.[202]

אַסְיוּתָא *idem*: אסיותא תהוי לכונשרך sanitas erit umbilico tuo, hebr. רפאות, Prov. 3, 8.

מַאְסֵי *idem*: ולכולא בשריה מאסי et toti carni ejus, medicina, hebr. מַרְפֵּא, Prov. 4, 22. ולישנא דחכימי מאסי lingua autem sapientum medicina est, Prov. 12, 18. Sic legendum: nam libri aliter habent. Chaldaeum nomen est, ut Hebraeum מרפא.

---

202) Vox pro imperat. verbi *ξάω* (*ξη*) habetur. Aliis est gr. *ἴασις*.

אַסְיָא *myrtus, arbor*, idem quod hebr. הֲדַס. Hinc de regina Esth. legitur: והוו קרין לה הדסה על די הות צדקתא וצדיקיא דמתילו לאסא וגו׳ et nominabant eam Hadassam, eo quod esset justa: justi autem, qui assimilantur myrto, vocarunt eam Estheram, Esth. 2, 7. In secundo Targum ibid. והדסה הוה שמה כמה דאסא et Hadassa erat nomen ejus, quasi dicas *myrtus*. Et mox, וחלוף אורבינא יסק אסא et pro urtica, ascendet myrtus, (juxta id quod legitur Jes, 55, 13) sic pro regina Vasti regnabat Esther. Et mox, ואסתר יתקרי שמה הדסה בשם אסא ואיך דלא אסא יבש קיסא ומתוא וכו׳ et Estherae nomen vocatum fuit Hadassa, nomine myrti: nam sicut myrtus non arescit aestate vel hieme, (sic justis est pars in saeculo hoc et in saeculo venturo,) q. d. semper florent. Plur. שיקיא באסיא מפכירין plateae erant myrtis stratae, Esth. 8, 15 Ap. Talmud. אסא דקאי ביני חליפי אסא שמיה ואסא קרו ליה myrtus stans inter urticas, myrtus est nomen ejus et myrtum vocant eum, Sanh. 44a. Sententia proverbialis est, qua usi olim fuerunt in Israëlitas peccatores, qui etsi peccatores essent, manebant tamen Israëlitae et retinebant nomen sanctum, juxta illud: „Peccavit Israël," Jos. 7, 11. Sic viri boni, malorum invidia gravati, manent tamen et vocantur viri boni.

אסא *senex*. Vox peregrina et in magicis usurpata: אסא כלבא אכסא תרנגולא senex est canis, et stulta gallina, Gitt. 69a. Voces magicae, אסא i. e. זקן, et אכסא i. e. שומה.

אַסְיָא *fundanentum*: vide שתם.

אסב (אָסַב) *complanare, rectificare, dirigere*, Talm. אסובי ינוקא complanare infantem, scil. in sabbatho, R. Nachman prohibuit, Raf Scheschet permisit, Schabb. f. 123 a, gl. לתחליק סדר אבריו aequare ordinem membrorum ejus, componere artus et membra, quae in partu aliquando distorqueri solent. Autor Ar. exponit de uvula gutturis, (quam vocat ערלת הגרון praeputium gutturis) quae cum decidit tunc obstetrix inserto in os digito dirigit eam, unde sequitur aliquando vomitus. Hinc Munst. scripsit, significare *lingulam in gutture sive uvulam*.

אַסּוֹבָא *hissopus*. Sic Munst. adducit. Nec in Ar nec in Targ. sic occurrit, sed אֲזוֹבָא de quo vide in אזב.

אסג אִיסְגִּיטְרִין quidam libri איסגניסטרין. Corruptum gr. est ab *εὐγενέτης* vel *εὐγενὴς, generosus, praeclaro genere ortus vel natus*. Plur. est, q. d. *εὐγενέστεροι* nobilis prosapiae viri. Legitur in Medr. Esth. c. 3, 4.

אסד (אָסַד) אִיסָּד *cervical, pulvinar cervici subjectum*:[203] ושוי איסדוהי et posuit eos in cervicalia sibi, hebr. Gen. 28, 11. Sic v. 18. שויאת איסדוהי posuit cervicalia ejus, 1. Sam. 19, 13 vide et v. 16 et c. 26, 7 et 1. Reg. 19, 6. וית מנא דמיא דאיסדוהי et vasculum aquae cervicalium ejus, i. e. quod erat ad cervicalia ejus, 1. Sam. 26, 16. מאיסדי שאול a cervicalibus Saulis, 1. Sam. 26, 12.

אַסְדָּה *compages trabium, quae per aquam ducuntur et praebent usum navis, rates*, Talm. שישבו בספינה או באסדה qui sedent una in navi aut ratibus, Zavim c. 3 Vide R. Davidem 2. Paral. 2, 15. היה מהלך בספינה או באסדא יכוין לבו כנגד בית קדשי הקדשים qui proficiscitur in navi vel ratibus, diriget cor suum versus sanctum sanctorum, i. e. templum sanctum Hierosolymitanum, Ber. 28a, gl. אסדא hebr. dicuntur רפסדות[204]. Quidam volunt esse idem quod סד *cippus*, ex illo, ותשם בסד רגלי, Job. 13, 27.

אסם (אָסַם) *comessari, epulari*: דאסיתן בבשרא qui comessantur carnem, Prov. 23, 20. hebr. ne sis בְּזוֹלְלֵי בָשָׂר inter comessatores carnis, i. e. inter luxuriosos. Graece *ἀσωτεύομαι luxuriose vivo*.

אָסִיט *comessator, epulo*: רוי ואסיט מתמסכן ebriosus et comessator pauperascunt, Prov. 23, 21. Graecis *ἄσωτος luxuriosus*. Hinc et Syrum באסוטיתא *ἐν ἀσωτίᾳ*, 1. Pet. 4, 3.

אָסְטָא vide mox infra in אָסְטָוָא. Sic enim saepius scribitur.

אִסְטַבְלָאוֹת *stabula*: vide ordinem אצט.

אִסְטַגְיוֹת *taeniae, vincula, fasciae*: פורנה אם יש לה אסטגיות furnus si fuerint ipsi fasciae, pollutus est, Talm. Kelim c. 8. Glossator unus, ליחבו, אסטגיות, שפיות (quae ibi conjunguntur) idem sunt, sed tenuitate vel crassitie differunt: alter interpretum explicat נקבים *foramina*. Furni intelliguntur majores, ut ferri, figulorum et similes. In quibusdam libris legitur אסטגיות, (ut in Mischnajoth mĭnoribus, in glossa, videre est) unde apparet esse corruptum Graecum a *στεγανὸς* vel *στεγανώματα* i. e. *nexus, vincula*, quae rem continent, ne dissolvatur aut collabatur. Ar. scribit esse כמו גג quasi *tectum*, nec tectum simpliciter, sed quasi כיפה etc. Haec interpretatio similiter prodit originem graecam. Nam *στεγανὸς tectum*. Forte ergo legendum אסטגנן a *στεγανὸς*: nam sigma graecum saepissime ap. Rab. in Nun finale mutatum est. Sed qnid Munst vidit scribens אִסְטַגְיוֹת *figura?*

אִסְטַגְנִינִין *astrologi: genethliaci, magi, qui et Chaldaei per synecdochen aliquando fuerunt dicti*. Dicitur et אסטגנינן forma feminea. Est etiam pro ס aliquando ז, ut hae duae literae in peregrinis vocibus promiscue scribuntur. Usurpatur pro hebr. חרטמים, quod plerumque *magos* reddunt[205]. Ab. Esra, Dan. 2. חכמי התולדות genethliacos explicat: et Ex. 7, 11 ecribit, התרטומים sunt scientes secreta nativitatis. Targum היודעים סוד התולדות et fecerunt sic magi carminibus, ועבדו היכדין אסטגנין incantationibus suis, Ex. 8, 7. אַסְטַגְנִינֵיָּא magi, Ex. 8, 18. ולא יכלו אסטגניא et non potuerunt magi consistere coram Mose, Ex. 9, 11. מחת שיחנא באסטגניא plaga ulcerum in magis, et in omnibus Aegyptiis, Ex. 9, 11. ואמרו אסטגני פרעה et dixerunt magi Pharaonis, Ex. 8, 19. Et aliter אֲצַטַּגְנִינֵי מִצְרַיִם magi Aegypti, Ex. 7. 22.

---

203) Syr. ܣܕܐ arab. أسد (pro وسد) accubitum lecti formam habens (gr. *ἀναγκλιντήριον*), super quo interdiu quietis ergo incumbitur. (cf. Cast. Hepta. p. 174). Aliis est arab. سند quod idem est ab eademque radice, سند *nixus fuit*.

204) Ita quidem haec vox in Talm. h. per אסכריא *σχέδια* explicatur. Mussafia vero *asseda* exponit, a quo et ducit.

205) Nonnullis est gr. *ὁ στεγανὸς homo tectus*, alludit vero ut videtur, gr. *Ὀσταναι*, de quo Suidas: *Ὀσταναι οὗτοι πρώην παρὰ Πέρσαις Μάγοι ἐλέγοντο*. Cf. Laërtii praefatione locum ex Xantho Lydo.

Omnia haec sunt in Targ. Jon. ומלכת אסטגנינהי et consilium magorum ipsius perversorum, Job. 5, 13 Magi Aegypti principales nominantur in Jonathane, יניס ויסברים Janes et Jambres, Ex. 7. 11 quorum mentio fit in N. T. 2. ad Timoth. 3, 8, Vide infra in litera Jod: Ap. Talm. שמא יטעו אצטגניני פרעה forte errabunt astrologi (vel astronomi, inspectores astrorum) Pharaonis, dicentque: משה בראי הוא Moses mendax est, Ber. 4a. שראו אצטגניני פרעה טעו quod viderant astronomi Pharaonis, in eo errarunt, Sota 12b. Hoc exemplum in Ar. adducitur per Samech scriptum, ut et alia plur. אין התורה מצויה לא באיסטרולוגין ולא באסטגנינין lex non invenitur in astrologis, neque in magis, Sepher hammusar c. 19 f. 98a. edit. Cracov.

אֶסְטַגְנִינוּת, אֶצְטַגְנִינוּת *astronomia* vel *astrologia*, i. e. חכמת המזלות *scientia astrorum*: נסתכלתי באצטגנינות שלי ואיני ראוי לתוליד בן ואמר לו צא מאיצטגנינות שלך conspexi in astronomia mea, me non fore idoneum ad generandum filium: dixit ipsi: egredere de astronomia tua, שאין מזל לישראל non enim est astrum Israëlitis, i. e. Israëlitarum fortuna non dependet ex astris, Talm. Schab. f. 156a. אצטגנינות היתה בלבו של אברהם astronomia erat in animo Abrahami, i. e. excellens erat חחה בכוכבים inspector astrorum, Bava basra 16b. Sic ראיצטגנינות גדולה חיתה בלבו quod astronomia, i. e. astronomiae scientia maxima erat in eo, scilicet Abrahamo, Joma 28b. R. Salomon hic scribit, „reges orientis et occidentis convenisse eum, ad discendam astronomiam.“ Aruch scribit etiam אסטגניות, quomodo hodie in Gemara non legitur.

אֶסְטַדְיָא, אִיצְטַדְיָא *stadium*, *στάδιον*, *locus spacious*, *certum spacium viae continens*, *curriculum*, *locus in quo cursu certatur*, *theatrum*, *in quo ludi et spectacula et luctae animalium agitantur*. Vide lexica latina et graeca. Cic. 2. Tuscul. „Ut in stadio cursores exclamant, quam maxime possunt.“ Apud Talmud. אין בונין עמהם בסיליקי גדולה איצטדיא וביטה non exstruunt (Israëlitae) cum ipsis (gentilibus) basilicam, tribunal judiciale, stadium spectaculorum et suggestum, Av. sara 16 in Mischna, gl מקום שחוק *locus publicus ludi*, veluti ubi boves vel alia animalia luctantur. Forte est plurale אֶצְטַדְרִיָּא. Nam singularis forma alia etiam est, ut sequitur.

אִצְטַדְרִין *idem*. Hinc שור האצטדין *bos stadii*, i. e. qui edoctus et assuefactus est ad feriendum et in theatris luctandum, B. kama c. 4 in Misna. Plurale לְאִיצְטַדְרִינִין דְּהוֹלְכִי qui ingreditur stadia vel theatra, ad spectandum lusus vel luctationes, ר"ע 18b, sic ibi saepius. Glossa, *locus est*, *ubi producunt bovem ad cornupetendum*. Forte legendum אֶצְטַדְיוֹן, quod propius accederet ad Graecum: certe in Syro legitur, דְּבֵאסְטַדְיוֹן qui in stadio currunt, 1 ad Cor. 9, 24. רָהֲטִין

אסטכין vide infra in אסטכין.

אִיסְטָא, אִיסְטְבָא, אִיצְטָא, אִיצְטְבָא *porticus*, *locus consessus advenientium prope portam*, *ubi expectant*, *donec sit tempus ingrediendi domum vel conclave principale*. Variae porticus fuerunt, pro diversitate structurarum, quibus adjunctae fuerunt porticus, ut erat aula regia, templum, praetorium et similia. Joh. 5, 2 mentio fit quinque porticuum. Item *scamnum*, *sedile*, *cathedra*. Item *scamna librorum*, *mercium et aliarum rerum*, Schaffi. Corruptum videtur ex gr. *στοὰ*, ut magis patet ex usu Syro. Nam *ἐπὶ τῇ στοᾷ*, syre est, לאסטוא, Act. 3, 11 et 5, 11. Quin et talmudice dicitur סטיו i. e. *στοὰ*, *porticus*.[206] Vide id in סטה. Hinc porticus Salomonis, Joh. 10, 23. Quia autem porticus prope portam est vocatur comunius ab Hebraeis בית שער, ut notat Rab. Salomon 1. Reg. 6, 3 et 7, 6 ubi vide eum. Vers. 7 ibidem describitur porticus praetorii sive tribunalis etc. Rectius scribitur cum ס quam cum צ, sed hae duae literae in vocabulis barbaris promiscue usurpari solent, magis tamen צ in usu est ap. Talm: מונחות ע"ג האיצטבא Pesach. 11b et 13b. ישבו על ספסל של אבן או על האיצטבא של מרחץ si sedeant super sella aut scamno lapideo aut super scamno balnei, Nidda f. 59b in Misna. דסמכי אאיצטבי qui plurimi erant in scamnis, Pesach. c. 5 in fine. איצטבא שלפני העמודים porticus quae est ante colomnas, Schab. 7a. Porticus non erat absque scamnis et sedilibus, unde et hic *sedile* explicari potest. Plur. אצטבאין et איצטבאות: unde מקום מוקף האיצטבאות locus circumdatus sedilibus. Et aliter. בנה איצטבא exstruens cathedram in die festo; nempe ex lateribus et caemento, Betza 32b. איצטבא של עץ cathedra lignea. מעשה איצטבא opus scamni i. e. forma recta et ordine, ut in scamnis sedent homines.

אִיסְטְנִית *idem*: האיסטונית רשות היחיד לשבת porticus est locus in potestate unius, i. e. locus privatus, quoad consessum: est autem רשות הרבים licentiae plurium (i. e. locus publicus) quoad pollutionem, Talm. Tahor. c. 6. Scribitur et per Tzade loco Samech: ים ובקעה האיסטונית והכרמלית mare, vallis, porticus et locus publicus inaccessus, non sunt ut locus privatus, neque ut locus publicus, Schab. 6b. איסטונית היתה נקראת porticus vocabatur איסטונית, quae antea vocata fuit סטיו *στοὰ*, Pesach. 13, 2.

אֶסְטְנָא *idem*: כהלכתא איסטונא על קאים מלכא והא et ecce rex stabat in porticu, pro more, 2. Reg. 11, 14 hebr. על עמד juxta columnas, i. e. in intercolumnio, in porticu columnis septo, ubi solium erat pro consessu regis. Vide hic R Davidem. Sic 2. Reg. 23, 3. In more Nevoch. par. 1 cap. 36 sumitur pro *cylindro*, quia formam columnae habet.

אִיסְטַטִּירָא *statio*: *basis*, *statumen*: כשלכת איסטטיונו perficiens stationem suam, Ber. r. s. 75. איסטטיונו של עולם basis mundi, Ber. r. s, 66.

אִיסְטָטִיבָא *stativa*, *statio*; *cessatio*, *quies*. Ap. Rabb. בישר הם בשעה שהוא עושה איסטטיבא אינו נותן דונטיבא ובשעה שהוא נותן דונטיבא אינו עושה איסטטיבה אבל הקב"ה עשה איסטטיבא ונתן דונטיבה שנ' וישבות i. e. caro et sanguis, (i. e. homo) quando facit stativam, (i. e. quietem et cessationem ab opere) non dat donativam (mercedem aut donum) quo autem tempore dat mercedem, non facit stativam. Sed deus sanctus et facit stativam et dat donum, sic

206) Aliter Michaelis voccm ad pers. استون arab. اسطوانة *columna* et *porticus* vertit.

dictum est: Et quievit (fecit stativam) Gen. 2, 2. Et benedixit, v. 3 i. e., bonis et donis cumulavit diem septimum, sicut alibi ברכה benedictio, vocatur donum, Gen. 33, 11.

אִיסְטָנִית *vaga, vagabunda, instabilis*, epitheton mulieris. Puto esse a gr. *ἀστατέω vagor, inconstans sum, ἄστατος instabilis, inconstans.* Plur. אסטניות Ber. r. s. 45. Sic recte in Jalkut, s. לך לך exponitur per יתצנית. Guido aliter et aliene explicavit. In Elle habdebharim rabba s. כי תצא pro eo legitur אסטניות.

אִסְטֵן *sagittare, sagittis impetere et ferire.* Munst. ad antecedens nomen אסטין ponit: et verbaliter, *sagittare.* Respexit, ut puto, ad formam אסטו. Sed Guido ponit אסטיו. Vide סיו.

אִיסְטַכְיוֹן Sic adducitur in Ar. in litera א. In גל sexto, אסטריו. In Ber. rab. s. 19 in explicatione ejus, ויעשו להם תגורות „et fecerunt sibi subligacula vel cinctoria," Gen. 3, 7. R. Abba sacerdos dixit: תגורה cinctorium unum, non est scriptum hic, sed תגורות cinctoria, nempe תגורי תגורות varia cinctoria, veluti אסטכויא quibus intelliguntur מיני מלבושים varia vestimenta, quibus tegebant se Adam et Eva. Non igitur est cingulum, zona, ut Munst. posuit. Similiter legitur in Talm. hier. B. basra c. ultim. in fine: והוה עביד ליה תרא אסטכין מן תר עטר pro tunicae vel vestis cujusdam specie. In gl. scribitur per ר, אסטרכין. Voces sunt corcuptae, sed ad unam originem procul dubio referendae. Explicatur autem per נתונת.

אִיסְטוֹלִי *epistola.* Corruptum est ex Graeco *ἐπιστολή* quod Rabbini scribunt אסטולי, de quo infra in ordine אסם.

אִסְטָלִי, אִסְטוֹלִי. אִסְטָלָא *stola, chlamys, amictus, vestimentum*, gr. *στολή* et *στολίς, indumentum honoratius et longius.* Scribitur promiscue אִצְטָלָא commutatis hisce literis, ut in praecedentibus: נסב שם ויפת ית אסטלא et accepit Schem et Japhet pallium, hebr. השמלה, Gen 9, 23 in Jonath. ית אסטלא דמלכותא vestimentum regium, Esth. 7, 6. ויח אצטלא et pallium, hebr. ואת אדרת Jos. 7, 24. Et propius ad formam graecam אִסְטוֹלִי וְלָבוּשׁ stolam et vestimentum, Gen. 45, 22 in Jon. אצטלי בבלי stolam babylonicam, hebr. אדרת שנער Jos. 7, 21. לאצטולי כתן ad indumentum lineum, Deut. 22, 12 in Jon. מזון ואסטלא alimentum et indumentum, hebr. לחם ושמלה Deut 10, 18. וחמש אסטולי דלבושים et quinque stolas vestimentorum, Gen. 45, 22.

אִצְטְלִית *idem*: וכן תעביד לאצטליתיה sic etiam facies vestimento ejus, hebr. לשמלתו, Deut. 22, 3 in T. H. וידמך באסטליתיה et cubet in vestimento suo, hebr. בשלמתו Deut. 24, 13. Plur. ועבדו להון אצטלין et fecerunt sibi indumenta, hebr. תגורות subligacula, cinctoria, Gen. 3, 7 in T. hier. וחלתין אצטלין et triginta pallia, Jud. 14, 13. Forma mascul. וְיָהַב אִצְטְלְיָא et dedit pallia honorata. hebr. ויתן החליפות, Jud. 14, 19.

אִצְטַבְלָאוֹת, אִסְטַבְלָאוֹת *stabula, praesepia.* Corruptum est, et alias rectius pro eo dicitur אִצְטַבְלָאוֹת.

אִסְטָלָא *chalybs.* Ap. Talm. יציאה בעמוד השחר כאסטמא לשרולא egressio ad lucem aurorae, est (corpori) sicut chalybs ferro, Berach. 62 b. Glossator id non de egressione ad iter, sed להחזות „ad exonerandum alvum," interpretatur. Item, שינה בעמוד השחר כאסטמא לשרולא somnus cum columna (i. e. radiis) aurorae, est (senibus) sicut chalybs ferro, ibid. Aliquando scribitur אצטמא. Corruptum est a gr. *στόμωμα*, ut notat Ar. quod scribit איצטומא.

אִסְטְמָא *ornamentum capitis muliebre ex diversis coloribus, gemmis et margaritis, ad sustentandos capillos, ne dilabantur aut diffluant, ligamentum ornatum puellarum ad continendos capillos frontis et temporum*, Talmud. יוצאה אשה בכבול ובאיסטמא לחצר egreditur mulier (in sabbatho) cum etc. in conclave (non autem foras) Schab. 57 b. שלשה נאמרו באיסטמא tria dicuntur de ligamento capillorum: non judicatur esse ex heterogeneis: non polluit tactu: non egrediuntur cum eo foras, seu extra domum, nempe in sabbatho, ibid. Item מאי איסטמא כליא פרחי quid est istema? cohibens capillos volatiles, nempe tenuiores ad tempora, quae communi ligamento non constringuntur, ibid. In Talm. hier. c. 6 exponitur מצנפת קטנה המונע משערה מלצאת.

אִסְטוֹמָכָא *stomachus*, *στόμαχος, ventriculus, cibi et potus receptaculum*: אסטומכא דכרסא stomachus ventris, Chol. 50 b. אסטומכא דליבא stomachus cordis, ע״ז 29 a. quod diversimode explicatur. R. David ad illud, בכח תאכילה תהיא „virtute cibi istius", 1. Reg. 19, 8 scribit; כלומר שנשתרא המאכל באסטומכא ולא בשלה אותו הכח המבשלת i. e, quasi diceret, quod commoratus esset cibus in stomacho, neque concoxisset eum facultas concoctrix, neque attraxisset eum facultas attractris. In Talm. hier. Schab cap. במה אשה scribitur: בתי הנפש, hoc est, בתי הנפש (Ez. 3, 20). Aquilas transtulit אסטמכיאות (q. d. *στομαχεῖα*), quod B. Ar. explicat דבר שניתן על בית הנפש.

אִסְטַמְיְחָה Sic adducitur in Ar. ex Schab. 67 a. et explicatur, quod videatur esse ענין חותם significationis *sigilli*, ut alibi sumitur סימומתא pro *obsignatione*, per commutationem מ et ת Sed haec interpretatio loco Gemarae non convenit. Referuntur ibi formulae incantationum, verba magica et nomina angelorum sive daemonum, quae in incantationibus usurpari solent. Deinde scribitur aliter hodie, כשכנז מריגז ואיסטמאה quae nomina angelorum esse videntur. Alia etiam est lectio in Aruch.

אִיסְטַנְדִּירָא[207] *praefectus, praetor.* Talm. באיסטנדירא sicut praefectus in Misan, Schab. 72 b gl. שילטון דמישן „dominator." לשום אסטנדירא דבשכר nomine praefecti Bjscaris, Gittin 80 b.

אִסְטְנִיס *infirmus, debilis, valetudinarius, languidus, nauseabundus.* Graecum est *ἀσθενής.* Quandoque scribitur cum ת in medio. הנח עבדין יתי איסטנים ista faciunt me debilem, Job. 6, 7 in secundo ejus versus Targum. Sic legit Elias: hodie legitur in Bibliis איסתנים Ap. Talm. frequens est: איסטנים אני debilis, infirmus sum ego: כלום איסטנים אתה יותר מפרעה an forte debilior tu es Pharaone? Sota fol. 11 a.

---

207) Vox composita ex gr. *ἄστυ urbs* et *ἀνήρ* (*ἄνδρος*) vir, quasi ille, qui rei praest.

אִיסְטְנִיסוּת *infirmitas, debilitas, languor*, Rab. אשר מאנה לנגוע נפשי מרוב האיסטניסות והטיאוס quae respuit attingere anima mea prae magnitudine infirmitatis et nauseae. Rabbi Levi Jobi 6, 7.

אִסְטִיס, et sine א, סטים *herba unde fit color similis purpuraceo, indicum*: *crocus*: Sic explicat B. Ar. אנדיקו „*indico* vernacule", arabice, גיל, et aramice מוריקא. Videamus loca; ומטיני צובעין ספיחי אסטים et ex specie colorantium vel tingentium herbarum, sunt sponte-renata אסטים croci vel indici, Scheviith c. VII, ubi disputant de jure recrescentium anno septimo. R. Salom. exponit מוריקא קרו"ץ *crocus*. Bartenora scribit, est herba, colorem dans similem לתכלת „hyacinthino", quae cum demetitur, recrescit; et hinc inter sponte-renata refertur. Sine aleph: סטים ופואה כרי לצבוע בהן crocus, vel indicum et rubia ad tingendum iis, Schab. f. 89b. סטים וקנצה B. kama fol. 101b. Legitur etiam in More Nevochim par. 1 c. 73 ubi R. Samuel Aben Tybbon in explicatione vocum peregrinarum scribit: אסטים vocabulum talmudicum, posui pro eo quod arabice vocatur גיל, et in lingua vernacula אינדי *indicum*, propterea quod inveni B. Ar. hanc vocem ita exponere, quamvis sapientes Hispaniae aliter explicent. Haec ille. Quod scribunt arabice vocari גיל, observa errorem in lexico Schindleri in radice גול. Ponitur ibi, גיל *procus* legendum *crocus*. Et sic exponunt Hebraei hanc vocem. Ego omnino puto esse graecum *ἰσάτις*, *isatis*, quam Latini alias *glastum* appellant. Dioscorides lib. 2. cap. 215. *Ἰσάτις ἥμερος*, *ἣν οἱ βαφεῖς χρῶνται*, quae latinus interpres ita reddit: „Sativum glastum quo infectores lanarum utuntur, folium habet plantagini simile etc." Plin. lib. 20 c. 7 inter genera lactucae refert; Tertium, ait, genus est in sylvis nascens, isatin vocant. Quarto infectores lanarum utuntur, quod glastum vocant" etc. Caesar lib. 5 de bello Gallico: „Britanni glasto se inficiunt, quod caeruleum efficit colorem etc. Ex hac etymologia apparet, rectius scribi cum א, quam sine eo.

אִיסְטָטִית *statio, resistentia, rebellio, factio*, Talm. איסטטים היא זו factio est illud, conspiratio est, Makkos f. 5a. in Mischna. Idem in sequentibus scribitur איסטמית a סמה declinare q. d. *declinatio est, declinant illi et conspirant invicem ad male faciendum*. Videtur esse graecum *στάσις* seditio, rebellio et *στασιάζειν* factiosum, seditiosum esse.

אִסְטַסְיָאנִית sic adducitur in Aruch. Legitur hodie in Ber. rabba unde citatur, sect. 45 et sic in Jalkut אִסְטָטְנִית, quod paulo ante explicatum est. Male Munst. hanc vocem notavit אִסְטַסִיאָנוּת *vagabunda*. Ea forma esset vagatio. Vide supra.

איסטופיטא. Vox peregrina et corrupta. In Medr. Ruth. c. 1, 17. מילא דאיסטופיטא i. e. דבר חשוב *res pretiosa*, ut in glossa explicatur.[208]

אִסְטַפְנִינִין[209] *oleris vel fructus hortensis species, de qua disputatur, an decimae dandae sint*, Demaj c. 2 in Talm. hier. Non est porrum, ut Munst. posuit, quod alio nomine ibi vocatur: forte peculiaris quaedam ejus est species.

אִסְטַקְטוֹן *balsamum, stacte, στακτή*. Vide אסת.

אִסְטְרִיטִין *privilegium*. Dicitur et אסטורין singulariter: איסטורין זה נתן משה ליהודה בשעת וכו' privilegium hoc dedit Moses Jehudae, tempore exitus ejus ex Aegypto, Medr. Till. Ps. 102.

אִיסְטְרוֹבִיל. Videtur esse a graeco *στρόβιλος*, quod est *vortex, turbo, trochus; aliquid rotundum, quod in gyrum rapitur vel agitatur*. Hinc est *basis molae, cui lapides incumbunt, aut arca lignea rotunda, circa molas*. Scribitur et saepe אצטרובלין pars inferior lapidum molarium. In Gem. סכר את הבית מכר את האיסטרובל vendens domum, vendit etiam arcam-molae, sed non infundibulum molae, B. basra 65a in Mischna, gloss. עגול של עץ שסביב הריחים „orbis ligneus circa molam, vulgo צור"קייא. Illud vas immobile: hoc mobile, illud idcirca cum mola venditur, hoc vero non." Alibi explicatur סיבוב של עץ שהוא תחת הרחיים orbis ligni sub molis, Zavim IV. In Ber. rab. s. 28. אמוחה את האדם ר' לוי א' אפילו אסטרובילין של רחיים נמחה „delebo hominem", (Genes. 6. 7) R. Levi dixit: etiam basis molae deleta fuit. Gl. רחים התחתונה mola inferiòr, quae est fundamentum molae superioris. Sic s. 30 ubi explicatur אבנייה „basis molae pavimento incumbens:" מושב הריחים עישור נכסי מאצטרובלא accipiebat decimam facultatum de molae arca, Kethubh 69a. gl. אצטרובלא מושב אמת הסים. Item *pinus*, et *nux pinea*, sic dicta, quod trochi figuram habet. Sic *στρόβιλος* etiam Graecis, et strobilus Latinis significat, unde apparet esse a Graecis mutuatam hanc vocem. Ap. Talm. אלו דברים אסורים למכור לגוים אצטרובלין ובנות שוח וכו' hae res vetitae sunt, ut vendantur gentibus; nempe nuces pineae, ficus albae etc. quia suspendunt eas ante idola sua, ע"ז 14a. Subjicit Gemara, מאי אצטרובלין תורגימתא quid est strobelin? Pinus, (cedri species sic vocata, ut legitur in R. haschana 23, 1). Sed Raf Saphra dixit, פירי דארזא „fructus cedri est," i. e. nux pinea. Sic quoque accipitur in Medr. Till. Ps. 2 circa finem et Schir haschirim rabba c. 7, 2. Quod Gem. strobelin hic explicat „pinum arborem", non omnino de nihilo est. Nam apud Graecos etiam *στρόβιλος* sumitur tam pro nuce pinea, quam pro arbore ferente *τοὺς στροβίλους*, ut ostendit Henr. Stephanus in Thesauro gr. linguae, in hac voce. Et hinc emendandus mihi videtur locus apud Plin. l. 16 c. 10, ubi de pino et pinastro agens, ita subdit: Easdem arbores alio nomine esse per Italiam, quos tibulos vocant, plerique arbitrantur. Putarim hic pro „tibulos", legendum „strobilos". Nam tibulorum mentio vix apud ullum autorem reperietur. De strobilo autem vide quoque Dioscoridem l. 1 c. 87.

אִסְטְרוֹנְגִי Vide infra in אסטרונג.

*) אסטים *ἑστία habitatio, sedes*. Schem rab. פ' התודש הזה.

208) Er Millin pro lat. *stupiditas* habet, ut significet *rem, quam animus stupet, res stupenda*.

209) *σταφυλῖνος* pastinaca. Cast.

אִסְטַרְיָא *annulus, orbis ex ferro, fune aut vimine in capite navis, ad quem ligatur navis et sistitur.* Talm. קמרי דקמרי באספוירא. Schab. 111b, in princ. capitis. In gl. et in Ar. legitur אספדירא: sed prior lectio ter in textu isto repetitur.

אִסְטָרָא *strata, platea, via publica omnibus strata et patens*, ital. *Strada*, Germ. Straße: *via, semita.* Quandoque scribitur אִסְרָם corrupte: אִסְרָם חֲדָא, via una, Deut. 1, 1 in Jon. היכדין אסרם sic est via omnium eorum, qui obliviscuntur Dei, Job. 8, 13. בְּאִסְטָרָתָא דְּמַלְכָּא in via regis, Num. 20, 17 in Targ. hier. ואסרמא ולא אתוב et viam, qua non sum reversurus, abeo, hebr. ואזרה, Job. 16, 22. Plur. תְּרֵי עֲשַׂר אִסְרָטִין duodecim viae vel semitae, Deut. 1, 1 in T. Jon. דַּחֲלִיף אִסְרָטֵי qui transit vias maris, Ps. 8, 9. אסרטי ארחיהון semitae viarum ipsorum, Job. 6, 18. אסרטי תימא vias Tema, Job. 6, 19. Et femin. ap. Rabb. אִסְטָרָא אִסְטוֹת מְקוּלָקָלוֹת plateae vastatae.

אִסְטַרְטְיָא *expeditio, militia: exercitus, agmen, catalogus sive index militum.* Est a gr. *στρατεία* vel *στρατιὰ*: מי שהיה מוכתב באספרטיא של מלך quicunque fuit scriptus in militia regis, i. e. in catalogo, indice militum, Kidd. 76a in Mischna, gl. פנקס הגייסות „index militum," Kriegsrobel. Item באספרטין של רוצחנין in catalogo latronum, נואפין של moechorum, Rab. Ber. rab. s. 87, sed scribitur אספטין

אִסְטַרְטִיג, אִסְטַרְטִינָא *dux exercitus, praefectus bello, capitaneus, strategus*: Est a gr. *στρατηγὸς*. וְנָפַק אִסְטַרְטִיג פְּלִשְׁתָּאֵי et egressus est strategus Philistaeorum, hebr. מצב „statio", 1. Sam. 13, 23. לְאִסְטַרְטִיג ad strategum, 1. Sam. 14, 1. ואספטינא חד et praefectus unus, hebr. ונציב 1. Reg. 4, 19. Intelligitur ibi praefectus annonae. Plur. הַמַּנְּיָי בֶּאֱדוֹם אִסְטַרְטִינִין et constituit in Edom praefectos, hebr. נצבים, 2. Sam. 8, 14. תְּרֵי עֲסַר אִסְטַרְטִינַיָּא duodecim praefecti constituti super universum Israëlem, 1. Reg. 4, 5. ית אספטיגי פלשתאי praefectos Philistaeorum, hebr. נציב 1. Sam. 13, 3. Pro hac forma ap. Talm. aliquando corruptissime legitur אספרוגי, pro אספטיגי: B. basra 143a.

אִסְטַרְטִיוֹט *στρατιώτης, stratiota, stratiotes, miles.*

אִסְטַרְטֵלִיטִין *strategi, capitanei*: Ber. rab. s. 44. איפרכין ואספרטליטין eparchae et strategi, Vajik. rab. s. 1. Graecum est *στρατηλάτης*. Alibi, אספרטליוטין prave.

אספרטוס *strategus, capitaneus.* Sic citat Ar. ex Vajik. rab. s. 16. Sed ibi nunc legitur אספרטליטוס, ex praecedenti forma. Plural. אִסְטַרְטִילוֹסִין capitanei: לות אספרטילוסי מלכא ad duces militares regis Esth. 3, 12 et 8, 9 et 9, 3.

אִסְטַרְטִינוֹס prave pro אִסְטַרְטִיגוֹס

אִסְטַרְטֵלִטִין *capitanei.* Corruptum graecum est.

אַסְטְרוֹלוֹגוֹס *astrologus, ἀστρόλογος.* In Medrasch. saepe occurrit. Glossa חוזה בכוכבים *inspector astrorum.* Mendose saepe scribitur, ut pleraque graecae originis. In Debharim rabba parascha נצבים scribitur: אין התורה מצוייה באסטרולוגין שאומנותן בשמים lex non reperitur apud astrologos, quorum studium occupatur in coelis, in coeli contemplatione.

אַסְטְרוֹלוֹגְיָא *astrologia, scientia astrorum*: וצפה אותו השלטון באסטרולוגיאה et observaverat iste dominator in astrologia, Ber. rab. s. 63 gl. חכמת התוזים בכוכבים „scientia eorum qui inspiciunt astra."

אִסְטְרוֹפוֹמְיָא *vertibile, flexibile, plicabile.* Corruptum graecum est a *στρεπτὸς* vel *στρεφόμενος*. Legitur in Talm Middoth c. IV. ad quem locum vide Annotationes Viri Clariss. D. Constantini l'Empereur; Ber. rab. s. 66 ubi consule commentarium hebraeum. In Jalkut est איסטרומומה, f. 34b.

בְּאִסְטַרְקְלִילֵיהּ אִסְטַרְקְלִילָא *lamina aerea*: in lamina aerea, quae erat ante genua ejus, Esth. 5, 9. Videtur omnino esse quod טְרַקְלִילִין 1. Sam. 17, 6.

אִסְיָא אסי *Asia, una ex tribus mundi partibus principalibus*, Gen. 10, 3 in Targ. hieros.

אַסִּי *mederi, curare.* Vide supra in אסא.

אַסְיוּתָא, אָסְיָא vide supra in אסא.

אוּסְיָא vide supra in אוס.

אַסְיָא *fundamentum*, vide in אסס.

אַפּוֹטַרְכָּא *praefectus, dominator*. Sic adducit Ar. ex Ber. rab. sed ibi s, 94 hodie legitur אפטוריקא, et exponitur נשיא *princeps*. Videtur corruptum esse ex „patriarcha", qui est princeps et caput Graecorum. Iste liber corruptis graecis vocabulis abundat.

אַפְטִירְיָא In praecedenti voce explicatum est.

אַפִּיטְרוֹפוֹס, אַפּוֹטְרוֹפוֹס *tutor, curator, procurator, praefectus, administrator*. Graecum est ἐπίτροπος. In. Targ. דמנא אפיטרופוס על ביתיה qui constitutus erat administrator domus ejus Gen. 43, 15 Jon. De Menasse Josephi filio. ומנייה אפיטרופוס על ביתיה et constituit eum praefectum domus suae, Gen. 39, 4 Jon. De Josepho aulae regis Pharaonis praefecto. דאתמנא אפיטרופוס על ביתיה quicunque esset constitutus praefectus super domum ejus, Est. 1, 8. Plur. וימנֵי אַפִּיטְרוֹפִין עַל אַרְעָא et constituat praefectos in terra, heb. פקידים Gen. 41, 34. Jon. תחות יד אפיטרופין sub manu praefectorum, vel curatorum annonae, Gen. 41, 35. וימנֵי מַלְכָּא אַפִּיטְרוֹפִין et constituit rex praefectos, administratores in omnibus provinciis regni sui, Est. 2, 3. Ap. Rab. et Talm. usitatissimum est: אפוטרופא לדיקנאי לא מוקמינן tutorem vel curatorem barbato non damus, B. mezia 39 a. Adulti non habent opus tutore: ipsimet debent administrare res suas. ליתמי מעמידין אפיטרופוס pupillis constituunt tutorem, ibid. יתום ששוחטין עליו אפטרופסין pupillus pro quo mactant tutores, sc. agnum paschalem, comedit eum in quovis loco, Pesach 87 in Misna. אין אפוטרופוס לעריות nemo est tutor libidinis, vel pudicitiae muliebris, Ketub. 13 b. V. de eo etiam in ערה.

אַפִּיטְרוֹסְיָא *curatrix, administratrix*, Talm או שכיבה אפיטרופיא aut constituit eam curatricem rerum omnium agendarum, emendarum, vendendarum etc. Pesach. 68 b. או נעשית אפיטרופיא aut facta sit curatrix, ibid. in Gem.

אפיטרופסות *curatio, administratio*, ibid in Com. שבועת אפיטרופסות juramentum curationis, quo jurabant, se fideliter administraturos, ibid. in glossa.

אַפִּירְיָטְרוֹס *medicus equarius*, ut Valerius eum appellat, *curator equorum, veterinarius*. Graecum est ἱππίατρος. חמורה חולה תוליכה אצל האפיטרוס asina aegrotabat ac deducebat eam ad hippiatrum, Bemid. rab. s. 9. Hoc est quod Guido et alii ponunt אַפִּיטְרוֹס *solcas ferreas efficiens*.

אַפִּילוּ vide supra in ord. אף.

אַפִּיקוֹמֶן, אַפִּיקוּרוֹס et alia plura originis graecae, vide infra in ord. אפק, etsi ad hunc ordinem magis pertinerent.

אפיונות *parvi, minorennes* idem quod מעוטות, Talm. hier. Git. c. V, 47 b.[239]

אפך (אַסַּךְ) *vertere, convertere, conjicere se in fugam, vertere terga, fugere*. Idem est cum hebr. הָסַךְ per literarum gutturalium commutationem. Praet. אָסַךְ vertit terga Israel coram Philistaeis, hebr. נס „fugit", 1. Sam. 4, 17. ימא אסתכל ואפך mare vidit, et fugit, hebr. ויגס Ps. 114, 3. ועמא דאפך למדברא et populus, qui fugit versus desertum, hebr. הַנָּס, Jos. 8, 20. ואפכת et fugit, 2. Sam. 4, 4. אפכת אילי convertisti ejulatus meos in tripudia, hebr. חפכת, Ps. 30, 12. מִן סְדָרָא דְקָרָבָא אַפְכִית ex ordine praelii fugi, 1. Sam. 4, 16. וַאַפְכוּ et fugerunt, heb. ויגוסו, Jud. 7, 21. ואפיכו מן קדמוהי et fugerunt ante eum, 1. Sam. 19, 8. Infinit. לְמֵיסַךְ קֳדָם בַּעֲלֵי דְבָבֵיהוֹן ad fugiendum coram hostibus suis, Jos. 7, 12. במיפכתן in fugiendo ipsos, cum fugerent coram hostibus suis, Jos. 10, 11. Fut. וְאָן מִן קֳדָמָךְ אֵיסַּךְ et quonam a te fugiam, heb. אברח, Ps. 139, 7. מה לך ימא ארום תאסוך quid tibi o mare accidit, ut fugeres, Ps. 114, 5. וניסוך קדמיהון ut fugiamus ante eos, Jos. 8, 5. Quaedam cum Dagesch notantur quasi ex Pahel, sed praestat esse omnia ex una conjugatione.

אַפְכָא *praeterea, etiam*, Guido ex Zohar. Credat qui volet.

אַפְכָא *contrarium, quasi inversum dicas*. Legitur in proverbiali quodam ap. Talm.: עבדא אפוכא רכיב וסוסיא איזיל ואיפכא מסתברא cum servus equo vehitur, et dominus ejus pedes incedit, contrarium fieri debere existimatur, aut, res inversa esse judicatur. Ubi servi dominos agunt, et famulae heras, ordo inversus est, et pessime res administrantur.

אַפְכִי, אִיפְכִי, אִיסְכִי *remissio, condonatio*. In Ber. r. s. 41. שבו ביום נמלו ישראל אופכי על עונותיהם דא"ר שמואל

---

*) אפטונאות *ὑπεύθυνος obnoxius, reus, sons*. Cast. d. q. A. n. in ממן. 237) *ἀφθονία abundantia, uberitas*. 238) *Oratio ante obitum*. V. in ממר. 239) Redditur etiam per קדייא, quod gr. est *παιδία*.

בר נחמן אמכי גרולה נטלו ישראל על עונותיהם שחרב בית המקדש eo ipso die acceperunt Israelitae remissionem peccatorum suorum. Nam R. Samuel filius Nachmanis dixerat: Remissionem maximam acceperunt Israelitae super peccata sua eo die, quo vastata fuit domus sanctuarii, sicut dictum est: „Completa est iniquitas tua, filia Tzionis", Thr. 3, 22. In Medr. rab. super hunc locum, legitur אישתכי. Ar. אמכי. Rursus in Vaj. rab. s. 34: R. Levi dixit: Viginti duabus vicibus scriptum est אשרי, et ex omnibus illis לא נטל אמוכי אלא זה non accepit compensationem nisi hanc: וכאי אמוכי נטל et quam compensationem accepit? ביום רעה יחלטהו „in die mali eripiet eum", Ps. 41, 2. gl. הנחה ושכר טוב *respirationem*, vel *dimissionem et mercedem bonam*. Si est ab hac radice, est quasi contraria compensatio et retributio. Ar. scribit, in lingua gr. vocant להנחה dimissionem, remissionem אמכי, q. d. מוחל לחם לעונותיהם. Haec interpretatio suspicionem injicit, vel conjecturam movet, quasi אמכי sit corruptum ex *ἄφεσις dimissio, remissio*, pro אמכי, resecta ultima litera. Et *ἀφίημι remitto, condono*. Facilis corruptela in ס et כ: vel est *ἀποχή* „apocha."[240]

אמכיות. Sic ponit Aruch. Munst. explicat, *liber historiarum*, i. e. ספרי זכרונות, pro quo in Ar. est ספרי זכרונות. Nam אמכיות est plurale. Ar. adducit ex Tanchuma, ibi hodie legitur aliter. Verba autoris sunt, דומה לבעל הבית שהיה שוקל ארנטיות וכותב אנפוריות simile est patrifamilias, qui accipiens arcas, et conscribit merces; in fine sectionis שלח לך Num. 15. ארנטן *arca, capsa*, quae hic intelligitur, in quibus merces repositae, et ex locis longinquis fuerant transmissae. אנפוריות *merces*, quod est ab *ἐμπορία* mercatura, et rectius cum Mem post Aleph scriberetur, quomodo dicunt אֶמְפּוֹרִין *ἔμποροι* mercatores. Pro eo Ar. scribit אמכיות, quod sine dubio vitiosum est.

אַפֵּילָא *serotinum, quod serius provenit*. Tg. אין חרמי נצחן או אפילי num praecocia praevalebunt, an vero serotina? Ecl. 11, 2 ארי אפילתא אנן nam serotina sunt, heb. אפילות Ex. 9, 32. Ap. Talm. frequenter sibi opponuntur אפילי et חרמי. Sic sunt אפילי nubes serotinae, quae post pluviam oriuntur; חרמי nubes primores, quae pluviam praecedunt Taan. 3 b אַפֵּלְיָתָא oves serotinae, quae in Martio proveniunt, et imbecilliores sunt: חַרְמֵיתָא oves primores, quae mense Februario nascuntur: et validiores sunt, Rh. 8 Fruges serotinae, quae Februario sive initio aestatis feruntur primores, quae Octobri sive initio hyemis, B. mezia 106 b.

אַפְלָטוֹן *Plato philosophus*. צורות האפלטוניות ideae platonicae, More 32 a. in שם טוב.

אַפִּילוֹן *pallium, toga, vestis exterior longior, qua homo tegitur*, ut R. Salom. scribit in lib. Schab. 120 a. Ubi inter octodecim vestimentorum genera numeratur, quae in sabbatho induere et deponere licitum est.

אַפּוּלְיָא *Appulia, regni vel provinciae nomen*, Ez. 27, 6. B. Ar. pro eo legit אִי־בַלְיָא, ut v. 7.

אפליז *atrium*. Sic adducit Aruch: hodie legitur pro eo אנפליז de quo supra in אנף. Munst. perperam interpretatur.

אפליז *tentorium*. נסתכל אפליז של עולם aspicit tentorium mundi. Ar. adducit ex Tanch.[241] Puto ibi hodie aliter legi et esse פאפליז *papilio*, de quo suo loco vide. Munst. *tentorium vel nomen habitus*. Cujus habitus? In Jalk. 99 c. 4 legi: עשו לי אפוליז שארבר עמה facite mihi tentorium, ut loquar cum ea. gl. סוכם מתנצץ בלשון יון. Si gr. est, possit deduci a *πυλών, πυλεών*. Sed alibi pro eo legitur מפליז. Vide illic. Est ergo *papilio, pavillon*.

אפליית[242] sic ponit Ar. in hoc ordine, quasi Aleph sit radicale, et exponit עגין שחוק ולעגה significare *risum* vel *subsannationem*. Inde Munst. fecit אַפְלֵיָרְתָּ delusio, irrisio. Male. Est verbum ex Aphel, q. v. in פלה vel מלה, sig. 4.

אַפְלִיקְתָא *varium, variegatum, versicolor*. In Mdr. c. 4 v. 11. ואלבישך רקמה ר' סימי אמר ופורפירא תרגם עקילס איפליקתא „et vestivi te versicoloribus," Ez. 16, 10. R. Simei dixit: et purpura. Aquila (graecus interpres) interpretatus est איפליקתא. Haec ibi. Hinc Munst. putavit, significare *purpuram*. At vero id h. l. non dicitur sed deum populo suo dedisse vestimenta ex רקמה et פורפירא. Sequens autem interpretatio ex Aquila innuit, vocem istam איפליקתא esse corruptam et mendosam. An ita in Aquila legatur, videant quibus ista versio ad manum est. Communis hodierna gr. habet *ποικίλα*. Est autem *ποικίλος varium, versicolor, ex variis coloribus mixtum*. Sic Chaldaeus vocem רקמה exponit לְבוּשֵׁי צִיּוּרִין vestimenta colorum.[243] B. Ar. in litera פ legit פוקרטון פולקטון. Voces sunt corruptae.

אַפִּירְמָא *fenestra tecti*, Talm. Est a פום, quod idem cum heb. פה *os oris*: והוה סליק באיפומא qui ascendit in fenestram tecti, in os summum domus, Erub. f. 100 a gl. דרך פי ארובה למעלה מן הגג. Sic נפל נהורה באיפומא incidit lux per fenestram tecti, Kidd. 81 a. חזא חושלא באיפומא vidit hordeum decorticatum per fenestram, Chol· 51 a.

אַפַּמְיָא *Apamia, Apamea, nomen urbis, quae in Coelesyria metropolis fuit*. Inde ista regio Apamia et Apamena dicta fuit. Conditor ejus traditur fuisse Seleucus, ut autor est Plin. lib. V. cap. 24 et cap. 30. Vide et eos, qui terram sanctam descripserunt. Sed et in Targ. ejus est mentio לְאַפַּמְיָא Num. 34, 10, in Jon. ubi in Tg. hier. לְאַפַּמְיָס pro hebr. לשפם. Sic ibid.

---

240) Sed בני אפוכי, quod ut ex Midr. Thren. III. 13 videndum, idem est ac בני איפוחיי (v. annot. nost. supra p. 68) ad gr. *ἀπεχις* referendum, ut sit *carcere inclusi* i. e. *obsides*.

241) B. Ar. quatuor אפוליז citat, quorum primum ad *πυλέων tentorium* quidem, secundum (Kelim 25) ad gr. *πίλιον, πίλεον galerus, pileum*, tertium (Schab. 120 a) ad lat. *palium*, spectare videntur; quartum vero, illud nempe ex Midr. Tanchuma, minime cum A. nostro pro *πυλέων* sed, sano ut gaudeat hic locus sensu, pro gr. *ἀπόλεια* haberi debet, ut sit, *pravitas, pernicies, interitus*. 242) pr. *φλύος jocus, nugae, ineptiae*.

243) Vocem verisimile pro gr. *πλεκτός* habet, ut sit *plicatus, tectus, variegatus*, quasi *acu pingendo factus*, idem quod hebr. רקמה pro quo ponitur.

v. 11. Ap. Talm. עד היכא עד אפמיא תרתי תתאה. עד היכא quousque? usque ad Apamiam inferiorem. Duae Apamiae fuerunt: una superior, altera inferior, Kidd. 71b. מביא בכורים מאפמיא adducebat primitas ex Apamia, Challa c. 4 in fine.

אפומא.[244] InAr. legitur ex Pesikta: Quomodo fuerunt aquae (maris) factae Israëlitis instar muri, Ex. 14, 22 etc. ולא חזן אלא כאילין אפומא פי' מראות sed non fuerunt nisi ut ista *specularia*, i. e. מראות, q. d. muri fuerunt pellucidi instar vitri. Non est ergo singul. num. ut Munst. notavit.

אפומנימא, איפומנימא *processus criminalis*, Munst. In Deut. rab. in סדר ואתחנן f. 290 c. 4. איפומנימא שלו נקרין processum ipsius praelegebant, vel confessionem, acta ipsius. Est gr. *ex ὑπόμνημα*. Mox per ם legitur ibid. איפומנינא, eodem sensu.

אופימנמאא *lex, edictum, mandatum*: In Schem. rab. s. 28 legitur משל למלך שביקש לעשות אופימנמאא חוץ מדעתו simile hoc est regi, qui voluit facere legem praeter sententiam consiliariorum suorum. In gl. scribitur, juxta sensum esse נימום וסדר תורה. In Medr. עקדת יצחק scribitur אפי ממימא. Est vox gr. corrupta, cujus origo inquirenda.[245]

אוֹפָן אופן *rota*, hebr. Ap. Rabb. *modus, forma circulus*. אופן המזלות circulus signorum coelestium, *Zodiacus*. אופן המישור circulus rectitudinis vel aequalitatis, *aequator*. אופן המפריש circulus distinguens, *horizon*, apud astronomos. Sic אוֹפָן הַיָּשָׁר circulus rectus, aequidistans, *parallelus*. אוֹפַן חֲצִי הַיּוֹם circulus dimidii diei, i. e. *meridianus* etc. Apud grammaticos: Scheva in media dictione non venit sub gutturalibus, רק באחד משלשה אופנים nisi in aliquo trium modorum, nempe propter accentum, dages et chirek. Vide etiam in capit. Cantici 10. Pro eo etiam dicunt מגים. Ap. Talm. in illud, „non facietis mecum deos extraneos," Ex. 20, 23. לא תעשון כדמות ששה חמשה לפני בכדים כנגן אופנים ושרפים וחיות הקודש ומלאכי השרת i. e. Non facietis juxta similitudinem ministrorum meorum, ministrantium coram me in excelso, ut sunt rotae, Seraphim, animalia sancta et angeli ministrantes. R. hasch. 24b „rotae" de quibus Ez. 1. Iis enim solium majestatis divinae regi et moveri volunt. „Seraphim" sunt angeli, de quibus Jes. 6. „Animalia sancta" sunt, de quibus Ez. 1. Haec enim solio itidem serviunt. „Angeli ministrantes" sunt omnes alii, quorum ministerio Deus utitur erga homines pios. Hinc Munst. אופנים explicavit angelos.[246]

---

244) *φανότης lucerna*. Cf. annot. n. supra p. 66.

*) אפומיליה et אפומליא Talm. h. Nedar. 40b *ἐπιμηλίς* quoddam *ἀπίου* genus. Cast.

*) אפומיות (in Pirke R. Elieser) i. q. אכפומיות d. q. supra.

245) Nonnulli אפימנמאא gr. *ἐπιτάγματα, lex*, legendum esse putant; rectius vero si corrigere lubet אפרנומאא legeres, ut sit gr. *ὑπομνήματις*.

246) Quod attinet ad etymologiam sanumque vocis sensum, nota, quae his adjecta est, maxime necessaria mihi videtur: Theologia Judaica, etiamsi unum credens deum, tamen ab iis, cum quibus versati sunt Judaei, vel quibus fuerunt vicini, populis corrupta est. Indicae philosophiae principia in S. sacrae cosmogonia, omnino illis, qui ante Mosem fuerunt temporibus, saepius inveniuntur, ita ut facile indicam philosophiam in judaïcam esse receptam cognoscamus. (Cf. annot. nost. ad קדמוני). Ita et post Mosem ex aegyptio cultu nonnullas accepit partes, quod, ubi congregent ambo, negari nequit; haud aliter denique prophetarum temporibus, quibus Judaei cum Asiae propriae populis saepe convenerunt, et ab illis populis sententiae quaedam judaicis adjectae sunt. Coluerunt vero asiaticae gentes nihil nisi naturam i. e. adoraverunt vires terrae s. naturae et omnia ea, in quibus dei cujusdam potestas cerni potuit (cf. Moveri Phoen.), quae religio Judaeis etiam aliqua auctoritate fuit; nam vires illae naturae angelorum nomine in religionem Judaeorum receptae sunt; sed eo discrimine ut ethnicis populis deus nihil aliud fuisset nisi vis *intra* ipsius naturae fines efficax eique conjuncta, certis legibus tum devastans et disturbens, tum procreans et excitans invita ut valeret; Judaeis vero vis fuit *supra* naturam et ab ea soluta, ut potestate sua in omnibus praestaret naturae viribus ei subjectis, i. e. *angelis*. Uti vero quaevis alia ratio et haec, sc. angelorum, originis tempore exiguis fuit finibus singulasque naturae vires non distinxit, nisi illas, quae maxime oculis expositae sunt: vim devastandi nempe et disturbandi, quam שרפים (a. v. שרף *combussit exussit*) atque illam procreandi et excitandi, quam חיות (a. v. חיה *convaluit, recreatus est*) appellavit. Inde apud Jesaiam, primum hujusce aetatis prophetam prae ceteris angelis שרפים tantum et חיות mentio fit, quos (Is. 6) fulminibus fumoque (quibus sc. processus disturbandi et procreandi efficitur) coopertos solium Dei (i. e. coelum et terram universamque naturam) portantes affingit. Diligentius cognoscentibus Judaeis naturam penetrantibusque dein in ejus secreta ambae vires conjunctae videbantur, ita, ut recreandi vis ab illa delendi penderet, ambae tamen *rotae* (אופן) similes in se vertentes, ut in putredinem et vastationem descenderent et inde in vigorem rursus atque essentiam surgerent i. e., ut essent vel non essent res efficerent vi vitali quadam inter Seraphim et Chajoth versante, quam vim circuitumve ii, qui deinde fuerunt prophetae, nomine אופן s. גלגל (i. e. rota) notaverunt. Primum igitur Ezechielem, ilius temporis prophetam invenis sermonem imaginibus naturae plurime pingentem voceque אופן utentem. In consideranda enim natura omnipotentia dei in illam dominantis afflatus ad sermonem quam maxime splendidam se tollit unitatem mundi ut doceret sicuti deus unus est. Ea sola atque unica ratione caput illum primum difficillimumque intelligere potes, ubi de „rota (אופן) oculis plena", i. e. de vi vitali non fortuiter sed voluntate efficace loquitur; pariter atque sententia illa aristotelea (de coelo I, 4) *ὁ δὲ θεὸς καὶ ἡ φῦσις οὐδὲν μάτην ποιοῦσιν*; item de „rota intra rotam" (אופן בתוך אופן) narratur, quo nihil aliud significatur, nisi singula naturae portenta rotae instar per se vertentia in tra magnam illam rotam coelo enus surgentem, quae est natura universa, circumagi, unitatem mundi ut efficiant. Sic illud „et similitudo, vel species

אֲפוּן *cicer*, *pisum*, Talm. hier. Nasir 56b c. 7. Plur. אֲפוּנִים cicera, pisa, Talm. ואפונים השושין מן הרעים cicera minuta sunt species seminum: cicera majora se habent ut species olerum, Kil. c. 3. השושין i. e. החלקים minutiora, ex locutione Targ., ושפית יהיה בשופיכא et comminues illud in mortario Deut. 9, 21. הגמלונים i. e. הגסים crassa, vel הגדולים majora, unde quaelibet res magna vocatur גמלאה, vide גמל.

---

vultus ipsorum (sc. Chajoth) erat vultus hominis" (ibid. v. 10), ubi viribus procreandi et excitandi similitudidem esse cum homini docetur convenienter ad illam apud Platonem iteratam sententiam (Tim. p. 41), quae hominem rerum omnium protypum habet. Ita et omnino compluribus in Platonis operibus impr. in Timaeo occurris, quae cum visionibus Ezechielis in rationem nostram expositis quam accuratissime congruunt, ita ut et de nostra sententia et de illa Numenii, qui Platonem ex Judaeorum scriptis permulta sumsisse confirmat (Clem. Alex. Strom. I, 842; Euseb. pr. ev. XI, 10), persuasum Tibi habiturus sis. Quae ratio de mundi unitate renovata quidem at vero prorsus nova apud Judaeos non fuit. Jam pridem enim (Gen. 3, 25) narratur, „morte in genus humanum decreta expulsoque e paradiso Adamo deus ad portam paradisi Cherubim collocasse flammeumque gladium in gyro vertentem." Quam narrationem perscrutantes eandem, quam in אופן expositam intelligentiam invenimus. Est quidem „Cherub" nihil aliud nisi *vis vitalis* atque *geniturae* (id quod jam pridem Talmudici falsa quidem etymologia, sana vero ratione praesagiverunt. Cf. Chagiga 13b et annot. n. a. v. כרוב) inter vitam, paradisum scil. in quo arbor vitae sita erat, atque mortem, seu illam terram, ad quam mortis damnatum genus humanum se contulit. Ad hanc intelligentiam et nomen illius terrae Naid spectat (Gen. 4, 16. Cf. et Philonis Lit. Judaei in initio). Inest quidem radici נוד notio *vagandi*, *hinc inde movendi atque agitandi*, porro ut dicere liceat, terrae illi ad quam se Adamus contulit collocatusque ubi erat Cherub, Naid nomen fuisse, propter instabilitatem, in qua homo mortalis resque omnes dissipationi obnoxiae versantur, materiamque vice peractam, in qua vis vitalis illa, sc. Cherub, efficacem se praestat. Relatione facta cur in capite decimo (Ez.) eodem sensu quo caput primum habito loco Ofan Cherub invenitur; quoniam, ut ex dictis elucet, utrisque eadem ratio inest (cf. More p. III. c. II. et III.). Hoc modo ratio angelorum apud Judaeos e commercio cum Asiae populis orta quidem esse mihi videtur (nam si in scriptis, quae ante Jesaiam inveniuntur ut in psalmis et biblia sacra de מלאך mentio fit translate tantum ponitur pro „nuntio dei" minime vero primativa sententia eadem est, quae מלאך vocis, quo prophetae utuntur et Talmudici), culta vero atque amplificata eo tempore est, quo Judaeis commercium fuit cum Persis. Proinde apud Danielem ceterosque illius temporis prophetas Persarum more complures angelos singulasque naturae vires nomine angelorum disignatas invenis. Imo etiam attributa sancta (קדישין) angelis i. e. viribus naturae imposuerunt ipsumque deum „vitam naturae" (חי עולמים) cujus sc. voluntas spiritus vitalis instar membra naturae permanat) nominaverunt, quadere convalescentibus apud Judaeos philosophiae atque theologiae studiis docti Judaeorum ad evitandam rationem ethnicam deum eundem habentem atque naturam interposito ממשרן deum a natura quam accuratissime discreverunt. Et revera ut omnes, quas memoravi, gentes Indici nempe, Aegyptii, Assyrii atque Persae, ita et Graeci, eorum scil. philosophia, multum atque multum ad theologiam Judaeorum pertinebat; tunc quidem temporis quum, s. S. in linguam gr. translata Judaeorumque scholis Alexandriae florentibus, Aristobulus atque Philo Judaeus et, qui post illos fuerunt, philosophi Alexandriani collationem fecerunt inter philosophiam Graecorum atque, illas rationes, quae antea in theologiam Judaeorum valebant. Primum igitur Aristobulum (181—145a. Ch. n.) invenis qui (et contra pristinam illam Judaeorum rationem, quae deum „vitam mundi חי עולמים), nominavit et contra poëtas philosophosque Graecorum, qui deum attributis determinare conabantur) non deum ipsum, sed divinam ejus facultatem (*θεῖα δύναμις*) ex operibus ejus, quae est natura universa, agnosci posse admonet. Imo ne in hac quidem facultate et quae ceterae sunt virtutibus deum ipsum (*τὸ ὄν*) exercere negat Philo Judaeus nisi intercessore alia supremaque facultate *τοῦ λόγου*. Est vero *ὁ λόγος* Philoni locus (*τόπος*) mundi idearum (*ὁ ἐκ τῶν ἰδεῶν κόσμος*), ea quidem vis universalis, quae architecti instar, in quo conjuntae sunt species seu formae (*ἰδέα*) simul cum virtute actuosa facultateve in materiam valendi (*ἐνέργεια*. Cf. de mundi opif. I, 4 Mang.), oculis oppositum mundum ex nihilo in existentiam profert, quae ratio cum iis, quae de „Ofan oculis pleno vultuque hominis praedita" supra diximus, non parum convenit. Illam gitur supremam dei facultatem, *τὸν λόγον* quam Philo, Judaei vero Serafim, Ofanim et Chajoth nominaverunt, Talmudici nomine ממשרן designaverunt. Supervenit quod illi, qui post Philonem fuerunt philosophi Alexandrini ad amplificandam hanc Philonis rationem loco *τοῦ λόγου* nominibus „*δεύτερος θεὸς, δεμιουργὸς θεὸς* et *γενέσεως ἀρχὴ*" (Euseb. pr. ev. XI, 22) usi sunt ad vim illam spectantes, quae vis est universalis eaque dei summa potestas, in qua conjunctae sunt vires naturae omnes, vis disturbandi scil. (שורפים) atque illa procreandi (חיות) una cum vi vitali (אופן); unde fit, quod apud Talmudicos, qui voce ממשרן in hunc sensum utuntur, angelorum Serafim, Ofanim et Chajoth rarissime mentio fit, (continentur enim omnes in nomine ממשרן); id quod sententiam nostram in initio disputationis de his angelis expositam quam certissime confirmat. Ceterum ad explanandam omnem hanc sententiam quae sequuntur silentio praeterire non licet:

Priscis quidem Judaeorum doctis, qui ut plerique hujusce aetatis philosophi Alexandrini, a deo optimo maximo nil inisi bona oriri posse putabant (Midr. rab. s. 9), omnes naturae facultates angeli, i. e. vires, quae cremento sunt generi humano et saluti, erant, nec vim quidem disturbandi, quoad conditio procreandi est, nocivam habebant. Posterioribus autem et rudioribus seculis more Persarum, qui bonum atque malum principium credebant, amissa genuina ratione, ad distinguendas naturae vires discessum est, salubres nomine מלאך *κατ' ἐξοχήν*, nocivas vero nominibus מלאכי חבלה, מזיקים et שדים ut disignarent. Hinc origo daemonum apud Judaeos, quorum ratio eo culta atque amplificata est, quod, vires

Hinc Munsteri prava interpretatio nata est. Pisa majora intelliguntur hortensia: minora, agrestia.[247]

אַסוּנְדָּה.[248] Sic adducitur hic ab Ar., sed ap. Talm. legitur sine א ab initio, unde vide illud in מגר. לא יכנס non ingredietur homo in montem domus (templi hierosolymitani in sabbatho) cum baculo suo, cum calceo suo, aut cum tunica sua, Berach. 62b. Explicatio Ar. אדם להר הבית במקלו במנעלו ובאסונדתו ובאפונדתו מי' כלי לבוש שהוא חלוק קטן ויש בו הרבה מקומות תפורים ונותנין שם דבר המאורע להם i. e. „est species indumenti, indusium scil. parvum cui multa loca (multi loculi) sunt assuta, quibus imponunt quicquid obvenit ipsis.“ Non fuit ergo simpliciter indusium lineum, quod cuti proxime junctum, sed species quaedam alia interioris indumenti, in quo pecunia aut alia necessaria abscondi et circumferri poterant. Talm. Basil. habet באפונדתו, quod R. Salom. exponit, וחלול שנותנין בו מעות *cingulum cavum, cui imponunt nummos.* Tale cingulum poterat prohibitum esse sabbatho gestare, sed non indusium aut interula linea. Adducit et Ar. alium locum, בין אפונדתו לחלוקו inter cingulum et indusium suum, Schab. 92a. Et hic legitur in Talm. Basil. מפונדתו et distinguitur a חלוק *indusio.* Volunt esse a gr. *ἐπενδύτης*, de quo Joh. 21, 7.

אַפַּנְטִי *occursus, obviam itio.* יוצאין לאפנטי של מלך exiverunt in occursum regis, Tanch. in אמור. Pro פ exiverunt etiam ת, ut hae literae in barbaris vocabulis permutari solent. B. Ar. exponit מחנה. Male. Sic Guido, *castra, turma.* Est a gr. *ἀπάντησις* et idem cum אמפטי supra.

אַפַּנְטֹר *pantherius, lapis pretiosus,* Cant. 5, 14. V. מגם et מנת.

אַפּוּנֵס *piscis nomen,* Talm. Chol. 66b. R. Sal. ibi scribit esse nomen persicum. Plura enim illic piscium nomina persica ponuntur. Aleph servile est.

אַפִּיקְרִיסִין *fructus species,* Talm. Sic adducit Ar. ex Talm. hier. sed ibi hodie legitur מקריסין sine א ab initio, de quo vide in מנק.

אַפַּנְתָּא *obstragulum, superior pars calcei.* Sic Ar. adducit, sed in Gemara legitur מנתא sine א ab initio, Berach. 43b. Sic ante fuit מונדה et אמונדה, synedochice *calceus,* כי מסיימי אפנתא cum essent induti calceis, Taan. f. 12b.

אָפַם (אָפֵם) *deesse, deficere,* hebr. Sic ap. Rab. אפם זכריה deficit Zacharias, i. e. sententia ejus cessat et abrogata est, B. bathra 3a. In Pahel, *impidere, irritium et cessans reddere*: בַּעְלָהּ אַפֵּם יְתַרְהוּן maritus ejus irrita fecit ista, Num. 30, 13 in Targ. hier. Sic et v. 14. Onk. בַּטְּלִנּוּן, hebr. יְהֵפֵרֵם: ושריאו עמא לאפמא קדושתהון et coeperunt populus irritam reddere sanctitatem suam, Num. 25, 1 in Jonath. Vel est *prophanare, polluere,* a מסס in Aphel.

אֲפִיסָה *defectus*: אפיסת הכוחות defectus virium, Rab. אין מחקינין להן אפוסיהן non parant ipsis defectus ipsorum, Medr. Ps. 78.

אִפַּסְטַלִּין *pastilli*: juxta Munst. Medr. Cant. 1, 2.

אִפִּסְטוֹלִי *epistola*: ושלחו לו אפסטולי ותציאו produxerunt ipsi epistolam suam, Ber. rab. s. 74.

אַפּוֹסְטוֹמוֹס *apostomus, princeps fuit Graecorum tempore templi secundi.* Is comburi jussit legem Judaeorum, et erexit imaginem in templo, decimo septimo die mensis Tammus, i. e. Junii, Schab. 26b. Jalk. p. 2 f. 39; Maim. in Hilchos Taanijoth c. 5; Talm. hier. Mass. Taanith c. 4.

אַפְסַנְיָא *stipendia militaria, sumptus, commeatus militares, qui per menses aut in annum in milites impenduntur*: משום אפסניא propter stipendia annua, Sanh. 18b. Item in Misna, ואדב לא ירבה לו מאד אלא כדי ליתן אפסניא „et aurum non multiplicabit sibi (rex) nimium“, nisi ut det stipendia, sc. scalaria annua suis militibus aulicis, latronibus, custodiis, spiculatoribus, et similibus, qui regem stipant, comitantur et defundunt, Sanh. c. 2 f. 21b. Scribitur ibi אספניא, sed vitiose. Nam et syre invenitur, וְיֶסְפְּקוּן לָכוֹן אַסְפְּנָיָתְכוֹן sed sufficiant vobis stipendia vestra, Luc. 3, 14. Corruptum gr. est ab *ὀψώνιον, stipendum, salarium militare, authoramentum, meritum militiae.* Sic in praecedenti loco, *καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν* sed contenti estote stipendiis vestris. Item *ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος* stipendia peccati mors est, ad Rom. 6. *ὀψωνιάζω* stipendia seu annonam praebeo. Munst. זדה *expensas* interpretatur. Est autem צֵדָה viaticum.

אַפְסִינְתִּין *absynthium, ἀψίνθιον,* Tal. עז f. 30a. In gl. scribitur אפסינתא.

אַפַּסְקִימָא *virgultum* sive *arbustum viminale, tenue et flexuosum, quod olim palmae simuoso complexu gaudebat, et longissimis viminibus serviebat.* Plin. L. 16 c. 24 scribit; in oriente funes validos ex palmae foliis factos. Et L. 13 c. 4. Alexandri milites palmis viridibus fuisse strangulatos. Usus talium viminum sive funium etiam fuit in dimetiendis terminis; unde ap. Talm. אין מודדין אלא בחבל של אפסקימא non metiuntur nisi fune Aphaskima, Erub. 58a. Funis hic decebat esse quinquaginta cubitorum, ut ibidem legitur. Plura ibidem de hac voce.

אֲפַסָּקְטִין[249] *fructus arborei certi cum cortice,* Talm. hier. Demai c. 2 et Maaseroth c. 1.

---

animi in pectore humano versantes cum illis in mundo efficacibus viribus naturae comparantes indoles bonas, uti sunt sanctitas omnesque virtutes misericordiam dei nobis conciliantes, מלאכי רחמים vel מלאכים *κατ' ἐξοχήν* nominaverunt, nominibus vero מלאכי חבלה, שדים et מזיקים pro iis flagitiis usurpabant, quae ad interitum hominem redigunt, ut sunt: luxuria, invidia, ira omniaque in corde humano irritamento malorum.

247) Arab. ڤ, ف in פ mutata et proposito א ut putat Relandus.

248) Lat. *funda* cum א proposito. Relandus vocem pers. habet ڪَنْد *cingulum.*

*) אופנא (Talm. h. Demai c. VI.) *manifestum* a gr. *φαίνω.*

*) פפס gr. *ἄφες omitte,* demitte, Ber. r. p. 40. B. baar. 111a. *) אפיסטוליות *ἐπιστύλια* d. q. A. n. in פסס.

249) Rectius transpositis מ et ק אפסקין legeres ut sit gr. *πιστάκια* pistacia.

אֲפַסַּר, אִיפַּסַּר[250] *capistrum, habena, lorum froeni*, germ. Halfter. יתא הגמל באפסר egreditur camelus cum capistro, sc. in sabbatho, Schab. c. 5 in princ. Bestiis etiam quies in sabbatho mandata est, unde nihil oneris ferre debent, quod quieti adversum sit: ארבע בהמות יוצאות באפסר הסוס והחמור והגמל והחכור quatuor bestiae egrediuntur cum capistro (in sabbatho) equus, mulus, camelus et asinus, ibid. in Gem. Et forma fem. מותיב לה אפסירה על כתפה ponit ipsi lorum (quo duci solebat) in dorsum ejus, sc. in sabbatho. Nam ducere loro equum, in sabbatho prohibitum, Kidd. 81a; פולאות יוצאות באפסריהן כרוכין mulae illius egrediebantur cum habenis sive loris complicatis, Schab. 82a.

אֲפַסְתְּקִירָא *hippopera, bulga, saccus coriaceus, in quo feruntur necessaria ad viam.* Sic interpretatur Munst. Legitur. in B. rab. s. 70. וכיון דלא חמי אפסתקיותיה R. Salom. interpretatur פרנסמיא. Aruch vernacule אפליי"ציקי, quod non intelligo. In Jalk. 36 c. 3. אפסתיקה quod videri possit compositum esse ex אפס, i. e. ἵππος, et תיקה theca.

אֲפַע *serpentes, dracones.* Hinc illud גי הצבועים לְוַיְתָן אֲפַעְיָא 1. Sam. 13, 18 in Targ. transfertur צָפַע regulus, basiliscus, Jes. 14, 29 et 59, 5.

אֲפָעָה *vipera, aut certa earum species.* Talmudici scribunt, אפעה septuagesimo anno parere. Bechor 8a.

אֲפַעֲלְפִי *etsi, etiamsi, quamvis*, Rab. Post se habet servile שֶׁ *quod*,

אפף איפוף, איפופי in T. hier. Nedar. c. ult. ab initio; votum fecit quidam, איפופי ישראל לא עללת לביתי עיקרי ישראל לא יכנסו לביתי et confertur cum אוף, de quo supra, ac si idem esset cum eo.

אִיסּוֹפְדִין *scabellum, suppedaneum.* Corruptum est ex gr. ὑποπόδιον. Hinc in Targ. אִיסּוֹפְדִין דְּרַגְלוֹי scabellum pedum ejus, Ex. 24, 10 in T. hier.

אִיסּוֹפוֹדִין *idem.* Hic ו est pro ד, ex non itellecta voce barbara sive graeca: ותחות אפיפדין דרגלוי et sub scabello, vel pro scabello pedum ejus, quod substratum erat solio ejus, erat opus quasi ex lapide sapphiro, Ex. 24, 10 in Targ. Jon. Et mox ibidem: ואתקניה גלוגרק תחות אפיפדין דמרי עלמא et aptavit illum (laterem) in scamillum pro scabello domini hujus mundi. Scamillum est parvum scamnum, ein Schämelin. Scabellum lignum, ein Blöchlin. In Ber. rab. s. 1 disputant, utrum coelum prius conditum, an vero terra? concluditur de coelo, et postea terram esse creatam. Id illustratur simili: Simile est regi, qui curavit sibi fieri solium regale. והשלשאו עשה אפיפדין שלו quum fecisset illud, fecit deinde scabellum ejus. Sic coelum est thronus Dei, terra autem scabellum pedum ejus. Glossator hic agnoscit, originem hujus vocis esse ex lingua graeca. In Medr. Schemuel 52b legitur אפופוריא, quod idem. האפיפודין של בעלי בתין et scabella herorum domesticorum, Kelim c. 16. R. Salom. hic exponit *pulpita, scamna librorum.* Maim. כסא של פרקים *sella articulorum*, i. e. plicatilis, quae plicari et extendi potest, sive libris sive aliis rebus serviat, quae ei imponantur.

אֲפִיפְיוֹר[252] *papa, pontifex romanus.* Quandoque etiam dicunt פיפיור sine א ab initio. De etymologia nihil certi Hebraei afferre possunt. Forte est a praecedenti אפופדין deductum, quod se summae humilitatis causa vocat scabellum, quomodo se servum servorum vocat. In Chronico Tzemach David scribitur, Carolum magnum fuisse primum Caesarem Germaniae sive occidentis factum, anno Christi 801. והתקסר ברומי מאפיפור ליאון השלישי et Caesar factus est Romae a papa Leone tertio, fuitque Caesar primus, שקבל כתר מלכות מהאפיפור qui accepit coronam regni a papa, quod postea in statutum perpetuum tractum fuit. Ibidem: anno Chr. 811. קמו הרומיים על האפיפור ליאון ונקרו לו את עיניו וחתכו אל לשונו insurrexerunt Romani contra papam Leonem, et effoderunt ipsi oculos, exsciderunt que linguam ejus.

אֲפִיפִיּרוֹת *crates ex viminibus factae, quibus fructus arborum reponuntur et asservantur*: אפיפירות עשה לתם קנים Kel. c. 17. gl. כלי ארוג מקנים „vas textum ex calamis", in quo reponunt palmites vinearum. Item *jugamenta in vitibus, vites jugatae*: חמולה את הגפן על מקצת אפיפירות[252a] attollens vitem super quaedam jugamenta, Kilaim c. 6. Hujusmodi juga sunt laxe texta instar cratium. Scribitur et absque Aleph ab initio. Forte est a gr. πάπυρος papyros seu papyrum, nascens in palustribus Aegypti, unde texta fuerunt vela tegetesque funes et alia, teste Theophrasto et aliis. Inde ad alia fortiora translatum vocabulum. V. quoque in פפיר.

אפופלסמון *opobalsamum*, Ber. rab. s. 27. Plin. l. 12 c. 25. „Succus e plaga (arboris balsami) manat, quem opobalsamum vocant, suavitatis eximiae, sed tenui gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua."

אִיפּוּסְתָּסִין, אִיפּוּסְתָּסִין *sententia judicialis.* Gr. est ἀπόφασις, quod et ἀπόφανσις, pronunciatio de re aliqua, sententia de re judicata. ἀπόφασις dicitur ἡ ψῆφος δικαστικὴ: נתלו הן נותנין האופסין ipsi dant sententiam: התיא עליו אופוסין של מות accipiunt sententiam: אופוסין protulit contra eum sententiam mortis, Ps. 52 in Midr. עד שכותביא איפופסין שלו donec pronunciet sententiam judicialem de eo, Ps. 27 in Midr. quod Ar. notat ex forma fem. אפופסיות. Frequens in Medraschim.

אֲפִיסּוֹדִין *scabellum.* Vide paulo ante.

אֲפָצָא *galla, fructus quercuum, cujus usus in conficiendo atramento*: כתבו בכמי מריא ואפצא si scripserit illum cum aquis pluvialibus et galla, Schab. f. 104b. Gitt. 19a. Scribitur et cum ע ab initio[253], עפצא

---

250) Pers. اُسپسار. Opus igitur non est, vocem ad gr. ψάλιον v. ψέλλιον referre, ut nonnulli lexicographi putant.

251) Bochartus vocem אפע s. אפא per hyaenam explicans vertendum contendit „ad vallem hyaenarum" ita enim et Aquila גי הצבועים φάραγγα τῶν θαιτῶν exponit.

252) Qs. פיף רומי *papa Romae.* Cast. 252a ἐπίφορος (ἐπιφέρω) ferens.

*) אפופן (Midr. Til. 18, 5) ἔφυσιν *inter terendum ingerens.*

253) Ita enim et arab. per ע (عفص) scribitur. *) אפיצטלין v. אפיסטלין.

ut in Maim. in הלכות גירושין c. 4 s. 2; קלח אפיץ pellis galla macerata, et praeparata: בראפיצין eo quod galla maceratae sunt, Gitt. 11a.

אָפַץ *occludere, obthurare.* כורת אפוצה alveus apum obthuratus vel oppletus, Ohol. c. 9.

אוֹפֶק אפק *horizon*, ex lingua arab.[254] R. Levi in Comment. ad illud, כעפעפי שחר „sicut palpebrae aurorae", Job. 41, 9. הוא המקום מהאופק est locus ab horizonte, unde oritur sol., et lucidus est ante ortum solis, quasi hora una et paulo amplius: עגולת האופק *circulus horizontis*, More p. 2 c. 4. V. et p. 1 c. 73 propos. 10.

לְאַפּוֹקֵי Vide in נפק.

אפיקמיזין *vomitoria, medicamenta vomitum provocantia*, Talm. אין עושין אפיקמיזין בשבת non faciunt vomitoria in sabbatho, Schab. 123b et 147 in Mischna; nempe vel medicinae causa, vel ut stomachum vacuent et praeparent ad delicias sabbathinas avidius recipiendas. Hoc prohibitum est: est enim res turpis, et sabbatho indecorum. Digitum tamen faucibus ingerere ad vomitum movendum, ut nausea vel morbus tollatur, et corpus ad sabbathum recreetur, id licitum esse tradunt. לאכלה ולא לעשות ממנו אפיקמיזין ad cibum (licitum est) et non ut fiat inde vomitorium, Succa 40b. Vox est peregrina et corrupta. Hebraeorum quidam in etymologia ejus ludunt, ut alias. Ar. et R Sal. volunt esse quasi compositam ex אַפִּיק טַפֵּי זוּן „ejecit multum cibi." Sic melius scriberetur אפיקמזין, literis ו et מ in medio invicem permutatis, prout legitur in Tal. hier. Sab. 17 c. 4. In Jalkut Levit. 191b. legitur אפיקמזין. Ar etiam confert cum loco quodam in Targ. quem citat תּוֹרִיהּ מַבְטְנָן וְלָא יְפַקְמֵז bos ejus ventrem facit (ingravidat) et non evomit, (frustra semen projicit) Job. 21, 10. Pro eo vulgo libri habent יְפַקְמֵן. Ex mendoso mendosum vix corrigitur.

אפקלמורין *indumenti species*, Echa rab. 1 in princ.

אֲפִיקְלִיטִין, אֲפִיקְלִין *judices, arbitri, commissarii.* Vox corrupta gr. ut videtur ex ἐπιχρωτής, ρ et λ, R et L commutatis, ut saepe. In Medraschim legitur.

אפקימא Sic Ar. hic adducit, sed pro eo legitur אפסקימא, d. q supra.

אֲפִיקוֹמָן *bellaria, tragemata, deliciae mensarum secundarum, ut sunt poma, pira, nuces, ficus, amygdalae, mellita, saccharata et similia.* Vox est Hebraeis peregrina, unde qui ejus originem ignorarunt, in ea explicanda varie luserunt. Quidam enim notant, eam sic dictam, quasi אפיקו מיני מזונות „educite varietatem ciborum": alii, אפיקו מן „educite cibum": alii אפיקו מנייכו „educite a vobis", sc. „cibos alios, nullos amplius cibos alios expectate; dimittite a vobis delicias alias": alii denique, אפיקו מיני מתיקות „educite omnia dulcia." Volunt dicere, post usum et esum hujus Aphicomen, nihil amplius cibi aut bellariorum comedendum esse. Elias Levita, propius ad explicationem ejus accedens, post alios omnes scribens in suo Tisbi: Miror, inquit, quod non sciverunt esse gr. dictionem simpliciter. Nam אפיקומו ipsis est *convivium magnum*, et quod edunt post convivium, (i. e. *bellaria*) vocatur אפיקומן, quod verbis Rabbinorum vocatur קינוח סעודה *abstersio prandii.* Haec ille. Est ergo אפיקומן id quod posui. At vero אפיקומו quod Elias adducit, i. e. ἐπίκωμος Graecis, non est convivium magnum, sed comessator, genio liberaliter indulgens, ad comessandum ventitans. Inde dici potest, (quod tamen lexica non ponunt) τὸ ἐπίκωμον, quod ad comessationes venit aut pertinet, ut sunt bellaria et deliciae mensarum secundarum. Et hoc sit Rabbinorum אפיקומן. Hinc iste canon Talmudicorum: אין מפטירין אחר הפסח אפיקומן „non dimittunt (coetum comedentium) post pascha," i. e. post esum agni paschalis cum bellariis, Pes. 119b in Misna. Valde se in hoc explicando torquent interpretes Talmudici. Sensus simpliciter est: non esse permissum post esum agni paschalis bellaria adhibere, et cum bellariis, contubernium convivale dimittere. Nihil enim ulterius post esum agni vel comedere vel bibere licitum unquam fuit, aut licitum est. Agnum autem, sive carnem aliquam hoedi, loco agni, in quibusdam locis comederunt et comedunt, in plerisque autem locis, non. In his locis pro agno usurpatur placenta Aphicomen appellata. Res autem ita se habet, ut in Minhagim et aliis ritualibus libris describitur: Vespera Paschatis, i. e. decima quarta die mensis Nisan, sive martii, peractis precibus vespertinis, ex synagoga domum redeunt. A domesticis interea mensa instruitur magnifice, ita ut quisque suas divitias in ea ostentet, non superbiae causa, sed sancti gaudii ob partam ea nocte ipsis libertatem in Aegypto. Apportantur certi et ad hanc coenam principaliter parati cibi. Juxta hos etiam affertur paropsis cooperta, in qua tres placentae azymae jacent, respectu „sacerdotis, Levitae et populi", quasi omnibus imperatum sit, panem azymum in hoc festo comedere. Funduntur etiam singulis, etiam infantibus, singula pocula eaque quaterna sacra, quae cum precibus et certis solennitatibus bibuntur. Post primum poculum exhaustum, accipitur ex paropside media placenta, et frangitur in duas partes. Altera reponitur inter duas integras: altera reconditur sub mantili aut mappa mensae, in memoriale, quod majores ipsorum massam farinaceam linteis involutam, ex Aegypto exportarint. Haec pars dicitur Aphicomen et servatur ad finem coenae, et comeditur loco agni paschalis, qui omnium ultimo comedi solebat. Absoluta solenniter coena (quod ante mediam noctem fieri debet) requiritur ista abscondita placenta Aphicomen, consecratur, frangitur, distribuitur, ita ut singuli particulam comedant, qua coena tota clauditur, nec quicquam amplius vel cibi vel potus sumitur. Posterioribus ergo Aphicomen dicitur placenta ista fracta et occultata: priscis Talm. pro bellariis usurpatum fuit, quorum diversae species supra dicto loco in Gemara nominantur. Hinc ista: ויקח מצה ואפצעית ויבצענה לשנים ויתן חציה לאחד מהמסובין לשומרה לאפיקומן

---

254) Et quidem أفق et أفاق tractus terrae, *plaga mundi* a verbo أفق heb. אפק *conglobavit in convexum.*

*) אפקילוס *φάκελλος, φάκελλον fascis, fasciculus* Chol. 104.

*) אפקסינון v. פקסינון.

וגותנה תחת הטפח וכו׳ accipitque placentam mediam, ac frangit eam in duas partes. Dimidiam ejus dat alicui accumbentium, ut servet eam pro Aphicomen, ponitque eam sub mappa etc. Item: לאחר גמר כל הסעודה אוכלין המצה השמורה תחת הטפח כל אחד כזית זכר לפסח הנאכל על השבע ויאכלנה בהסיבה i. e. post absolutum totum convivium comedunt placentam conservatam sub mappa, unusquisque tantum quantum, est oliva, in memoriale agni paschalis, qui comedi solebat post satietatem, comedetque eam cum inclinatione corporis, anlehnend, ut securi et liberi etc. Item: אחר אפיקומן אין לאכול שום דבר post Aphicomen non est amplius quicquam comedendum etc. V. Orach Chajim num. 471 et seqq. Maim. p. 1 in stat. de חמץ ומצה c. 6. J. Scaliger in De emendat. Temp. f. 535 edit 2.

אֲפִיקוֹרֶן *libertas, libere, indifferenter.* Ap. Talm. עוף ובינה נאכלין באפיקורן avicula et caseus comeduntur cum libertate, i. e. libere, indifferenter, Chol. 104b. gl. דרך הפקר „modo libero et communi", cum alias inter carnes et lacteos cibos soleat fieri differentia, in apponendo, in manibus abluendis et ore extergendo. Forte est corruptum ex gr. *ἐπικοινῆς* promiscue, communiter.

אֲפִיקוֹרוֹס *epicurus*, *ἐπίκουρος* vel *ἐπικούρειος epicureus, homo levis, atheus, deum et homines maxime probos et sapientes, secure et procaciter contemnens.* Hunc Talm. numerant inter eos, qui non sunt habituri partem in futuro seculo, Sanh. c. 11 in princ. Quis epicurus sit, postea in Gem. explicatur f. 99b, ubi scribitur: epicurus est זה המבזה תלמיד חכם qui contemnit sapientem. Alii dixerunt, זה חמבזה חברו בפני ת״ח qui contemnit socium suum coram sapiente etc. Rambam in Mischn. in Sanh. c. 10. ומלת אפיקורוס היא ארמית vox אפיקורוס est aramea, ac significat eum שמפקר qui arroganter despicit et contemnit legem, aut discentes eam. Proinde vocant hoc nomine omnem eum, qui non credit fundamenta legis, qui contemnit sapientes, vel discipulum aliquem sapientum, aut praeceptorem suum." Abarbenel c. 2 in P. avoth scribit: אפיקורוס הכופר בפיונות התורות ומבזה את דברי חכמים i. e. epicurus est, qui negat pinnas legales (i. e. articulos fidei) et contemnit verba sapientum. Pl. אֲפִיקוֹרוֹסִין et contr. אפיקורין, ut multa alia gr. in *ος*, plur. sigma abjiciunt. Saepe etiam epicurus idem est quod haereticus: nam qui negat articulos fidei, merito dicitur haereticus. Hinc המינין haeretici et אפיקורוסין inter se permutantur. Sic ubi in Talm. veneto est המינין, ibi Talmud. basiliense habet אפיקורוסין: ut לתשובת האפיקורוסין ad responsionem contra haereticos, B. basra 91a pro eo communiter dicitur לתשובת המינין. Vocem autem המינין usurpare recentiores renuunt, quia innotuit abunde, ea christianos intelligi. Alteram autem putant generaliorem esse. Hinc et illa Rabbinorum: הוי שקוד ללמוד תורה כדי שתשיב לאפיקורוס „esto vigil ad discendam legem, ut possis respondere haeretico", Sanh. 38b. שלא יטה לבו לדעות האפיקורוס ne inclinet cor suum ad opiniones haereticas. אפיקורוס נכרי haereticus extraneus i. e. Christianus: אפיקורוס ישראל haereticus Israëlita, qui magis est haereticus quam christianus, quia scit, aut scire debet legem: christianis autem nulla est lex data, ut ipsi dicunt.

אֲפִיקוּרְסוּת *epicureitas, epicureismus: insolentia, arrogantia: haeresis, dissidium, dissensio, varietas opinionum.* Varie scribitur. Quo quisque de vocis origine ignorantior, eo pravius scripsit. Ap. Talm. מיד נזרקה בו אפיקורוסות protinus conjecta fuit in ipsum haeresis i. e. suspectus fuit de haeresi, Kid. 66a. וגורמים לאפקירוסות חילוק הדעות et occasionem praebent dissidio, i. e. varietati sententiarum, diversis aut haereticis opinionibus, Cosri 180a. Item מן תפול לספקות יביאך לאפיקורוסות ולא תסכים דעתך עם הבריך ne incidas in dubia, quae adducant te in diversitatem opinionum, ut non conveniat sententia tua cum sociis tuis, Cosri 181a, וסבת אפקירוסותם et causa haereseos ipsorum, sive dissidii.

אֲפִקִירְתָּא *epicureitas, insolentia, arrogantia in contemnendis aliis, ἐπικουρία, ἐπικούρησις.* Talm. כי האי גונא נמי מיחזי כי אפקירותא id generis etiam habet speciem epicureitatis sive insolentiae, Sanh. 100a, nempe quod aliquis alium sapientem irrisisset. Item כי האי גונא מי כתחזא כאפקרותא id generis videturne esse protervia aut insolentia? Erub. 63a, nempe alligaverat quis asinum in die sabbatho ad arborem, vidente id Rabbi quodam, sed tacente. Tum ille, qui hoc fecerat: Quid, inquit, ad hoc taces? anne peccavi aut insolenter egi? Alibi אבל אפקרותא מנדין לאלתר בלא התראה sed epicureitatem (i. e. hominem epicurum vel haereticum) excommunicant statim, sine praemonitione Rab.

אֲפֶקִירוֹס *nomen proprium gentis*, Jos. 12, 5 et 13, 11. hebr. הַמַּעֲכָתִי Maachataeus. Vicinos habuerunt גשורי Geschuraeos. Scribitur et אֲפִיקִירוֹס forte sic dicti, scribit Masius Jos. 12 a fluvio Epicaero, cujus apud Ptolomaeum fit mentio. Geschuraeorum et Maachataeorum etiam mentio fit Deut. 13, 14 ubi pro Maachataeis in Jonathane legitur אַגְּבִיקִירוֹס et in Targ. hier. עד תחום קריית אפיקרס usque ad terminum urbis Aphicaeres. Anticyra et insulae et urbis nomen est. Meminerunt ejus complures autores. An eo Jon. respexerit, indagandum aliis relinquitur.

אֲפִיקְרִיסִין *indusium, interula*: אפיקריסין היה לובש מבפנים indusium induit intrinsecus, Talm. hier. Ber. c. 1 gl. לבוש התחתון „vestimentum subterius." שש אצבעות של אפקרסין sex digiti de indusio, Kel. c. 29 initio, gl. לבוש תחתון „vestimentum interius", estque apertum ad humeros; cum autem induitur, colligatur ligulis. Legitur et sine א ab initio, ut est s. l. in פקר.

אֲפִקְרְסוּת[255] *velum, velamen capitis* אפקרסותו אינה מעכבת אחד האיש ואחד האשה velamen capitis non impedit (sc. lacerationem vestis) sive sit vir sive mulier, Moed cat. 22b ואם מלית נאה חוא מכליעו באפקרסותו et si pallium sacrum pulchrum est, absorbet illud velamine capitis, Ber. 24b. De sputo est sermo: quod si inter orandum obveniat sputum exspuendum, tunc excipit illud palliolo „tallis": quod si illud pulchrius aut pretiosius

255) Gr. *ἐπικόρσιος* tegumentum capitis.

sit, excipit illud aut abstergit velo capitis, quod alias etiam סודר dicitur; gl. סדר שבראשו. Legitur autem hic literis transpositis, באפרקסותו. Sed Ar. legit priori modo.

אַפְקָרְסוּת *labor, molestia.* למסבול טרחות אפקרסותכן ad ferendum molestiam laborum vestrorum, vel laborem molestiarum vestrarum, Deut. 1, 12 in Jon. א est servile, ut saepe in ordine hujus literae.

אַפְקוּתָא. Ar. id hoc loco ponit: vide id in נפק.

אֲפַר אֲפָרָא *cinis, pulvis.* אורם אפרא היך מזונא סעדית nam cinerem sicut panem comedi, Ps. 102, 10. hebr. אפר, quod alias per קמצא transfertur. Ap. Talm. נותנין אפר מקלה על גבי התיבה ponunt cinerem combustionis super arcam, Taan. c. 2 in Misna. Vocatur „cinis adustionis, cinis verus“: nam עפר *pulvis, terra*, etiam aliquando vocatur אֲפָר *cinis*. Unde in gl. אפר מקלה, i. e. אפר ממש. V. et in B. basra 60. Macc. 21. אפר שרופים cinis combustorum, (sc. hominum) Oholoth c. 2.

אַפְרָא *alga, juncus, juncetum*: ושויתיה באפרה על גב נהרא et reposuit eum in alga in superficie fluminis, hebr. בסוף, Ex. 2, 3. Ar. citat etiam v. 5. וחמת ית תיבותא בגו אפרא et vidit arcam in medio algae. Istud Targ. hodie in nostris libris non legitur.

אַפָּר *pratum.* Sic explicat Ar. voce vernacula. Vult tamen etiam esse ex locutione praecedentis Targ. In genere notat locum pascui, in quo diu noctuque versantur et cubant animalia fera, sylvestria aut agrestia, quae domum non redeunt sub noctem, quae vocantur idcirco מדבריות. Ap. Talm. בייתות הלנות בעיר מדבריות הלנות באפר domestica animalia sunt, quae pernoctant in urbe; sylvestria quae pernoctant in pratis sive pascuis, Betza c. 5 in Misna. Alibi ואלו הן מדבריות כל שיתאות באפר ואינן נכנסות לישובות i. e. ista dicuntur sylvestria, quae egrediuntur in pascuum, sed non revertuntur in locum habitabilem, i. e. in urbem vel domum, ubi habitant homines, Schab. 45 b. Alibi: non concupiscet quisquam terram tuam, Exod. 34, 24. מלמד שתהא פרתך רועה באפר docet id nos, quod vacca tua pastum itura sit in pascuo libero, nemine eam infestante Pes. 8b.

אֲפַרְגְיָאה *vile pretium, vilitas rerum vel mercium.* Ap. Rabb. in L. Pesikta, citante Ar.: Simile est duobus mercatoribus ingredientibus urbem, unus dicit: si aperiamus nos merces nostras simul, אנו עושין אפרגייא nos inducemus vilitatem pretii. Quidam libri habent אפרגינה, scribit idem Aruch. Gr. corruptum est *εὐωνία vilis mercatus*, vilitas mercium; *ἄφαυρος vilis pretii*, juxta quosdam.[256]

אִיפָּרַד quod Ar. hoc loco adducit est passivum a פרד, unde significatum ejus inde petendum fuerit.

אַפְרוֹדִיטֵי *Venus, statua, idolum, sidnum Veneris* gr. est *Ἀφροδίτη*, quomodo Venerem Graeci vocant ab *ἀφρὸς* spuma, quod e spuma maris generata credatur. Male Munst. *hermaphroditum* interpretatatur. Ap. Talm. מפני מה אתה רוחץ במרחץ של אפרודיטי quamobrem tu lavas in balneo Veneris? De idolatoria c. 3 in Misna. 44 b. Maim. annotat; אפרודיטי est nomen stellae, quae alias vocatur נגה. Sic enim scriptum est alicubi: nomen נגה stellae Veneris, quae arabice vocatur זהרה, vocatur in libris imaginum, quae arabice מלאסים vocantur, אפרודיטי Aphrodite. In illo autem balneo erat figura Veneris; unde balneum fuit appellatum. V. et Jalk. f. 278 c. 1.

אַפְרִידוּכְסִיס *archidux.* Sic ponit Munst. et ex eo Guido. Ar. non habet. Legitur in Bemid. rab. s. 10. V. in פרדוכוס.

אפרנתא. Sic Ar. hic ponit: vide illud in פרה. Nam sine Aleph ab initio in Gemara legitur.

אַפְרִיזָא *lignum longum et crassum in longitudine muri, cui trabium extremitates vel capita imponuntur.* Talm. Bava basra 6a.

אָרַךְ (אֲרַךְ) *prolongari, prorogari: prolongare, extendere, protendere.* Praet. וַאֲרִיכוּן אֲרִיחָיָא et protenderunt vectes, hebr. ויאריכו 1R. 8, 8. Fut. לְמַעַן יַאֲרִיכוּן יָמֶיךָ ut prolongent dies tuos, i. e. ut prolongentur, Deut. 5, 16 in Jon. Aphel אוֹרִיךְ *prolongare: differre, exspectare, morari.* Praet. וְאוֹרִיךְ עוֹד שִׁבְעָא et exspectavit adhuc per septem dies, hebr. ויחל Gen. 8, 10. ואוריך שמשא et substitit sol et luna, hebr. וידם, Jos. 10, 13. ואוריכית et exspectavi, Ps. 50, 21. אשר אוריכו יומין qui prolongarunt sive protraxerunt dies post Jehosuam, Jos. 24, 31. Part. דְּמַאֲרִיךְ יוֹמִין בְּחוֹבוֹהִי qui producit dies (diu vivit) in peccatis suis, Eccl. 7, 17. Altera forma frequentior est: די לא מוריך לאנשא quae non moratur homines, Mich. 5, 7. לא מוריך לעלמין non prolongat in perpetuum iram suam, Mich. 7, 18. ומוריך בלחיאתהן et prolongat (frenum) in maxillis ipsorum, Hos. 11, 4. Altera vox in Venetis mendose scripta est. Plur. וּמוֹרְכִין צַד נְהוֹר צַפְרָא et exspectemus usque ad lucem matutinam, 2R. 7, 9. Infin בְּאוֹרָכוּת עֲנָנָא עַל מַשְׁכְּנָא in protrahendo, dum protrahit, moratur nubes super tabernaculo, heb. בהאריך Num. 9, 22. Sic ואורכות v. 19. Imp. שְׁמָשָׁא בְּגִבְעוֹן sol in Gibhone subsiste, heb. דום, Jos. 10, 12. Fut. מָה חֵילִי אֲרוּם אוֹרִיךְ quod est robur meum, ut exspectem, heb. איחל, Job. 6, 11. ואוריך ית יומי et prolongabo dies tuos, 1R. 3, 14. ותוריך יומין et prolonges dies, Deut. 22, 7. ובדיל דתוריך יומין et ut prolonges dies super terra, Deut. 4, 40. ובדיל דיוריך יומין et ut prolonget dies in regno suo, Deut. 17, 20. לא תורכון יומין עלה non prolongabitis dies super ea Deut. 4, 26. דתורכון Deut. 11, 9. יתרכן יומוי protrahent dies illos, i. e protrahentur, producentur dies illi, heb. יארכו, Ez. 12, 22. בדיל דיורכון האריך יומך ut protrahantur dies tui, Ex. 20, 12. Rabb. וכבר הארכתי prolixus esse, prolixe de re aliqua agere: לא להאריך בזה sed jam satis prolixe hac de re egi: non diu immorandum est huic rei.

אָרֵךְ *longus, tardus*: ארך רוח longus spiritu vel animo, i. e. longanimis, heb. ארך אפים Ex. 34, 6 Jon.

אֲרִיךְ *idem*: אריך רוח longus spiritu, heb. ארך אפים Num. 14, 18. אריך רחמין longus misericordiarum, i. e. diu misericordiam servans vel exhibens, ibid. in TgH. אריך אברין longa pennis, longas pennas ad volatum habens, heb. ארך האבר Ez. 17, 3.

אַרִיךְ *aptum, decens, conveniens.* Vide mox infra.

אֹרֶךְ *longitudo*: באורך ירעתא in longitudinem aulaeorum, Ex. 26, 13.

אוֹרְכָא *idem.* Potest et dici אָרְכָא vel אֶרְכָא estque praecedentis vocis forma emphatica: תלת מאה אמין אורכא trecentorum cubitorum erit longitudo, Gen. 6, 15. באורכא דיריעתא in longitudinem aulaeorum, Ex. 26, 13. אורכיה longitudo ejus, Ex. 25, 10. באורכהן juxta longitudinem ipsarum, Ex. 42, 11.

אַרְכָא *protractio, prorogatio, terminus prorogatus:* יהבת להן ארכא dedisti ipsis prorogationem, sc. improbis, ut convertant se, Jes. 26, 10. תהוה ארכה לשלותך erit prorogatio tranquillitati tuae Dan. 4, 24 cum ה more hebraeo. אתיהיבת ליה ארכא data fuit ipsi prorogatio, Ecc. 8, 12. לא תתן ארכא ne des prorogationem, Jer. 15, 15.

אֲרוּכָה *idem*: באורכה *prolixe*: et פעמים שבא בארוכה ופעמים שבא בקצרה R. hasch. 28a. quandoque occidit brevi temporis spatio, quandoque longiori: שביעית לארוכה septima benedictio est ad prolixitatem, h. e. diu est ei immorandum, tarde recitanda, Taan. 16b.

אֲרוּכָה *cicatrix, sanitas*: מעלה אורכה accipit, obducit cicatricem vulnus, ap. Rab. Sic in Targ. ומסיק ארוכין et obducit cicatricem doloribus nostris, i. e. sanat, curat dolores nostros, Ps. 147, 3.

אוֹרֵיכוּת *expectatio, longitudo*: לאוריכות ימין in longitudinem dierum, hebr. לארך ימים Ps. 93, 5. Thr. 5, 20. אוריכותי לותך היא exspectatio mea in te est, heb. תוחלתי, Ps. 93, 8. הא אוריכותיה מכדבא ecce exspectatio ejus fallax est, hebr. תוחלתו, Job. 40, 28.

אוֹרֶכוּת *longitudo*: ואורכות יומך et longitudo dierum tuorum, Deut. 30, 20.

אֲרִיכוּת *idem*: ארי אריכות יומיא nam est longitudo dierum, Jer. 31, 6. די בה אריכות חיה in qua est longitudo vitae, Jes. 38, 11.

הַאֲרָכָה *prolongatio.*

אֲרַךְ *aptare, parare, praeparare, conveniens reddere*: ואריכנא מגילתא ממשכי מבי et apto ego membranas volubiles de pellibus cervorum, gl. מתקן, Keth. 103b. דהוה קא אריך ליה לבשויה quae aptabat, curabat ipsi carnem, i. e. cutem vel corpus ejus, in quo sc. erant fissurae cutis et vulnera, Schab 33b.

אָרִיךְ *aptum, decens, conveniens*: לא אריך לנא למחזא non est conveniens nobis videre ignominiam regis, Esr. 4, 14, gl. הגון „honestum, decens.“ Sic ap. Talm. אריך או לא אריך א"ל לא אריך estne conveniens vel non conveniens? dixit ipsi: non est conveniens, Suc. 44b. הלויני מאה סלעים בסאה ועשרין סלעין ואריך mutuato mihi centum libras piperis, pro centum et viginti libris piperis. Id decet, aequum et justum est. Nam viginti librae redundantes, quae ultra acceptum restituuntur, non sunt fenus vel usura, sed gratitudinis donum, et beneficium pro praestito commodo, Metzia 75a.

אַרְכִי *princeps, praefectus primus et summus.* Graecum est ἀρχή: לוט היה ארכי הדיינין Lot fuit princeps judicum, primus et summus praetor, B. rab. s. 50. Varie cum aliis nominibus compositum invenitur. קריית ארכין civitas principum, heb. קריית ספר Jos. 15, 15. Jud. 1, 11. Vide de eo librum Schickardi Tarich 21a, ubi vult ארכי esse persicum, pro heb. ספר *liber, recensio:* et civitas librorum est civitas studiorum, ubi schola fuit celebris. Inde et R. David eandem vult pers. dictam דביר, quasi civitatem eloquentiae: Item substantive *principatus*: Hinc ארכיות ארכיות הן ואין אחד מהן נכנס לתוך ארכי של חבירו principatus multi sunt, sed nullus ingreditur principatum alterius, Medr. Ruth c. 1 v. 3. Videtur hic ארכי ἀρχαὶ sumi eo sensu, quo ab apostolo ad Rom. 8, 38.

ארכיאטום[275] *idem*, Schem. rab. s. 46.

אַרְכִיטֵקְטוֹס *architectus, magister fabrorum lignariorum, qui domos et conclavia exstruunt*: משל לארכיטקטוס שבנה המדינה simile est architecto, qui aedificat urbem, B. rab. s. 24 in princ. Graecum est *ἀρχιτέκτων*. Corrumptissime autem gr. plerunque ap. Rab scribuntur. In TH. Mass. Berach. c. 9. ארכיטקטנן pro ארכיטקטון.

אַרְכִיטִיקוֹן *idem*, Bemidbar rab. s. 9.

ארכליין[276] vide supra in ordine ארב, in ארבל.

אַרְכִילִיסְטוֹס *sicarius, primarius vel maximus latro, princeps latronum*. Gr. est *ἀρχιλῃστὴς*: משל לארכיליסטוס simile est archilatroni vel praedoni, B. rab. s. 75 et 77.

אַרְכִילוֹסְטַסִין *consiliarii bellici*, Jalk. in Ex 73 c. 1. ex Tanchuma. Videtur esse idem cum praecedenti.

אַרְכוֹלִיסּוֹרִין *primarii* vel *primi speculatorum aut satellitum, qui sontes capiunt et secundum jus e vivis tollunt*. Gr. est *ἀρχολίπαρος*.

אַרְכוֹן *princeps, principatum gerens, dominator*: האן בית נדיב ubi est domus principis, hebr. בית ארכונא Job. 21, 28. דכמת ארכונא sicut principem accederem ipsum, hebr. כמו נגיד, Job. 31, 37. Pl. קָל אַרְכוֹנִין vox principum, Job. 29, 10. דמתמנין ארכונין qui constituti fuerunt principes, Est. 3, 12. וארכונין et principes, Cant. 4, 3. וכבין על סוסין כארכונין vehuntur equis sicut principes, Ecc. 10, 7. לארכונין principibus, hebr. אל נדיבים, Job. 34, 18.

אַרְכִיוֹן *ἀρχεῖον, curia magistratuum, archivum, ubi actorum publicorum scripta asservantur*: היא יהיבא בבית ארכיון iste (lectus) positus est in loco archivorum, vel in armario aut simili loco publico, Deut. 3, 11 in Jon. Pro hoc legitur in TgH. באפרכין, quod forte debet esse בארכין, vel באפרכיא in archejo, vel eparchia.

אַרְכוֹנְטוֹס *princeps*, Ber. rab. s. 76. Medr. Echa c. v. 2 בלע ה'.

אוּרְכָנִיס *idem*. Gr. *ἀρχώνης*: אפילו כבנו של אורכניס sicut filius principis, Talm. hier. Javam. c. 8.

ארכיסטים *idem* quod ארכיליסטים supra, uti volunt. In TH. Sanh. c. 2 ad illa verba IIS. 6, 20. „Sicut se discoperit אחד הריקים unus vanissimorum: מהו אחד הריקים quid est unus הריקים? Abba bar cahana dixit ריקים ארכיסטים *rekim* sunt *archistim* praedones, latrones. In Medr. Schemuel, s. 25 legitur pro eo cum ר in medio ארכסטירים, quod possit esse a gr. *ὀρχηστῆρες*, quod sensui illius loci satis bene quadrat: vel archisatyrorum, hoc est, sicut unus hominum lascivissimorum, fallacissimorum etc.

ארכיסטרטיגוס *archistrategus, summus imperator, qui inter alios duces principem obtinet locum*, Ber. r. s. 58. אורולוגין ארל *horologium, ὡρολόγιον*. In Medr. ejus usus est.

אָרַל *praeputiati, incircumcisi*, Gen. 34, 30 in TgH. pro hebr. עֲרֵלִין, per commutationem gutturalium אָרִים אֲרַם et quae plura ab hac forma derivantur, v. in רום.

אֲרָם *Aram, nom. propr. viri, filii Sem*, Gen. 10, 22, a quo deinceps Aram vel Aramia regio, i. e. Syria, dicta fuit. Fuit et alter Aram, filius Kemuelis, filii Nachoris fratris Abrahami, Gen. 22, 21. Hujus posteri in Mesopotamia habitarunt, unde ab eo potius Syriae et Syrorum nomen descendit. Fuit et alius Aram, 1. Par. 7, 34. מן ארם דברני ex Aram duxit me Balak rex Moabitarum, i. e. Mesopotamia Syriae parte, Num. 23, 7. Vide Num. 23, 7 et Deut. 23, 4. Aram sive Syria aut Syri trans flumen, Euphratem sc. IIS. 10, 16. ארם בית רחוב Aram Rechobaea; ארם צובא Tzobaea, IIS. 10, 6. ארם דמשק aram Damesek sive Damascena, Syri Damasceni, IIS. 8, 5. Ea etiam vocata fuit ארם ודמשק, 1. Par. 18, 5. ארם מעכה Aram Maachae, 1. Par. 19, 6. ארם נהרים Aram duorum fluminum, Syria interamnis, nempe inter Euphratem et Tigrim, Mesopotamia, Gen. 24, 10. פדן ארם Paddan Syriae, Gen. 28, 2, סלבא דארם rex Syriae etc.

אֲרַמַּאי *Aramaeus, Aramites, Syrus*. Emphat. בְּרַתּ לות בְּתוּאֵל אֲרַמָּאָה filiam Batuelis Syri, Gen. 25, 20. לבן בר בתואל ארמאה ad Labanem filium Batuelis Syri, Gen. 28, 5. לבן ארמאה Laban Syrus, Deut. 26, 5. ית נעמן ארמאה Namanem Syrum, IIR. 5, 20.

אֲרָמִית *syriace, aramice*: מלל כען עם עבדך ארמית loquere nunc cum servis tuis syriace, IIR. 18, 26. כתוב ארמית ומתרגם ארמית scriptum syriace et explicatum syriace, Esrae 4, 7.

אֲרָמִי *Syrus*: לשון ארמי vel לשון ארמית lingua syriaca Hinc ap. Talm. R. Jochanan dixit, כל השואל צרכיו בלשון ארמי אין מלאכי השרת נזקקין לו שאין מלאכי השרת מכירין בלשון ארמי quicunque petit necessitates suas (a deo) lingua syriaca, angeli ministeriales non adjunguntur ipsi (ut preces ad deum deferant): nam angeli ministeriales non intelligunt linguam syriacam, Schab. 12b. In Postilla hoc loco, excipitur Gabriel cancellarius coelestis, qui septuaginta linguarum fuit peritus, quas etiam legitur docuisse Josephum, Sota f. 33a. Fem. אֲרָמִית Syra, gentilis, hinc legitur; ד' דברים צוה רבינו הקדוש את בנו quatuor res praecepit Rabbenu haccadosch (moriturus) filio suo, quorum una est; אל תשב בכמה ארמית משום מעשה דרב ממא ne sedeas super lectum mulieris aramaeae, gentilis, propter historiam Raf Papae, in Pes. 112b. Historia illa Raf Papae habetur in gl. marginali.

אֲרוּם *quod, eo quod, quia, quoniam, quum*. Sic in Jon. in legem, TgH. Ps. item Prov. et Jobo, quasi perpetuo usurpatur pro heb. כי. Exempla ubique obvia sunt. ארום אלהין *verumtamen*, Ruth. 1, 10; *sed si*, Thr. 3, 32.

---

275) *Ἀρχίατρος* archiatrus. Cast.

276) B. Ar. qui hanc lectionem conservat, ad urbem spectare videtur a rege Archelao ita dictam.

*) ארכיודקי et ארכידקי (Ber. rab. s. 52) *ἀρχίδικος primarius judex*. *) ארכובה item ארכבתא vide in ורכב. *) ארכילא *corbis*. Sanhd. 12a. *) ארכתא *licentia, potestas, facultas* (B. kama 70a). Pro eo in plerisque Talm. est תרשאה vel אדרכתא, de quibus A. n. in ord. רשא et דרך. *) ארכי בריונא *ἀρχὴ ὕβρεως* idem quod ריש בריוני (Gitt. 56b) *princeps s. dux insolentium*, seu *arrogantium*.

אֲרִימִיאָה *solitudo, locus desertus*, ἔρημα. In MK. ירמיה ולמה נקרא שמו ירמיה שבימיו נעשת ירושלם אירימיה Jeremias; et quare vocatum est nomen ejus, Jeremias: quia in diebus ejus facta est Jerusalem ἔρημα, h. e. solitaria; fol. 1a.

אַרְמָלָא *vidua*: תבי ארמלא mane vidua in domo patris tui, Gen. 38, 11. ארמלא ומתורכא viduam et expulsam, Lev. 21, 14. יתם וארמלא pupilli et viduae, Deut. 10, 18. דמיא לארמלא similis viduae, Thr. 1, 1. Emph. אִתְּתָא אַרְמַלְתָּא mulier vidua, IIS. 14, 5. וקבילת ארמלתא et vociferatio viduae, Jes. 1, 23. וארמלתא לא יומיב et viduae non benefacit, Job. 24, 21. כסו דארמלתא vestimentum viduae, Deut. 24, 17. Jon. תחומא דארמלתא terminum viduae, Prov. 15, 25. ולארמלתא et viduae, Deut. 24, 19. Pl. נְשֵׁיכוֹן אַרְמַלָן uxores vestrae viduae, Ex. 22, 23. נשיכון תכלן וארמלן uxores vestrae orbae et viduae, Jer. 18, 21. ודיניהן וארמלן et judex viduarum, Ps. 68, 6. אמהתנא כארמלן matres nostrae sunt quasi viduae, Thr. 5, 3. ארמלתא שדרתא viduas dimisisti vacuas, heb. אלמנות, Job. 22, 9. In hebraeo est plurale, unde et in Targ. recte sic legitur, pro quo in Venetis est forma singularis: וארמלתכן et viduae vestrae in verbum meum sperant, Jer. 49, 11. ועל ארמלתוהי et viduarum ejus non miserebitur, Jes. 9, 17. ארמלתא יסגיאו viduas ejus auxerunt in ea, Ez. 22, 25,

אַרְמְלוּת *viduitas*. Per apocopam תֻּכֵּל וְאַרְמְלוּ orbitas et viduitas, Jes. 47, 9. Cum aff. לְבוּשֵׁי אַרְמְלוּתָהּ vestes viduitatis suae, Gen. 38, 14. 19. וחסדי ארמלותיך et opprobria viduitatis tuae, Jes. 54, 4. בעדן ארמלותיך tempore viduitatis tuae, Ruth. 4, 15.

נְתְאַרְמֵל *viduari, viduus* vel *vidua fieri*, Rabb. אשה שנתארמלה mulier qui vidua facta fuerit.

אַרְמַלְגוֹס *Armalgus*, idem quod ארמילוס, quod sequitur. ופורעניות ארמלגוס רשיעא et calamitas Armalgi improbi, Deut. 34, 3 in Jon.

אַרְמִילוֹס *Armillus, immanis ac ultimus Judaeorum hostis et adversarius sic* vocatur, qui post Gog et Magog venturus, gravia bella gessurus, et in iis etiam Messiam ben Ephrajim ipsum, quem Judaei adhuc exspectant, occisurus est: sed tandem a Messia ben David flatu, seu nutu occidendus, juxta illud: „Et spiritu oris ejus occidet impium", ubi sic habetur in Tg. ובממלל ספוותיה et verbo oris ejus morietur Armillus improbus, Jes. 11, 4 in Venetis. Idem cum Armalgus praecedenti, quae appellatio forte vitiosa est. Multa ap. Rabb. prodigiosa de hoc Armillo leguntur, quae licet fabulosa sint; quia tamen rara sunt, et inter signa Messiae adventum praecessura ab illis recensentur, quaedam testimonia producemus. In libro Zorobabelis (hebr. ספר זרבבל), qui Constantinopoli est impressus, et colloquium continet inter Zorobabelem et archangelum Michaelem: Urbs haec (verba sunt Michaelis) est Nineve urbs sanguinaria, Roma, inquam, illa magna. Et dixi (verba Zorobabelis) ei: domine mi, quando erit finis? Tunc accedens ad me, et manibus me prehendens, duxit me בית הלצות in quandam domum irrisionis (ecclesiam, quae ignominiose sic appellatur), ostenditque mihi illic lapidem marmoreum, vel statuam marmoream, quae similis erat virgini illibatae, quae virum nondum cognovit, dicens: quid vides? Cui respondi: video lapidem quendam mulieris formosissimae similitudinem habentem. Ille vero, qui loquebatur mecum, dixit, lapis iste, vel statua ista lapidea uxor est Belialis, quae cum eam cognoscet, concipiet, et pariet את ארמילוס Armilaum. Hic erit caput omnis idololatriae. Atque verbum hoc prophetia domini est ad Zorobabelem etc. Et mox: die autem vicesimoprimo mensis primi, postquam impleti erunt vastationis Hierosolymae 990 anni, erit salus domini, et veniet Menachem filius Ammiel in diebus Armilai, quem pariet imago illa etc. Et mox, sub finem libelli: anno autem septimo florebit radix Isai, Menachem sc. filius Ammielis, ante cujus faciem surgent decem reges ex gentibus: Primus erit סליקוס Seleucus et nomen urbis ejus ספרד Sepharad etc. Rex decimus est, ארמילוס בן אבן השיש שבבית התחוח של לצים Armillus filius lapidis marmorei, qui est in domo turpitudinis irrisorum (ecclesia christianorum). Et venient omnes gentes ex omnibus locis, ac stabunt coram illo lapide, adolebuntque ei: sed non poterunt aspicere faciem ejus prae nimia pulchritudine ipsius. Hoc autem est signum Armilai filii lapidis: Capillus capitis ejus erit fulvus; et manus ejus usque ad gressus pedum ejus: longitudo faciei ejus spithama: statura ejus duodecim cubitorum, oculi profundi, vertex duplex. Et ascendet, וימלוך באומים מדינת הששן אב בליעל אביו et regnabit in אומים (videtur mihi legendum esse ברומי in Roma) urbe Satanae. Pater Beliaal est pater ejus et omnes videntes eum, contremiscent ab eo. Sed postea veniet Menachem ben Ammiel, a torrente Schittim, ac flabit in faciem ejus, occidetque eum, sicut dicitur, et spiritu labiorum suorum occidet impium, Jes. 11, 4. Et postea erit domini regnum etc. Clausula hujus libelli est; haec sunt verba, quae indicavit Metatron sive Michaël princeps exercitus, Zorobabeli duci Jehudae, in medio captivitatis, in diebus regis Paras. In alio quodam libello Constantinop. impresso, ubi אותות המשיח *signa Messiae* proponuntur: Signum septimum: Prodibit Armillus, ex imagine illa feminae lapideae, quae Romae est. Dicunt enim, lapidem pariturum illum. Longitudo ejus erit duodecim cubitorum, latitudo duorum, inter ambos oculos ejus spithamae distantia: et est Messias filiorum Esau etc. Fusius et magis circumstantialiter hujus monstri historia describitur in libello אבקת רוכל *abbcas rochel*, in princ., ubi decem signa prodigiosa commemorantur, quae adventum Messiae praecessura sunt: Ibi signo septimo talis describitur historia. Dicunt, Romae esse lapidem quendam e marmore, sub forma puellae elegantissimae, non arte manus humanae, sed virtute divina sic fabrefactum. Ad istam puellam homines improbi et nequam accedent, libidinem cum ea exercentes, donec arcana quadam et stupenda virtute in ea concipiatur fetus humanus, qui tandem suo tempore sub specie infantis humani ex ea erumpet, et nominabitur Armillus adversarius, quem christiani vocant אנטיכ'רישטו Antichristum. Longitudo ejus erit duodecim cubitorum, latitudo totidem. Intermedium oculorum ejus

spithama: oculi profundi et rutilantes. Capillus capitis coloris aurei: plantae pedum virescentes: vertex duplex. Adultus veniet ad improbiores e populo, dicens, משיח אני אני אלהיכם *MESSIAS* ego sum, ego sum *DEUS VESTER*. Ipsi statim fidem ei adhibebunt, credent in eum et regem ipsi suum constituent, eique adhaerebunt omnes de posteritate Esau. Ipse autem omnes provincias subigens, sibique subjiciens, homines hoc modo allocuturus est: Afferte mihi legem meam, quam vobis dedi. Ipsi autem afferent ei תפלותם precatoria sua alligamenta. Verum est, inquiet, me haec vobis dedisse. Credite ergo in me, nam ego sum Messias vester. Credent in eum. Eadem ipsa hora mittet ad Nehemiam filium Husielis, et ad universum populum Israël, dicens: Afferte mihi legem vestram, meque, deum vestrum esse, publice profitemini. Ipsi vero adhaec obstupescent, tunc Nehemias iste Husielis filius cum triginta millibus fortissimis viris Ephaimitis prodiens, accipiet librum legis (Mosis) ac leget coram ipso! *EGO* sum dominus, deus tuus non erit tibi deus alius coram me. Respondebit ipse: Nequaquam hoc in vestra lege exstat: quinimo vos accedite, et me deum esse profiteamini, ut aliae omnes nationes fecerunt. Nehemias ipsi se opponens, dicet ad populum: Capite et ligate eum. Sic cum triginta millibus suis eum bellicose aggrediens, trucidabit ab ejus parte ducenta millia hominum. Armillus impius ingenti ob id ira inflammatus, colliget omnium gentium vires לעמק התרוץ „in vallem concisionis sive exitii“ (de qua Joel 4, 14) infinitamque stragem Israëlitae in ejus exercitu dabunt, paucissimis ex Israëlitis caesis, in quibus cum ipsemet Messias *DOMINI* futurus sit, protinus venient sancti angeli, ac corpus ejus cum patribus mundi sepelient, Israëlitis mirum in modum inde consternatis. Armillus autem ejus rei plane ignarus, clementior erit: quod si enim id sciturus esset, ne unum ex iis superstitem relicturus esset. At gentiles mox omnes Israëlitas persequentur, eos ex omnibus suis provinciis expellentes, nec quemquam ultra apud se commorari patientur. Vide plura ibidem. Paulo aliter forma ejus describitur in מדרש ויושע (est homelia super historiam liberationis ex Aegypto, Constantinopoli impressa): Post eum (sc. Gog et Magog) surget rex impudentissimus, et bella geret cum Israëlitis tribus mensibus. Nomen ejus est Armillus: haec autem signa ipsius: Erit calvus: oculus ejus unus parvus, alter major: brachium dexterum instar palmae, alterum duorum cubitorum cum dimidio: in fronte ejus erit lepra: auris dextera clausa, altera aperta. Cum quis ad eum bona locuturus veniet, porriget ei aurem occlusam: sed si quis velit mala ipsi dicere, obvertet ei aurem apertam. Ascendet autem Hierosolymam, et occidet Massiam Ben Joseph, sicut dicitur, „aspicient ad me, quem transfixerunt, plangentque super eum“, Zach. 12, 10. Sed postea veniet Messias Ben David in nube, sicut dicitur „et ecce cum nubibus coeli tamquam filius hominis“, Dan. 7, 12. Et mox: Et ejus erit potentia, et gloria, et regnum: et occidet Armillum impium, sicut dicitur; et spiritu oris sui interficiet impium“, Jes. 11, 4 etc. Don Isaac Abarbenel in מעיני הישועה scribit: Tradiderunt Rabbini nostri: Primo revelabitur Messias ben Ephrajim, et bella gessurus est cum gentibus venientibus contra Hierosolymam, sed in bello occumbet. Post ipsum autem surget Messias ben David et caedet inimicos et ארכילום principem sive ducem copiarum christianarum, sicut Gog dux erit exercituum Ismaëlitarum. Philippus Aquinas exponit מחריב העם *vastatorem populi*, q. d. *ἐρημόλαος*, ab *ἐρημόω desolo, vasto*, et *λαὸς populus*.

ארימן. Adducitur hoc loco ab Aruch. In nostris libris legitur ארדימן V. supra in ord. ארר, in ארדימן.

אַרְמְנָיָה *nomen montis, in quo arca Noe, mense martio, decimoseptimo ejusdem, coepit quiescere*: ושום מורא חד ארמניא et nomen montis alterius erat Arminia ubi aedificata est קרתא דארמניא urbs Arminia in terra orientis, Gen, 8, 4 in Jon. Hinc in Vulgata latina versione: Requievitque arca mense septimo (i. e. martio) vicesimoseptimo die mensis (contra Targ. antecedens, quod habet בְּשִׁבְסְרֵי decimoseptimo, et contra hebraeum בְּשִׁבְעָה עָשָׂר) super montes Armeniae. V. Fullerum cap. 4 et Notas Junii, Drus. in Gen. c. 22.

אַרְמִנְאָה, אַרְמִינְיָה *Armenia*. בארעא ארמינאה in terra Armeniae, Thren. 4, 21.

אָרוֹן ארן *arca*. למיטל ית ארונא בהון ad portandum arcam ipsis, Ex. 25, 14. בעזקת ארונא in annulis arcae, Ex. 25, 15 וארונא דיי et arca domini capta fuit, IS. 4, 11. ושמוהי בארונא et imponas arcae, Ex. 25, 16. ותתן בארונא et posuerunt eum in arca, i. e. feretro, loculo, Gen. 50, 26. לארונא ad arcam, Jos. 8, 33. וארון קימא דיי et arca foederis domini, Num. 10. 33. ארון קימא דיי arca foederis domini, Jer. 3, 16.

אֶרְנָא, אוֹרְנָא *ornus arbor*. נצב אורנא plantavit ornum, hebr. ארן, Jes. 44, 14. ארנים וברושים orni et fraxini, Rab. Par. c. 7.

אַרְוָנִים *lauri*, Talmud. Schab. 23a.

אַרְנְבָא *lepus*, hebr. ארנבת Lev. 11, 6. Ap. Rabb. צמר ארנבים lana leporum, i. e. leporina, pili leporini, qui usum praebent lanae mollissimae.

אַרְנוֹן *arca*: ארנן של זכוכית arca vitri, i. e. vasorum vitreorum. Sic adducitur in Ar. ex l. Tanch. sive Jelammedenu. At ibi in princ. libri Num. 1 vox ארנן non legitur. Alibi autem in eodem lib. s. שלח לך legitur: דומה לבעל הבית שהיה שוקל ארנוניות וכותב אגפריות simile est patrifamilias, qui accipiens arcas, conscripsit merces.

אַרְנוֹנָא *decimatio, decimae, reditus annui, tributum frumentarium et agrorum*, Ti. פוקו חרעו בשביעית משום ארנונא egredimini et seminate propter reditus, Sanh. 26a gl. R. Sal. מס שגובה המלך מן התבואות „tributum quod levat rex ex reditibus frumentariis, tot et tot modios de agro quotannis.“ Item *vectigal transeuntium, quod in Esra dicitur* הלך Esr. 4, 13. Hinc in Gem. הך, וחלך זו ארנונא idem est quod ארנונא, Bb. 8a. Glossator tamen hic ארנונא exponit עשורי תבואות והבהמות i. e. decimae proventum et bestiarum de anno in annum Pl. ארנוניות MTl. 24. Munst. addit, significare etiam *fabam renalem*. Cave credas. Ap. T. est ארן של גרוסות *arca molarum*, i. e. farris moliti, fabarum contusarum in farinam,

Kel. c. 12. גרוסות fabae molitae פולים מחונים ut Hebraei loquuntur et מוכרי פולים vendentes fabas, quod fiebat parvis arculis. Hinc Munstr. interpretatio deprompta.[277]

אַרְנוֹנָא *fluvii nomen*, Ex. 15, 16. ים נחלא ארנן flumen Arnon, Deut. 2, 25.

אַרְנָסָא *colus, instrumentum muliebre, de quo pensa trahunt, lanam scilicet vel linum*, Rab. V. Ar.[278] Non sic in Gemara. Ibi disputatio de קופת הרוכלים arcula sive pixide aromatariorum, si quis eam in sabbatho portet aut ponat in limine januae, ac repleta sit diversis aromatibus contusis, aut aromatibus longiusculis, veluti radicibus aut ligno cinamomi. De tali pixide Gem. dicit הכא במאי עסיקינן באורנסי hic (in diversa repletione istius pixidis) quid agimus? באורנסי de aromatibus oblongis, i. e. si talibus arcula ista repleta sit, non licet eam portare ad limen vel extra limen aedium Gl באותנסי i. e. אגדות שרשים ארוכין fasciculi radicum longarum, או קנה וקליפה של קנמון aut calamus vel cortex cinamomi Schab. 91 b.

אַרְנָקִי, אַרְנָקָא[279] *crumena, loculus, marsupium sacculus*, T. שודא ארנקא דדינרי mittebat loculos numorum, repletos numis, Bb. 8a. אלא נותנן לתוך ארנקי של צדקה sed infert eas (pecunias inventas) in sacculum eleemosynarium, Bb. 8b. ליתיב לארנקי של צדקה inferenda est in sacculum eleemosynarium, Bb. 10b. ובזעא ארנקא דמוחיה et diffidit sacculum cerebri ejus, i. e. cutem, in qua cerebrum quiescit, Ber. 19a. בארנקי שחורה in marsupio nigro, maculato vel trito; alter ait בארנקי לבנה in marsupio albo, i. e. novo vel nondum trito, Sanh. 30b. מארנקי חדשה ex sacculo vel marsupio novo dedi eam tibi: alter ait, מארנקי ישנה ex marsupio veteri dedisti mihi, Bm. 45b.

אָרַס *desponsare*.[280] Semel cum ש ut hebr. Praet. דְּאֵירַשׁ אִתְּתָא qui desponsaverit uxorem, Deut. 20, 7. ארסית לי quam desponsavi mihi II S. 3, 14. Part. דְּלָא מְאָרְסָא quae non est desponsata, Deut. 22, 28. דמארסא לגבר quae desponsata fuerit viro, Deut. 22. 23. 25. Fut. אִתְּתָא תֵּירוֹס uxorem desponsabis, Deut. 28, 30. Pass. דְּתֵאָרֵס, נֵתְאָרֵס desponsari, כשנתארסה ex quo desponsata fuit, Rab.

אֵירוּס *desponsatio, sponsalia*: סעודת אירוסין convivium sponsaliorum, Rab.

אֵירָסָא *venenum*: אירסא להון כגון אירסא דחויא venenum ipsis est sicut venenum serpentis, hebr. חמת, Ps. 58, 5. אירסא דעכובייתא venenum aspidis, Ps. 140, 4. וקמלן באירסתן et interficiunt veneno suo, Cant. 2, 14. דמלין אירסין qui repleti sunt veneno, instar serpentum, Deut. 32, 24 in Jon. Ap. Rab. אירס של נחש venenum serpentis: כאירס בבעום sicut venenum in serpentem iratum, Schab. 62b.

אַרְסִיי *venenatum, veneficum, ex veneno confectum*: נחש ארסיי serpens venenatus: Concord. heb. in rad. אפע.

אַרְיֵס, אֲרִיסָא[281] *hortulanus*: היכמה דאריסא נטיר לכרמא sicut hortulanus custodit vineam, i. e. vinitor, Cant. 8, 11. כאריס sicut hortulanus. Hoc adducit Elias ex Deut. 23. 25 26, sed hodie in libris nostris non exstat. Pl. וְדַיְרֵי אֲרִיסַיָּא et sicut hortulani, Job. 29, 23. והאריסין et hortulani, qui hortos curant et colunt, pro aliqua parte fructuum, Bb 42a. Item *hospites, convivae*, in Vr. s. 28. בגין מה את לא תשבוק אריסיא דינסון quare non sinis hospites, ut comedere possint?

אֲרִיסוּת *hortorum et agrorum cultura*: Item *comessatio, compotatio, exhilaratio convivalis*: הא באריסותא illud in laetitia convivali, istud in tristitia calamitosa, Mk. 22 b,

אֲרוּס[282] *herba latis foliis*, arab. ששנבר et נענע scribit Majemon, vulgo *menta*. Ar. vult esse *zinziber*. Alius vult esse *herbam, cujus semen quando maturuit, sonum edit ut tintinnabulum*. Hebraica verba sunt, הוא עשב כשכודיע מקיש הזרע כמין זוג i. e., est herba, quae cum semen facit, strepitum edit semen ipsum quasi quoddam tintinnabulum." Nempe quando semen bene maturum, in siliqua sua concutitur. Haec Guido male interpretatus est.

אֵירוּס *tympanum, aut aliud instrumentum musicum, tympano simile*, vel *tintinnabulum*, T. מאי אירוס אמר ר' אליעזר מבלא רחד סומא quid est erus? dixit R. Elieser, tabula unius oris, Sot. 49 b. R. Sal. „Tabula vel instrumentnm unius oris, i. e. זוג tintinnabulum, cujus usus est in tabernis vini et locis conviviorum." Alius dixit esse, quod vernacule dicitur sive gallice טנבור tambour, tympanum, quod duobus bacillis pulsatum fortem edit sonum. Alibi; in bello Vespasiani decretum ediderunt, על עטרות תתנים ועל האירוס super coronis sponsorum et super tympanis, quae sc. pulsari solebant in nuptiis, et tempore belli istius ista fuerunt prohibita Nidd. 61b. R Sal. hic rursus explicat המקשקש זוג tintinnabulum sonum edens. Legitur et in Kel. c. 15 in fine.

אֵירוּס *desponsatio*, ut paulo ante.

אֲרוּסָא *capistrum, catena*: רמו ליה ארוסא בצואריה injecerunt ipsi catenam in collum ejus, Talm. Jev. 46a. Alius explicat קביסטרו *capistrum*. Scribitur et ארוסא, quod forte debet esse ארוסיא. Ita legitur quoque אריסין, pro ornamenti cujusdam specie, in DR. s. עקב. Cui rei simile est hoc? Regi, qui duxit matronam quandam, והכניסה לו שני אריסין אף המלך זקף לה שני אריסין quae cum afferret ipsi duo *κλινόδια* etc. Gloss. dicit, autorem libri Akeda exponere חמצים *clinodia*, vel תכשיטין *ornamenta*:[283] alios *catenas*.

ארסמן N. pr. proxenetae cujusdam ap. Ts.: ארסמן הביא בכודים מאפמיא Ariston adduxit primitivos fructus ex Apamea, Chal. cap. ult. Videtur etiam esse nomen appellativum, חד ארסמן בעי קומי ר' quidam Ariston, sive proxeneta quaesivit coram Rabbi, TH. Jev. cap. ult. in fine. Gloss. שם איש סרסור.

אֲרִסְמוֹן *prandium*. Gr. est ἄριστον, ab ἀριστάω *prandeo*. Hebraei scribunt plerumque cum duplici ו,

277) Cast. ad gr. ξρανος, *collatio, collecta* vocem refert.

278) Vocem quidem pro arab. عرنس habet, q. e. *locus, ubi gossipium obvolutum est, ut in fila duceret mulier.*

279) Gr. ἀρναξίς pellis ovilla. 280) Proprie, *dono dare sibi obstringere sponsam* ab arab. أرش *donum*.

281) οὖρος custos. 282) Ἶρις, *lilium purpuraceum*. 283) Ἶρις *gemmae nomen*.

quod efferunt אַרְכְּטָרִין. Sumunt pro convivio, sive sit prandium, sive coena, quae gr. est *δεῖπνον*, quod in Ar. scribitur דיפנון. In Medr. frequenter usurpatur: אריסטון גדול עתיד הקב״ה לעשות לצדיקי׳ לעתיד לבוא convivium magnum instructurus est deus justis in saeculo futuro, VR. 13. ערבית עבד לון ארסטון vesperi fecit ipsis convivium, ME. c. 1 שאריסטון גדול מתוקן לכם לעולם הבא quoniam prandium magnum paratum est vobis in saeculo futuro, MT. 18. In Ar. manuscripto notatur in margine, Gen. 43, 25, עד בא יוסף בצהרים, transferri in TgH. באריסטונא ad prandium.

ארסקונם *dominator, praefectus, praeses*: ר׳ יונה ור׳ יוסי עלן קומי ארסקונם באנטוכיא R. Jona et R Jose transiverunt coram praefecto in Antiochia, TH. Ber. c. 5. הדא ארסקונם אוקיד אוריתא דצנבראי praefectus ille combussit legem Cimbrorum, TH. Megil. c. 3. Legitur et in Jom tobh. c. 1. Gl. ubique exponit שלטן *dominator*. Videtur esse corruptum ex ארכונים, d. q. supra.

אָרַע אֲרַע *incidere, occurrere, evenire, contingere, accidere, obvenire*. Idem quod ערע, quomodo communis scribitur, א ab initio hierosolymitane praecipue usurpatur. Praet. וַאֲרַע מַלְאָכָא בֵּיהּ et incidit in eam, occurrit ei angelus domini, hebr. ויפגשהו Ex. 4, 24 in Jon. et sic sequentia in eodem. וַאֲרָעֵיהּ בְּטוּרָא et obvenit ipsi in monte, Ex. 4, 27. דארעית in quem incidi, Gen. 33, 8. ואירעו ית משה et obvenerunt Mosi, Ex. 5, 20 hebr. ויפגעו, cui verbo rarius respondet. Partic. עֲבִידָן וְקוּשְׁטִין אֲרִיעִין benignitates et veritates sibi obveniunt, hebr נפגשו Ps. 85, 11. Futur. לָא תֵאֲרַע לָךְ בִּישְׁתָּא non obvenient tibi malum, Ps. 91, 10. דלמא יארע יתן ne forte obveniat eis, Ex. 5, 3. יארע ית כולהון obveniat, eveniet omnibus illis, Eccl. 2, 14. Veneta hic mendosa sunt. ויארעניה מותא et eveniat ei mors, heb. וקראו, Gen 42, 38. Ithp. אִתְאֲרַע obviam fieri. Fut. וַאֲנָא אִתְאֲרַע עַד הָכָא ego autem hujusque obviam veniam, Num. 23, 15 pro hebr. אקרה.

אוּרְעָא *occursus*: נפקית לאורעך egressa sum in occursum tuum, Prov. 7, 15 hebr. לקראתך, cui nomini alias raro respondet.

אוֹרְעוֹת *casus, eventus, accidens, occursus*: לאורעות רדפי in occursum persecutorum meorum Ps. 35, 2.

אֲרִיעִין *idem*: ארעין חד יארע ית כלהון eventus unus accidet omnibus illis, Eccl. 2, 14. ארום ארעין אנשא חיבא ואירעין בעירא מסאבא ארעין חד לכולהון nam casus hominis impii, et casus bestiae immundae, casus unus erit omnibus illis, Eccl. 3, 19. כארעין שאול בר קיש sicut eventus Saulis filii Kis, Eccl. 2, 15.

אֲרָעָא *idem*: וארע אירעוהא et evenit eventus ejus possessio agri, i. e. forte contigit ei portio agri, hebr. ויקר מקרה, Ruth. 2, 3.

מָאוּרָע *eventus, casus*: R. Sal. Num. 14, 45. „Hachorma" est nomen loci נקרא על שם המאורע dicti sic ab eventu, ab excidio scilicet et internecione populi.

מְאָרַע *occursus*: שויתני למטרע posuisti me in occursum tibi, hebr. למטגע, Job. 7, 20.

אָרַע *convocare*. Communiter id dicitur עָרַע. ut ibi explicabitur: דתארעון יתהון quo convocabitis eos, Lev. 23, 2 in Jon.

מְאָרַע *convocatio, coetus convocatus*: מארעי קדיש convocationes sanctae, Lev. 23, 2 in Jon.

אַרְעָא אַרַע *terra, regio*, hebr. ארץ. litera ע in א commutata. ית שמיא וית ארעא coelum et terram, Gen. 1, 1. שמיא וארעא coelum et terra, Gen. 14, 19. עמא דארעא populus terrae, Gen. 47, 13. ית כל ארע חוילה omnem terram Chavilae, Gen. 2, 11. הא ארעי קדמך ecce terra mea ante te est, Gen. 20, 15. Sic ארעא terra nostra, ארעך terra tua, ארעיה terra ejus, ארעם terra ipsorum etc. Pl. רַת כָּל אַרְעָתָא דְּאַלֵּין omnes terras has, Gen. 26, 3. בארעתא in terras, מארעתא ex terris, בארעתהון in terras ipsorum, Gen. 10, 5. ארעת עממיא terras populorum, Ps. 105, 44.

אַרַע *infra*; ארע מנך inferius te, infra te, Dan. 2, 39.

אַרְעָאי *imum, inferius, infimum*. Plurale מָדוֹרִין אַרְעָאִין mansiones, habitacula infima, hebr. תחתיים Gen. 6, 16. ובין מיא ארעאי et inter aquas inferiores Gen 1, 6 in Targ. Hieros.

אַרְעִית *idem*: לארעית גבא ad imum foveae, Dan. 6, 24. מארעית ביתא ab imo, i. e. solo domus hebr. מסרקת הבית IR. 6, 15. בארעית ארעא in imum terrae, Ps. 63, 10. In hebraeo est pl. בְּתַחְתִּיּוֹת unde et pluraliter pro eo legi possit בארעית. Sic et mox משיול ארעיתא ex sepulchro infimo, hebr. משאול תחתיה Ps. 86, 13. Sic עד שיול ארעיתא Deut. 32, 22. לגבא ארעיתא fossae inferiori Ps. 88, 7. Sic מן גב ארעיתא Thr. 3, 55. בארעא ארעיתא in terra infima, Ez. 26, 20. רצפתא ארעיתא pavimentum inferius, hebr. הרצפה התחתונה Ez. 40, 18. מן ארעיתא לעליתא ab infimo ad superius, Ez. 41, 7. Plurale מֵאַרְעֵיתָא וּמִמְּצִיעָתָא ex imis et medianis, hebr. מהתחתונות Ez. 42, 5 6. In Venetis est forma singularis. Vide et mox.

אַרְעָאדָה *idem*: בית חורון ארעאה Bethchoronis inferioris, Jos. 16, 3 et 18, 13.

אַרְעָא בַּת אַרְעָא *pustula sub pede ex incessu super terram nata*, unde vocatur a Talmudistis *filia terrae*, i. e. *a terra generata*. In Misna יוצאה בסלע שעל הצינית egreditur cum moneta sc. super pustula: id in Gem. explicatur, מאי צינית בת ארעא Schab. 65a. Pustulam sub pede habens, ligabat super ea monetam peculiarem signatam, qua curari credebatur. Cum tali numo alligato, in sabbatho exire licet, in quo alias quicquam oneris ferre prohibitum est.

אוּרְעִיתָא *apis, crabro*. Alias communius scribitur cum ע ab initio, ut est suo loco. Pl. רַת מַחַת אוּרְעָיָתָא וְתַרְקָיָא et plagam crabronum pungentium, hebr. צרעה, Deut. 7, 20 in Jon. היכמה דחרדן חיישן אורעייתא sicut pungunt et dolore afficiunt crabrones, Deut. 1, 44 in Jon. pro hebr. דבורים *apes*. R. David scribit Jos. 24, 12: translatio chaldaea nominis hebraei צרעה est ארעיתא (hoc loco tamen in Targ. scribitur cum ע ab initio.) Quare autem vocatur nomen ejus ארעיתא? שעומדת לקראת ארם quia stat contra hominem, et pungit eum in faciem

*) אירוסטן. Citat Cast. ex TH. Schev. 37b. vocemque compositam habet ex gr. *ἱερός* et Justus, qui hujus medicinae (*genus* sc. *medicamenti purgantis*) autor. Al. אידרוסטן legunt, d. q. supra p. 23.

ejus. Nam hebr. קרה transfertur in Targ. per ארע. Ergo ארעיתא sic dicitur ab occurrendo, resistendo et opponendo se.

ארעיתא *cranium*, Tal. עד דרפיא ארעיתא דמוחיה donec mollesceret (i. e. comprimeretur ex onere, quasi molle esset) cranium cerebri ejus, Keth. 77b. Gl. גלגלתו.

אַרְפֶּכֶס[284] *infundibulum molae, superne latum, inferne in angustum descendens*: והארפכס של מוכנת מטאה infundibulum si sit ex materia fusili, pollutum censetur, Kel. c. 14. Talm.

אַרְפַּכְסַת *idem*, Talm. עשה אזנך כארפכסת וקנה לך לב מבין לשמוע fac aurem tuam instar infundibuli et compara tibi cor intelligens ad audiendum, Chag. 3b. R. Salom. vernacule, i. e. gallice exponit מרימוייא „la tremue". Quidam, vas irrigatorium hortense exponunt, superne oris angusti, infra foraminosum. Vide etiam supra in ordine אפר, in אפרכם.

אַרְיִסְתָּא[285] *porta*. Guido ex MTl. Ps. 68. *Nugae*. Locutio ibi de quodam praestigiatore, qui arte magica quaerebat effodere thesaurum pecuniae. Videns hoc Asmedaeus risit, inquiens: iste stultus obambulat quaerens thesaurum praestigiis, et nescit, thesaurum regis Salomonis infra se, eodem loco ubi stat, reconditum esse. Hinc verba istius loci sunt, חזא ההוא קיסמא דקסים אריסתא חייך videbat istum praestigiatorem, qui praestigiis utebatur propter thesaurum, ridebat sc. Asmodaeus. Aleph initiale in אריסתא servile esse puto. ריפתא alias *panem* significat: quid hic sit, non satis liquet. Esse autem hic de thesauro locutionem, manifestum est ex Talm. Gitt 68, ubi eadem historia prolixe describitur, et ex lib. Maase, historia 105 ubi germ. explicata est.

אַרְפֵּס. Sic adducit hic illud autor Aruch: vide id in רפס. Guido pro eo posuit אפרק, exponens, *aperire multum oculos*. Male

מַאֲרִיפוֹת *ligones, palae ad fodiendum*: עוקרין אותן במארופות eradicant, radicitus evellunt ea ligonibus, Talm. Schev. c. 5.

אֶרֶץ (אֵרֵץ) *terra*. אַרְצִיי *terrestris, terrestre* תחומי הארציי *corpus terrestre*, Rab.

אַרְקָא *terra*: די שמיא וארקא לא עבדו qui coelum et terram non fecerunt, Jer. 10, 11. In B. rab. s. 13. Quatuor nomina terrae indita sunt, nempe ארץ, תבל, אדמה, ארקא, eaque juxta quatuor revolutiones solis, duo sc. solstitia, et duo aequinoctia. ארץ juxta Tekupham Nisan, i, e. aequinoctium mensis martii, שהיא מריצה את פירותיה quod facit currere fructus ejus. תבל juxta solstitium aestivum, שהיא מתבלת את פירותיה quod percoquit fructus ejus et quasi conditos reddit. אדמה juxta aequinoctium septembris mensis, שהארץ עשויה בולין בולין של ארמה quod tunc in meras glebas resolvitur terra. ארקא juxta solstitium hibernum, שהיא מורקת את פירותיה quod flavos reddit fructus ejus. Frigus enim depellit eos a virore suo. In Medr. Mischle 67. Decem nomina habet terra, ארץ, אדמה, חרבה, יבשה, ארקא, תבל, חלד, ראשית, גיא שדה: שבני אדם רצין בה quia filii hominum currunt in ea: אדמה, quia ex illa creatus est אדם Adam primus etc. In libro celebri cabalistico Hortus-nucis (גנת אגוז) parte 2. De septem mansionibus sive conclavibus aut habitaculis Gehennae, legitur: dicunt Rabbini nostr: Poenae peccatorum Gehenna est, cujus septem sunt conclavia. Quodque conclave juxta peccatum cujusque peccatoris, unum infra aliud. Haec vocantur, Gehenna, portae mortis, portae umbrae mortis, puteus corruptionis, lutum caeni, perditio Infimum est שאול infernus. Locus universa haec complectens, vocatur ארקא. R. Moses Bar Nachman dixit, ארקא infime omnium esse etc. Meminit horum Reuchlinus libro primo Cabalae.

אַרְקְלִין[286] legitur Esth. 1, 3 in aenigmate tertio, quod regina Sabae regi Salomoni proposuit. Quid sit, non satis liquet. Videtur esse *cannabis, aut linum*, ut ex sequentibus colligi potest. Totum aenigma a rege de lino explicatur, quod dum crescit, incurvat caput, instar כפה ואגמון rami et junci. Leguntur ista duo Jes. 9, 14 ubi R Sal. כפה vernacula gallica lingua exponit ארקוולוד. Nec hoc mihi liquet.

אַרְקָא, אַרְקָתָא *corrigia, lorum, communius*. Scribitur cum ע ab initio: ארקתא דמסנא corrigia calcei, T. מגתא מעל וארקתא מעל דמעל obstragulum est supra (i. e. superior pars calcei) et corrigia est supra, supra i. e. supra obstragulum, Jev. 102a. Hic locus aliter citatur in Ar.

אַרְעָקְתָּא *idem, sed ornatior*, T. Sab. 59b. B. Ar. in קמר tertio, locum hunc citans, scribit, ופירוש רוקתא ממלית שעושין מעשה אורג וקובעין עליה חתיכות של כסף ושל זהב ומדמין אותה למלת מוהבת ומותרת בשבת hoc est: et explicatio vocis רוקתא est, pallium vel velum quod conficiunt opere textili et inserunt ei frusta auri et argenti, aequiparantque illud pallio deaurato et licito in sabbatho. Videtur B. Ar. א ab initio fecisse servile.

אַרְקְתָא[287] *vermes hepatis, qui hepar infestant et vi-*

---

284) Gr. ἅρπαξ *harpagium*.

285) Error ut mihi videtur et explicatione quadam margine allata ortus. Ibi enim ad verba illa דקסים אריסתא scriptum erat שהיה מחזיר על הפתחים, *qui cursum tenebat ad portas aliorum* scil. mendicandi causa), pro *mendicare* quidem hac uti solent Rabbini locutione) i. e. praestigias fecit ut acciperet panem (ריפתא). Ita enim usque ad diem hodiernum apud nos Cingaros vides, qui praestigia facientes stipem colligunt, sive numus sive panis iis donetur. Et hoc est quod Asmodaeus risit quasi dicere velit, si illi praestigiatori tanta inest vis, talia ut perficiat miracula, thesaurum sub pedibus reconditum incantatione in potestatem suam cur non cogit, quin panem praestigiis mendicare ei opus esset. (Ludibrio enim Asmodaeus voluptarius genus humanum habet, quod deliciis vitae uti nesciat. Cf. an. nost. ad v. אשמדי). Qua locutione rabbinica non satis intellecta vox פתחים a Guidone interpretatio vocis אריסתא habita est, quo uno explicatur, quomodo in mentem venire potuerit Guidoni vocem אריסתא per *portam* reddere.

286) Lat. *oraculum*. Cast. Scribitur et אורקולאון, quod mendose in Midr. Cant. per ל, אולקואון legitur.

287) *Morbus arquatus*, a quo et nomen ducit.

tiant: למאי אכלי לה לארקתא ad quid comedunt eam (i. e. istam herbam)? ad vermes hepatis, contra vermes hepatis, Sab. 109b gl, תולעים שבכבד.

אַרְקַפְטָא[288] Sic adducitur in Aruch. T. hodie habet אלקפטא, quod vide supra in ordine אלק.

אָרַר (אֲרַר) hebr. *maledicere, exsecrari*. Hinc citat B. Ar. אַרוּרָה pro *cadavere, morticino*, q. d. animal maledictum et mortuum sine benedictione. Sed in nostris libris legitur עדורה. Vide in עדר

Deinde ארורה exponit *idolum*, ex Ab. sara 51a. לבני נח חזיא לגבוה בבמה דירתו לארורה זו filiis Noae visum est altum facere altare suum idolo isti.[288a]

אֲרִירָן *armorum genus, quo homo occidi potest*. In Gem. Hic dicit, בסייף gladio occidit ipsum, הה אומר et iste dicit, hasta occidit ipsum; horum testimonium rejicitur Snh. 30b et 41a. Utrobique R. Sal. vernacule exponit יוש'דמא quod non intelligo. *Securis, bipennis, aut simile*.

מְאֵרְתָּא *maledictio*, ab hebr. ארר *maledicere*. Estque a nomine hebr. מארה *maledictio*: מתגר למאירתא mercedem accipit in maledictionem, Hag. 1, 6. יגרי יי' בך יח מאירתא excitabit dominus in te maledictionem, hebr. מארה, Deut. 28, 20. R. Salom. hebraeum מארה exponit חסרון *defectus, penuria*. Sic Ab. Esra Mal. 3, 9. V. מאר.

אַרְשׁ Hinc videri possit אריש, Prov. 4, 15. Sed Aleph est ex Aphel, a רוש vel ששׁ. Vide ibi.

אוּרְשִׁינָא *avis nomen, quae nunquam moritur*, Snh. f. 108b, *phoenix*,[289] quam volunt חול vocari Job. 29, 18.

אֲרִישׁוּתָא *convivium*. Sic adducit Ar., sed in Gem. legitur אריסותא, de quo supra in ארס.

אֲרִישׁוּתָא *possessio* T. Bb. 55a. Significatio est a ירש.[290]

אָרַשׁ *desponsare*, hebr. Hic Nomen אֲרִישׁוּת *desponsatio*.

אַרְתּוֹקוֹפְיוֹן אַרְת *pistrinum*, ἀρτοκοπεῖον. Sic explicatur בית לחם in Medr. Schem. 19.

אֲרִיתָא, vide supra in ארה. *

אֵשָׁא (אֶשָּׁא) *ignis*: היך אשא דבערא sicut ignis ardens in silva, Ps. 83, 15. וביעור ראשא et ardor sive incendium ignis, Gen 15, 17. Emph. בְּאַשָּׁלְהוֹבִית אֶשָּׁתָא in flamma ignis, Ex. 3, 2. ואשתא משתלהבא et ignis in flammam succensus erat, Ex. 9, 24. Const. אֶשַּׁת רוּגְזִי ignis irae meae, Ez. 38, 19. באשת קורעניותי in igne vindictae meae, Ez. 21, 31. Cum Aff. יַת אֶשָּׁתֵיהּ רַבְּתָא ignem ejus magnum, Deut. 4, 36. ואשתתן לא תכסי et ignis ipsorum non extinguetur, Jes. 66, 24. Ap. Rabb. שש אשות תן sex ignes sunt: ignis comedens et non bibens et contra, bibens et non comedens etc. Jom. 39b

אֶשָּׁתִי *igneus*.

אֶשָּׁתָא *febris, a calore vel ardore sic dicta*: אשתא בת יומא febris quotidiana, continua, singulis diebus obveniens, ephemera, T. Sab. 66b. אשתא תלתא febris tertiana, Sab. 67a. אשתא צמרתא febris ardens, ibid. אשתא דסתוא קשה מדקיטא febris hyemalis gravior est febri aestivali, Jom 29a. Ut enim fornax in hyemali frigore plus lignorum postulat, ut calefiat, quam in aestate: sic febris in hyeme majorem calorem concipit, corpusque magis incendit.

אֶשָּׁא Sic adducit hoc loco Ar., sed in Gem. scribitur אסא: vide id suo loco. Munst. hic ponit, אשא alias אכסא senex, stultus, perperam: nam אשא et אכסא non sunt idem, sed diversa et אשא est senex, אכסא stultus. Illud autem hodie scriptum legitur אסא, ubi vide exemplum.

אַשְׁבּוֹרָן אשב *fovea, fossa, fissura, quasi fractura dicta*, a שבר: Vide illic.

אשד *fundere, effundere*, idem quod affine verbum שרא de quo suo loco. Respondet plerumque heb. שפך. Praet. דְּמָא אַשַּׁד sanguinem effudit Lev. 17, 4. דאשירו דם זכאי quia effuderunt sanguinem innocium publice, Ez. 24, 8. Joel. 3, 19. Pl. foem. יְדָנָא לָא אַשַּׁדָא manus nostrae non fuderunt sanguinem, Deut. 21, 7. Part. אָשִׁיד דָּם fundens sanguinem, hebr. שפך, Ez. 18, 10. אשיד דמא היך מיא fundens sanguinem, tanquam aquam, Prov. 17, 14. Plur. אָשְׁדִין דָּם זַכַּאי fundunt sanguinem innocium, Hos. 6, 8. גיפן ואשדן דם scortantes et fundentes sanguinem, Ez. 16, 38. Libri habent ואשדת. Sed haec forma est constructorum in genere feminino plurali. Deinde praecedit recte גיפן, ad quam formam in ן etiam hoc legi debet. Imper. אֲשִׁירוּ דְמָהוֹן fundite sanguinem ipsorum, Joel 3, 13. Fut אֶישׁוֹד קָדָמוֹי שִׂיחִי effundam coram eo eloquium meum, Ps. 142, 3. ית כל דמא תשוד omnem autem sanguinem fundes ad imum altaris Ex. 29, 12. ותישוד ליכשתה et fundes in terram, Ex. 4, 9. על ארעא תשדניה super terram fundes eum, Deut. 12, 16. ישוד ליסודא דמדבחא fundet ad fundamentum altaris, Lev. 4, 7. לא תישדון דמא non fundetis sanguinem, Gen. 37, 22. Ithp. Praet. דְּאִתְאַשִׁיד בָּהּ qui effusus est in ea, Num. 35, 33. דאתאשד בגוה qui effusus est in medio ejus, Ez. 24, 7. Exemplaria habent patach sub א, quasi ex Ithpahel. Part. דְּמִתְאַשְׁדִין לְאַרְעָא quae effunduntur in terra, IIS. 14, 14. Et cont. דְּמְהוֹן דִּבְתוּלָתְהוֹן מִתְאַשַּׁד sanguis virginum ipsarum funditur, Thr. 1, 15. Infin. לְאִתְאַשָּׁדָא בְּגַוָּהּ ut effunderetur in ea sanguis innocentum, Thr. 4, 13. Fut. יִתְאַשַּׁד דְּמֵי לָא ne effundatur sanguis

---

288) Gr. ἀρχύπατος. Conf. an. nost. supra p. 28.

*) ארקולים. Citat B. Ar. ex TH. Aboda sara c. I. p. 4 vocemque per nom. propr. Ἡρακλῆς exponit Mussafia. Recte vero Er. Millin p. 230 hoc nomen ad *Heraclium Maximianum* vertit, *socium et amicum Diocletiani Imperatoris*. Ita enim teste Talmudine descriptio Tyri inventa sonat: אנא דיקלטיאנוס מלכא שכנית אהן יריחה רצור לגויא דארקלים i. e. Ego Diocletianus rex has constitui nundinas in honorem patronis socii mei Heraclii, ut habeantur per octo dies. *) ארתקדימא ἄρτο-κηδεμών *tutor panis*, qui curam gerit, ne careat populus pane. TH. Demai c. I.

288a) In Talm. nostro pro אורוה, לע"ז legitur, quod idem est. Vide illum locum talmudicum, quo diligentius comparato hanc a Buxtorfio datam interpretationem perperam esse facile intelliges.

289) Vide annot. nost. supra p. 28.

290) B. Ar. qui אירשן legit, vocem a chald. verbo רשה *mutavit, mutuo dedit* (Deut. 24, 10) derivatum habet, ut sit *debitum, aes alienum*.

meus in terram, IS. 26, 20. כד יתשד נפשהון quando effunditur anima ipsorum in fame, Thr. 2, 12.

מִישַׁד *effusio*: לאתר בית מישד קיטמא in locum effusionis cineris, Lev. 4, 12 heb. שפך.

אַשְׁיָא *fulcrum, sustentaculum*: *axis*. Pl. אַשְׁדָת גַּלְגַּלַיָּא et axes rotorum, heb. וידות et manus, manubria. Quidam *radii*. אשדתהון axes ipsarum, IR. 7, 33. אשדתוהי axes ejus, IR. 7, 35. ואשדתא מכא ומכא et fulcra hinc et inde, hebr. וידות et manus, manualia fulcra, 1. Reg. 10, 19. בסטר אשדתא in latere fulcrorum, ibid.

אשה, אוּשְׁיָא, אַשְׁיָא, אַשְׁוָא et quae plura ab his formis descendunt, vide supra in אוש.

אַשְׁוָיְתָא *fusus, instrumentum muliebre, cui fila neta circumvolvuntur*, Ti. tangens lanam, שעל האימה באשוויה quae est in colo aut in fuso, Kel. c. 21.

אשותא *talpa*, Lev. 11, 30 pro heb. הצנשמת quod R. Sal. vernacule interpretatur מלפ"א *talpa*: היך נמולא ואשותא sicut abortivum et talpa, quae caeca sunt et non vident solem, hebr. נמל אשת, quod paraphrastes vult esse pro נמל ואשת Ps. 58, 9. Alibi talpa vocatur אישות, in Misna Mc. 6b et in Gem. Quid est אישות? est creatura, quae non habet oculos, ibid. Quod autem אישות talpa sit probant ex אשת praedicti psalmi.

אשיות Sic adducitur hic in Ar., sed in Gem., unde citatur, scribitur עששיות de quo vide in עשע.

אַשׁוּחִין אשדן *cedri feminae*, Talm. בארזי ואשוחי cum cedris masculis et femellis, Sab. 157a.

אַשְׁחוּר *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4, 5 sic dicti, שהושחרו פניו בתעניות quod frequentissimis jejuniis faciem suam tetram atramque reddiderit, a שחור *ater, teter*, Sota 12a cf. Matth. 6, 16.

אֲשִׁים אשם vide in שום. אוּשִׁים vide in ישם.

אִשְׁתַּטִּירוּתָה *statio, consistentia*: אסטמיותה של עולם statio mundi sunt, Ber. rab. 66.

אִשְׁטוּמָכָה *stomachus*: שנשתהא המאכל באשטומכה quod moratus sit cibus in stomacho, R. Dav. IR. 19, 8. Saepius pro ש scribitur ס.

אָשָׁךְ אשך *testis, testiculus*, hebr. Sic ap. Talm. כל שנמרחו אשכיו omnis cujus testiculi fuerint contusi, Bechor. 44b.

מְאוּשְׁכָּן *testiculosus, magnos aut majores, quam par est, testiculos habens*, T. Bechor, 44b. Scriptio illic vitiosa est, quae in parvis Mischnajoth correcta.

אַשְׁכְּבָא, אַשְׁכַּבְתָּא *macellum*: סכינא דאשכבא culter macelli, culter lanionum, quo carnes dissecant: gl. סכין של בית הטבלין, Sab. 123b. V. שכב.

אֶשְׁכּוֹל *botrus*, hebr. Hinc ap. Rabb. אשכול של ביצים botrus ovorum, i. e. faetura ovorum, ova prima, sive ovorum primordia conglobata quasi in formam botri, in utero gallinae. Vide שכל. Ap. Talm.: Ex quo mortuus est Jose filius Joesaris et Jose filius Jochananis בטלו אשכולות cessarunt botri, i. e. non erat spes reliqua perfectorum fructuum, virorum sc. in quibus virtutum divinarum, cognitionis legis divinae, ac solidioris doctrinae esset maturitas et quaedam perfectio,[291] Sota f. 47a. Tem 15b. Jose idem quod Joseph per apocopam: nam in Sota scribitur Jose et in Tem. Joseph. Quid est אשכול? (i. e quare sic dicitur?) איש שהכל בו vir in quo omnia sunt, nempe תורה ויראה וענוה et similia.

אַשְׁכְּנַז *nom. propr. viri, filii Gomer*, Gen. 10, 3. Hic pater fuit inhabitantium Asiam, Pontum et Bythiniam. De Asia, comprobat hic TgH.

אַשְׁכְּנַז *Germania*, juxta, Rabb. superiores et hodiernos. אַשְׁכְּנָזִי *Germanus* Vide Eliam in Tisbi in fine literae א et Ab. Esr. in fine Obadiae. TgH. filiis Gomer attribuit גרמניא Germaniam.

אוּשְׁכָּפָא[292] *sutor*. Vide שכף.

אֶשְׁכָּר *jugerum*. Pl. אֶשְׁכָּרִין דְּכַרְמָא jugera vineae, Jes. 5, 10. heb. צֶמֶד כֶּרֶם.

אֶשְׁכָּרִין *donaria, dona peregrina et praestantissima*; ex significatione אשכרך, Ez. 27, 15 in heb. Sic juxta quosdam ואמעינת אשכרין וסרגלין et apportabat donaria peregrina et margaritas, Esth. 1, 3 In secundo Tg. Quidam volunt esse *nomen lapidis pretiosi*: Alii *ligni praestantissimi*, quasi pro אשכרעין.

אֶשְׁכְּרִיל *cedri species*. Legitur pro hebr. תדהר, quod alii *ulmum, fagum, pinum*: Alii *arborem oleosam*, interpretantur, Jes. 41, 19. T. est שאנה *abies*.

אַשְׁכַּרְעִין *idem*:[293] דפין ראשכרעין tabulis abiegnis vel buxinis, Ez. 27, 6. Item ואשכרעין Jes. 60, 13.

אַשְׁלָא אשל *funis funiculus*: תקדח לישניה ובאשלא et fune perforabis linguam ejus, hebr. ובחבל, Job. 40, 20. סמיע באשליה absconditus est in terra funis ejus, Job. 18, 10. בחלמא באשליה in porca-agri fune suo, heb. ב חלם עבתו, Job. 39, 13. Pl. רְאַשְׁלַיָּא et funes heb וחבלים, Ps. 140, 6. באשלי סגופא funibus afflictionis, Job. 36, 8. באשלי מסכסין funibus byssinis, Est. 1, 6. Ap. Rab. leguntur funes facti non tantum ex lino vel cannabe, sed et ex virgultis palmae, quibus trahuntur naves. Item אשלי רברבי funes maximi, i. e. חכמים גדולים sapientes magni, Bz. 27a. A. sara 7b. Sic in TH. Bm. c. 1 in Gem. אשלי דיינין שבגליות sapientissimi judices qui sunt in captivitate, gl. אשלי sunt חכמים גדולים sapientes magni.

אֶשְׁלָא[294] *arboretum, arbor*: יתיב תחות אשלא sedebat sub arboreto, vel sub nemore, heb. תחת האשל IS. 22, 6.

אַשְׁלָג[295] vocabulum volunt esse arabicum, significans

---

291) Aliter Muss. vocem אשכול ad gr. *σχολή* vertit, sensus hujusce loci talmudici ut sit: mortuis illis (doctis) scholae (praefectis carentes) finem habebant.

292) A plerisque pers. habetur. Invenis autem vocem arab. اسكف pro sutore in Schol. ad Tarafam v. 17.

293) B. Ar. quem Maim (C omm. ad tract. Jema c. 3 p. 9) et Kimchius (in Rad.) sequuntur, vocem arab. بقس i. e. *buxus* interpretantur.

294) *Arborem in genere palam* denotat a שרה *tranquillitate*, quemadmodum אשרה *lucum* a *felicitate*, quod nemora salubria sunt, et suavis in illis quies. Cf. R. Dav. Kimch. IS. 31, 13.

295) Persicum est, ait Bochartus (Phal. I. p. 455), *astengi*. Arabes vocant כנדס *candus*, Graec. *στροῦθιον*, Romani *radiculum* et *herbam lanariam*.

materiam ad eluendas sordes aptam. Ap. T. in Misna; נתר ובורית קימוליא ואשלג לכבס בגד קמן nitrum, saponaria, kimulja et aschleg, et eluendum pannum parvum, Sab. 89b et 90a. קימוליא in Gem. explicatur שלוק דוץ, quod R. Sal. scribit se ignorare quid sit. Alii scribunt esse herbam, cum cujus pulvere emundant manus. Munstr. hanc significationem male ascribit alteri nomini אשלג. De hoc vocabulo in Gem. subjicitur: Interrogavi omnes descendentes in mare, quid sit אשלג? responderunt mihi שונאנא שמיה sonaga est nomen ejus, et invenitur בנוקבא דמרגניתא in foraminibus sive fissuris margaritarum et educitur inde ברימצא דפרזלא stylo ferreo.

אשם (אָשַׁם) *delinquere, reum, culpabilem fieri.* Hiphil הֶאְשִׁים reum peragere, reatus vel culpae convincere, heb.

אַשְׁמָא hebr. אָשָׁם *reatus, oblatio pro reatu.* ברכרא דכרא ariete reatus, i. e. pro reatu, Lev. 5, 16 לאשמא arietem pro reatu, Lev. 19, 21. כחמארא וכאשמא sicut peccatum et sicut reatus, Lev. 6, 10. וייתי ית אשמיה et afferet reatum suum, i. e. קודבן אשמיה oblationem pro reatu suo, ut habet Jon. Lev. 19, 21. ולכל אשמתהן et ex omni reatu suo, Num. 18, 19. Ex forma femin. יַת חוֹבֵי אַשְׁתָּהוֹן, Lev. 22, 16. Jon. Ap. T. אשם תלי oblatio dubia, h. e. oblatio ejus, qui dubitat, num reatum commiserit nec ne? Menach. 102a. Kerith c. 6 in Misna. ab initio et alibi: contrarium est, אשם ודאי oblatio certa.

אַשְׁמַאי[296] *reus, culpabilis, sceleratus; insipiens* Ti. אפילו מפני זקן אשמאי etiam coram sene insipiente, Kid. f. 32b. Ex illo „coram canitie assurges", Lev. 19, 32. Vide Tisbi Eliae. In Ar. parvo explicatur בור *stultus, stolidus, rudis, incivilis, incultus.*

אֲשִׁימָא *hircus absque lana, quasi hircus vastatus aut desolatus, quod verbo* אשם *etiam significatur.* Sic vocatur idolum quoddam Chamataeorum, II R. 17, 30. Et viri Chamat fecerunt את אשימא. Ti. ad hoc: ומאי ניהו quidnam illud est? ברחא קרחא hircus calvus, Sanh. 63b. „Calvum" vocarunt, non quod plane calvus esset, sed quod pauciorem et rariorem ferret lanam, quam ovis. In TH. אשימא explicatur אימרא ovis. Vide R. Sal. et R. Dav. in lib. Regum. Elias in voce אשמאי scribit: אשימא (II R. 17.) simiam significat, sicut et italice simia vocatur. Senex autem qui non pollet sapientia, similis est simiae,

אַשְׁמְדַי *Asmedaeus*: Scribitur et אשמדאי, et אשכדאי. *Nomen est spiritus cujusdam maligni, sive daemonis* Quidam volunt dictum a שמד perdere, vastare, quod hominum perditionem quaerat. Talis aliquis dicitur אבדון *ἀπολλύων*, perdens, Apoc. 9, 11. Targ. quoddam. ex sententia Talmudicorum, tradit fuisse regem daemonum; unde illud ושדר לותיה אשמדאי מלכא דשידי et misit ad eum (sc. regem Salomonem in solio suo nimis se extollentem et superbientem) Asmedaeum, regem daemonum, Eccl. 1, 12. Et ap. Talm.: אן לא ידעינן דילמא אשמדאי מלכא דשידי ידע nos non scimus: forte Asmedaeus rex daemonum scit, Gitt. 68a. Hic prolixius commemoratur fabula ista, ad quam Targ. illud in Ecclisiastem respicit. R. Salomon ad illa, ובנגעי בני אדם et plagis filiorum Adam, (II S. 22, 14.) Iste est Asmedaeus, qui expulit eum (regem Salomonem) ex regno suo, והשידים et spiritus isti maligni fuerunt filii Adami primi. Nam omnibus istis centum triginta annis, quibus separavit se Adam primus ab uxore sua propter mortem Abelis coibant cum eo spiritus, et pariebant ex ipse liberos Haec ibi. R. David similiter ad hunc locum: Et plagis filiorum Adam: זה המזיקים illi sunt spiritus nocentes, qui ejecerunt eum ex regno suo, sicut dixerunt Rabbini nostri, בא אשמדי venit Asmedaeus et expulit eum ex regno suo. Explicant autem illud, filiorum Adam: quod השדים נולדו מאדם הראשון spiritus maligni nati sunt ab Adamo primo centum et triginta istis annis, quibus separatus fuit ab uxore sua. Hujus daemonis memoria etiam exstat in historia Tobiae, quod Sarae filiae Raguelis septem desponsatos maritos occiderit, antequam sociati fuerunt cum ea, Tobiae 3, 8. Hinc a christiano Gerson germanice vocatur der Ehteufel. Elias in hac voce tradit, ex Rabbinorum sententia, quod נעמה Nahema soror Thubalcaini hujus Asmedaei fuerit mater et ex ea natos fuisse plures daemones. Sed in Ber. rab. s. 23 scribitur, Nahemam istam fuisse uxorem Noae. Fuerit ergo alia, ex qua daemones isti prognati. Putat etiam Elias, eundem esse Asmedaeum, qui alio nomine Rabbinis dicitur Sammael.[297]

---

296) *ἄ-σημος obscurus.* Alii aliter q. v. in voce sequente.

297) Differentibus nobis hujus rei confirmationem argumentis alio loco (s. v. קדמון), quae de enucleanda voce אשכדי dicenda sunt, haec obiter iis, quae jam supra (p. 104) memoravimus, esse addenda videntur:

Quantopere veteres vitia atque morbos mortalium spectaverint ex אנוש nomine, quod homini dederunt, colligi potest. (Conf. annot. nost. p. 85.) Minime vero deum supremum ac benignum creaturis suis tot et tanta imposuisse mala credere potuerunt, neque restabat prorsusque nihil reliquum iis erat, nisi ut ipsum hominem fortunae suae esse fabrum suaque culpa in illa mala incidisse opinarentur. Quae mala quum naturalia sint et in eo tantum hominem attingant quoad corporeus est vivens in statu naturae, idciro eo aptius arbitratum est, ipsam accusare naturam sollicitationis, sollicitator simulque ut ultor esset. Naturam vero imagine serpentis sibi fingere id, quod nomadibus illis gentibus quam facillimum videbatur. Fluctus quidem naturae dierum noctiumque motus nudati, item serpentis instar semper in se revertens circulus anni et exterior splendor naturae ingens obscurans periculum; imprimis deinde, quod natura ex se renascitur, quasi ut serpens quotannis senectam exuens atque illud, quod serpenti similis, qui membratim caesus non moritur sed vivit, et natura tum unitate, complexu scil. virium omnium portentorumque universorum, quam divisa singulis sc. portentis dispersisque viribus viget: haec omnia causae mihi videntur, quod naturam serpentis forma sibi finxerint veteres. Habes itaque et Indorum gentes, quae universum mundum e serpente in lacteo mari dormiente i. e. ex viribus naturae cum materia conjunctis (materiam enim seu *τὴν ὕλην* propter facultatem transeundi in firmum e statu liquido cum lacte

אֲשִׁין, אָשִׁין *durum, forte.* Contrarium ejus est רכיך molle. Alias scribitur cum ע ab initio: מרחי דרכיך ומרחי דאשין de eo, quod est molle, et de eo, quod est durum, Chol. 136b. הא ברכיכי הא באשוני sive mollibus sive duris, T. Ned. 49a. דלועין דאשוני cucurbitae durae, אף גבלה דאשתא etiam deciduum fructuum durum est, Sab. 155b. Munst. perperam *duritiem* interpretatur substantive.

אִישׁוֹן, אִישׁוּן *terminus loci vel temporis, tempus*: מטע שכשא דלא באישוניה occubuerat sol in non tempore suo, Gen 28, 10 in TgH. et Jon. לא אישון למכנשא non est tempus colligendi pecoris, Gen, 29, 7 in TgH. ubi Jon. pro eo habet עת et hebr. עת. Sunt ergo haec synonima. והוה אישון כרוב ארעא eratque terminus, stadium vel jugerum terrae, Gen. 35, 17. (ולפום אפתלקות ענני יקרא) בלא et juxta tempus ascensus aurorae. Num. 9, 17.) אשוני ריחוקא extra tempus separationis, vel menstrui heb. בלא עת, Lev. 15, 25 in Jon. באשוני שתא דשמטתא tempore anni intermissionis, Deut. 31, 10 in Targ. Jon. hebr. בכותך. באישון שרותא דטיהרא tempore convivii meridionalis, i. e. prandii, Gen. 43, 16. כאישון למסק עמודא דשחרא et secundum tempus, quo ascendit aurora, Gen 19, 15 in TH. et Jon. ויהי באישוניה eratque in tempore ejus, Gen. 47, 24 in Jon.

אֲשׁוּן *idem*, in Tg. Jon וַהֲוָה סַגְיָא אֲשׁוּן eratque adhuc multum temporis, Gen. 35, 16. Corrigendum id videtur ex Tg. hier. אישון.

אֲשׁוֹנָה, אֲשׁוּנָה *nigrum, nigredo, obscuritas, tenebrae*: והוון עיילין עכיה לאשונה et ingressi sunt cum eo in tenebras, in locum tenebrosum, ne sc. Rabbi solus esset in tenebris et terrore corriperetur, B. rab. s. 33. Sic hebr. Prov, 20, 20. Huc videtur etiam pertinere, quod adducit Ar. ex Gen. 19, 8 pro בצל קורתי in umbram tigni mei, ex TgH. באישון שירותי: Sed hodie in nostris libris non exstat.

אַשָּׁף *astrologus*: לכל חרטם ואשף ullum magum aut astrologum, Dan. 2, 10. Pl. רב חרטמין אשפין princeps magorum, astrologorum etc. Dan. 5, 11. עלין חרטמיא אשפיא ingressi sunt magi, astrologi chaldaei etc. Dan. 4, 4. Et in forma hebr. האשפים, Dan. 1, 20.

אשפא *corium, pellis*: Ti. גירדא דאשפא ramentum corii vel pellis, quod de pelle aptando raditur vel detrahitur, Keth. 77b. Ar. in rad. דרג legit דאשכפא i. e. *sutoris*, quod sutor de corio abradit vel abscindit. Ea lectio proba est.

אוֹשַׁפִּיז, אוֹשְׁפִּיזָא *hospes, qui hospitio excipit vel excipitur: hospitium*: בעלי אושפיזין hospites, qui peregrinantes hospitio excipiunt. כד הוה שאיל מאושפיזא quando interrogabat de hospitio, Erub. 53b. R. Salom. Num. 20, 17 scribit: מכאן לאכסנאי שיש בידו לאכול יקנה מן התנוני כדי ליהנות אושפיזו i. e. hinc (doctrina est) hospiti viatori, quod etiamsi penes se habeat, quod comedat, tamen emet ab hospite, ut fructus aliquis inferatur hospitio: למישבק אינש גולמא לאושפיזיה relinquere, ut relinquat homo urceum testaceum hospiti suo, T. Joma 12a.

אושפיזינא *hospita, cauponaria, hospitium et esculenta praebens.*

אוֹשְׁפִּיזְתָּא *idem*, Ti. מפקיד זוזי גבי אושפיזכתיה deposuit pecuniam apud hospitam suam, Ber. 18b.

אוֹשְׁפִּיזְכָּן *hospes, qui hospitio excipitur, et qui hospitium praebet*: לפיכך זכה בנימין הצדיק ונעשה אושפיזכן לגבורה idcirco dignus habitus fuit Binjamin justus ille, ut fieret hospes dei, i. e. arcae foederis, quae in ipsius parte hospitium habuit, Joma 12a. Pro לגבורה alibi scriptum est לשכינה divinae majestatis, Meg 26a. Nempe in ejus parte fuit et urbs Hierosolyma et templum, in quo deus habitavit. בעלי אושפיזכנין hospites Jom. 12a. Et aliter אושפיזכניה דרב אתא לקמיה לדינה אמר ליה לאו אושפיזכני את hospes Raf venit ad ipsum ad judicium (i. e. ut jus sibi diceret in causa quadam) dixit ei: numquid hospes meus aliquando fuisti? Sanh. 7b. gl.

---

comparabant) ortum esse tradunt, omnino ut dicere possimus serpentem de quo antiquae gentes tot et tanta fabulabantur, nil nisi figurate de mundo universaque natura adhiberi. Quae ratio de primo lapsu hominis atque causis, quae mortalem eum fecerunt et malis obnoxium, autore Philone Judaeo a Talmudicis eo aucta atque amplificata est, quod Asmodaeum interseruerunt, vinculum, (δεσμός apud Philonem Lib. III. Leg. all.) ut sit, quo intellectus s. mens (νοῦς) conjungatur cum rebus sensibilibus et oculis exposita natura. Est igitur Asmod. nil nisi vis illa mentis, quam Philo τὴν ἡδονήν vocat (cf. Phil. de Cherub. p. 44 Leg. alleg. II. p. 1100): *vis quidem illa in mente hominis, quae opus est ad intelligibilium et sensibilium apprehensionem* i. e. *perceptio subjectorum*, qua carente ne intellectus quidem circa sensum operabitur et occupabitur. Huc et nomen אשמדי spectat, quod teste Belando a pers. ازمودن *tentare* derivatum est, ut illam animi indolem indicet, qua intellectus s. mens ad apprehensionem subjectorum contingit. Hinc Talmudici Asmodaeum *antistidinem omnium conjugium* (ממונא על החתנות Psch. 111a), illum nempe indolem animi vocant, qua *intelligibilia* et *sensibilia conjunguntur*. In eodem sensu docent Asmodaeum quotidie in coelum ascendere ad discendas literas coelestes, tum in terram rursus descendere ad discendas res naturales (Git. 68a); similiter iis, quae de voluptate apud Diog. Lib. X. c. 40 *οὐκ ἔστιν ἡδέως, ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως*. Et revera Talmudicis Asmodaeus minime tam infamatus fuit ut Rabbinis, qui postea fuerunt, et nobis; id enim si fuisset templum Salomonis eo duce exstructum esse non docuissent. Nec laetus de damno aliorum more Satanae est lacrimas fundens aspectu coenae nuptialis, quia pulchrum illum conjugium mox morte direptum iri scit. (Git. ibid.) Ita et hominem caecum cum manu sua ducit, quia in coelo dicere audivit illum piorum sedem ac locum consecuturum, qui caecum hunc hominem ducat. Gaudium igitur amat et quidquid amoeni praebet natura sive in coeli sive in puellae gremio (Git. ibio) ea attingat, minime vero diaboli more ea tantum gaudia quaerit, quae hominem ad interitum et perniciem ducunt. Quod vero mala cupiditas et quae in corde humano sunt irritamenta malorum, (daemones cf. supra p. 105) amore gaudii et voluptatis oriri solent, idcireo princeps daemonum vocatur. In Br. et Jalk. Job. 21 etiam שמרון vocatur, d. q. in שמר. Cf. praeterea an. nost. ad מזיקים in נזק.

אין את זכור שעשיתי עמך חסד an non recordaris, quod aliquando tecum beneficentiam exercuerim?

אוֹשְׁפִּיזִירֵנֵךְ *hospitio excipere*: אושפוזייכיה hospitio excepit eum, T. Kidd. 76b.

אֻשְׁפָּר *frustum, portio ampla*, heb. IIS. 6, 19. Ti. ad hunc locum scribunt: אשפר אחד מששה בפר i. e. אשפר dicitur, quasi una ex sexta bovis, sexta pars bovis, Pes. 36b. Postea in quartas animalia mactata divisa fuerunt, ut et hodie fit, quae vel venduntur, aut donantur, aut dividuntur in mensa inter convivas, ein Viertel.

אַשְׁפּוֹרִין *sartores*: לאשפורי היכא יהבינן sartoribus quomodo damus? T. ע"ז 20b gl. כובס *fullo*,[298] *aptans pannos novos*. Ar. אטמין *opifices aptantes vestes*.

דְּאַשְׁקְלוֹנִים אשק *Ascalonii, apud Ascalonitas inventi vel usitati*: הכדומין האשקלונין harpagones Ascalonii Tal. Kelim c. 13.

אַשְׁקַלְתָּא *acceptatio*, a rad. שקל, i. e. *literae contractus emptionis, quibus quis fatetur, se emisse aut acquisivisse domum, agrum vel rem istam ab isto*. Ar. exponit שמר המקנה. Ap. Tos. אי מודעא אשקלתא ואי אשקלתא לא מודעא. Et iterum מאן דתתים אמודעא שפיר תתים ומאן דתתים אשקלתא שפיר תתים Bb. 48b.

אשקק, אשקיקא vide in שקק.

אַשַּׁר אשר *firmare, confirmare, corroborare, confortare*: Hanc significationem R. Sal. vult esse ex illo אשרו חמוץ corroborate oppressum, Jes. 3, 17. Item *verificare, certificare*. Ap. Ts. תמרי משבעין ומשלשלין ומשרנן dactyli satiant, laxant, calefaciunt, corroborant, sed non oblectant, i. e. dulcedine nocent, Gitt. 70a. Keth. 10. אשרנוהו וקיימנוהו confirmamus et stabilimus illud. Sic testes aut judices in literis contractuum subscribere solent. חבריך מית אשר איתעתר לא תאשר amicus tuus si mortuus sit, firmato (sc. debitum tuum, quod ipse tibi debet) si vero ditatus fuerit, non opus est confirmatione, Gitt 30b. יאשר כותך firmum, stabile sit opus tuum. Sic peracto aliquo opere, bene precantur ei, qui opus perfecit. Ad peragentem vel peracturum dicunt יאשר כותך ה', deus confirmet opus tuum vel, Beet, prosperet, ex signif. heb.

אֲשָׁרְתָּא *confirmatio, ratificatio, firmitas*, ut cum literae contractus subscribuntur et obsignantur. Idem appellatur קיום ap. Rabb. Hac voce praetereuntes alloqui et salutare solebant operarios, אשרתא firmitas, firmum ac felix sit opus vestrum: quandoque dicebant איחזוקו firmi, validi, prosperi estote in opere vestro, Gitt. 62a. בין עדים לאשרתא inter testes et confirmationem, Bb. 163a Ar. habet in forma absoluta לאשרא. Sic vocatur קיום השטר subscriptio et confirmatio contractuum per judices, quando subscribebant אישרנוהו וקיימנוהו ut ante dictum.

אֲשָׁרְתָּא *arca, arcula*: הוה ליה אשרתא דסרבלי במחוזא erat ipsi arca vestium in urbe, T. Gitt. 14a vel arcula gossipii aut floccorum lanae, ut quidam interpretantur. Vel, ut in Ar. est, חבילה של בגדים sarcina, fasciculus vestium aut pannorum.

אֲשָׁרְאִי *firmitas, fides, seu fide et credito datum aut venditum, non pro parata pecunia, vel accepto chirographo*, auf Borg und guten Glauben. כל אשראי ספק omne creditum dubium est: forte venit, forte non venit (sc. ejus solutio): et quod, sive quae solutio venit, pecuniae malae sunt i. e. pecuniis malis solvitur, Pes. 113a. ראית ליה אשראי במתא quia est ipsi fides in urbe, creditur ipsi, man borgt ihm, Bm. 63 b.

אָשׁוּר *ratum, firmum, stabile*, Ti. אשור הבו לה היא firmum, ratum esto: date ei: propere Gitt. 34a. gl התחזקו fortes estote: agite, eja. אשור אשור היא fortiter, eja, agite, ea, Sab. 119a. Ar. exponit בהדו בהדו *properate, properate, propere, propere*. Utraque vox est hortantis. Prima tamen proprie est, *fortiter, alacriter, bono animo*. Altera est *ela*, eja, quod Hebraei exponunt מהר *propere*. Hinc Munst. ponit אשור celeriter, festinanter. Est vero, quod dixi.

אָשַׁר *beare, beatum, felicem, prosperum praedicare vel reddere*.

אֹשֶׁר *beatitudo, beatitas, prosperitas*: באשרי in felicitate mea est, felicitas ista mea est, Gen. 30, 13 heb.

אַשְׁרֵי *beatitates*: *beatus, felix*: אשריך beatitates illae tuae sunt, beatus es, Ps. 128, 2. אשריכם o vos beatos Jes. 32, 20 etc in Lex. hebr. Rabbini dicunt et in prima persona, אשראי beatitates meae, o me beatissimum אשראי שאני למעלה o me beatum, quod ego supra sum. in supernis, in coelo habito, MT. Ps. 84.

אֲשׁוּר *beatitudo, beatitas*: *firmitas, confirmatio, ratificatio; robur*. אשר נקרא שמו על שם אישורו Ascher vocatum est nomen ejus ob potentiam et robur ejus, Ber. rab. s. 14.

אַשּׁוּר *Assur*, nom. propr. filii Sem, Gen. 10, 22 a quo Assyrii nomen habent et terra Assyria.

אַשּׁוּרִי *Assyrius, Syrus*: כתב אשורי scriptura assyriaca, syriaca.

אַשּׁוּרִית *assyriaca, syriaca*: *syriace*: כתיבה אשורית scriptura assyriaca. Hinc scribit R. Obadias de Bartenora, in praefatione in commentarium suum in Mischnajoth: „Proposuimus edere in lucem Mischnajos cum commentariis, כולם בכתיבה אשורית omnia in scriptura assyriaca," i. e. quadrata, quomodo vocant eam, qua textus biblicus hodie descriptus est. Quippe sic et textum Mischnajoth et commentarium suum, eadem scriptura excudi curavit. R. Abraham de Balmis in initio grammaticae suae, ubi de literis agit, hunc in modum scribit: „sciendum, scripturam literarum apud Hebraeos esse diversam, pro varietate regionum. Communis autem omnibus est figura literarum, שקוראין אשוריית quam vocant assyriacam, quae commodissima est literis suis. exivitque nobiscum מאשור ex Assyria." Haec ille. Haec est ea figura, qua liber legis sanctus, manuscriptus in synagogis asservatur et in sacris tantum conventibus cum singulari pompa et solennitatibus legitur. A forma literarum volgo vocatur כתב מרובע scriptura quadrata. Ti. disputant de eo, an scriptura ista ex Assyria sive

---

298) Vocem quidem ut videtur ad heb. שפר, arab. سفر *nituit, pulcher, elegans fuit* vertunt, ut illum significet, qui efficit, ut vestes pulchrae sint, i. e. כובס.

Babylonia a Judaeis in Judaeam exportata et per Esram publicata, ut deinceps ea Judaei uterentur, tanquam longe commodiori, quam ea, qua antea fuerunt usi, quae literae apud Samaritanos dicuntur remansisse? Rursus ap. Tos.: „Non est differentia scriptionis inter tephillim sive schedas precatorias et mesusos, i. e. schedas liminares, nisi quod libri biblici scribuntur quavis lingua, schedae autem precatoriae et liminares non scribuntur nisi assyriace," Meg. 8b gl. אשורית i. e. לשון אלא אשורית „lingua sancta." Mox ibidem in Gem.: עד שיכתבנו בכתב אשורית donec scripserit eum scriptura assyriaca gl. כתב אשורית הוא כתב שלנו scriptura assyriaca est ea, quam nos hodie habemus, sc. in textu biblico. Item ונתנה להם בימי עזרא בכתב אשורית et data fuit ipsis (sc. lex Mosis) temporibus Esrae in scriptura assyriaca, Sanh. 21 b. Et mox: בירורו להם לישראל כתב אשורית elegerunt pro Israëlitis scripturam assyriacam. Mox ibid. למה נקרא שמה אשורית שעלה עמהם מאשור quare vocatur nomen ejus, „scriptura assyriaca?" quia ascendit cum ipsis ex Assyria. Item juxta alterius sententiam ibidem: למה נקראת אשורית שמאושרת בכתב quare vocatur assyriaca? quia est מאושרת beatificata in scriptura i. e. quia scriptura ista est sanctificata, quod lex dei digito dei scripta est literis ejus. Haec ibi. Disputant illic doctores, an literae hodiernae quadratae sint eaedem, quibus lex dei a Mose primitus in tabulis descripta sit, vel an aliae tunc fuerint, quae tempore Esrae post reditum ex Babylonia sint permutatae et assumptae eae, quas ipse secum ex babylonica captivitate ex Assyria attulit? Respondetur et concluditur, non fuisse mutatas literas Hebraeorum priores ullo modo. Vide ibi plura et in TH. Meg. c. 1 f. 71b in Sev. 62a. Amplius והלועז ששכע אשורית יצא et gentilis homo audiens legi assyriace, excusatur, Meg. c. 2 initio. Item: ותפלין והמזוזות אינן נכתבות אלא אשורית tephillin, i. e. schedae precum et schedae postium non scribuntur, nisi assyriace, i. e. literis hebraicis hodiernis. Ap. Rab. דומות למ״ם וס״מך כמו שהם בכתב אשורית שבידינו היום similes sunt literis Mem et Samech, sicut illae sunt in scriptura assyriaca, quae hodie est in manibus nostris, liber Ikkarim, orat. 3 c. 16 ubi disputatur, hodiernas literas non esse eas, quibus usi Hebraei trans Euphratem. Vide ibi. Contraria sententia asseritur in lib. עין ישראל in comment. in Meg. cap. 1 ubi inter cetera autor iste dicit: זה הכתב אשר אנחנו כותבים בו היום ספר תורה וכל דבר שבקדושה הנקרא כתב אשורי הוא עצמו היה הכתב שבלוחות העדות i. e. haec scriptura, qua nos scribimus hodie librum legis, et omnem rem sacram, vocatur scriptura „aschuri", estque ea ipsa scriptura, quae fuit in tabulis testimonii et libro legis, qui repositus fuit in latere arcae foederis domini. Rursus in Gem.: Inveni virum quendam, habentem in manu sua epistolam, כתובה אשורית ולשון הקודש scriptura assyriaca et lingua sancta, Sanh. 97b, gl. R. Salomonis: Assyriaca, i. e, scriptura, quam nos hodie habemus, est assyriaca, quae venit ex Assyria, ut dicitur aliis locis etc. Sic in utramque sententiam apud Hebraeos sunt graves autores. De his alibi latius.

אֲשׁוּרָא, אֲשֵׁרְתָּא *lucus*: ונביאי אשירתא et prophetas luci IR. 18, 19. ואשרתא די עלהי et lucus qui erat super eo, Jud. 6, 28. לאשרתא pro luco IIR. 23, 7. Constr. אֲשֵׁרַת כָּל אִילָן lucum ullius arboris Deut. 16, 21. Pl. אֲשֵׁירִין statuas et lucos IIR. 17, 10. Emphat. וְאֲשֵׁירַיָּא et succidit lucos IIR. 23, 14 quae est forma feminina. Masculine אֲשֵׁרַיָּא et lucos, Jes. 17, 8. דעבדו ית אשריהון quod fecerunt lucos suos IRg. 14, 15. ויתּ אשיריהון תקצצון et lucos ipsorum succidetis Ex. 34, 13.

אֲשַׁרְנָא *murus*. Referunt ad primam significationem et volunt ita dici, quod sit *robur* et *firmamentum* sui loci: ואשרנא דנה לשכללה et murum hunc perficiendi Esr. 5, 3.

אֲשַׁרְשֵׁיפָא *sedile, sella, scamnum*, Ti. רב ספא אשרשיפא Raf Papa afferebat ipsi sellam, Keth. 61a. מנח להו אשרשיפא ponebat ipsis sellam vel sedilia, Ber. 24a, gl. ספסל. Aleph videtur esse servile et sic pertinet ad literam ש.

אשש Ithpahel נְתְאַשְּׁשׁ vel נְתְאֲשַׁשׁ *corroborari, confirmari*: יהיכן נתאששו לו כאן et unde confirmatae sunt ipsi hic? BR. s. 78. Tale est in hebraeo התאוששו Jes. 46, 8.

אֲשַׁיָּא *fundamenta*, sic dicta, quod sunt robur aedificii: ואשיא יחיטו ac fundamenta ipsa attolluntur, Esr. 6, 13. V. amplius in אוש.

אֲשִׁישְׁדָּא *lagena*, hebr. Item *lecythus, lenticula*, Ti. אשישא דמשחא lagenula vel lecythus olei, Bb. 144a. R. David ad illud, ואשישה אתת IIS. 6, 19. ואשישה אתת מלאה יין et lagenam unam plenam vino. Ab. Esra ad illud אשישי ענבים Hos. 3, 1 sicut; סמכוני באשישות corroborate me lagenis, Cant. 2, 5 i. e. באשישות היין lagenis vini. Tale est אשישי יין ענבים lagenis vini uvarum, i. e. ex uvis expressi. Ti. de voce אשישה dissentiunt. Unde ad illud ואשישה אתת IIS. 6 Raf Chanan dixit אשישא אתת משחה באיפא aschischa est una de sexta parte mensurae Ephae: R. Samuel dixit אשישא גרבא דחמרא aschischa dolium sive vas vini est, Pes. 36a.

אֲשִׁישִׁים, אֲשִׁישׁוֹת *lenticulae, lentis species minor et vilior* aut *rejectamentum* sive פסולת *furfures farinae lenteae*, Ned. 53b. דכו במדוכא אשישות tundite in mortario lenticulas et facite ex illis placentas, MT. Ps. 23.

אֲשִׁישָׁיָן *placentae frixae*: ומעמיה כאשישין בדבש et sapor ejus erat sicut placentarum frixarum cum melle hebr. בצפיחית, Ex. 16, 31 in Jon.

אֲשׁוּתָא *talpa*: vide supra in אשה.

אִישׁוּתָא vide supra in איש.

אֲשִׁיתָא *paries*. Ti. חזאי אשיתא דנפל vidi parietem cadentem, Ber. 56a. Somnium est, quod quis recitavit somniorum interpreti, qui dixit: Bona tua caduca erunt et mox corruent. Possit forte etiam ad אשה referri. Nam a tali forma, terminationes ות et ית frequentes sunt.

אֶשְׁתַּדּוּר vide in שדר.

אִישְׁתְּיָרְמָא *cancellarius, secretarius*, Ti. מעיקרא סבור אישתיימא a principio existimatus fuit esse secretarius, שליח נושא חותם המשלחו ע״ז 41a. legatus portans sigillum ejus, qui ablegavit ipsum. Videtur pertinere ad שתם claudere.

אִישְׁתְּדָא *anno hoc*. Compositum ex שתא et הדא,

ut: אישתקד הוה דידך praeterito anno fuit tuum: hoc anno est meum, TH. M. scheni c. 4.

אִשְׁתְּקַד vel אֶשְׁתְּקַד *anno praeterito*, quasi, שהא קדמיתא. In Tg. די כזמן מן אשתקד qui ordinatus est ab anno superiore, Lev. 16, 21 Jon. vel, tempore superiori, מיום אתמול, ut loquitur R. Sal. Idem R. Sal. in comment. Lev. 26, 10. שיהא ישן הנושן מן שלש שנים יפה quod erit vetus inveteratum i. e. a tribus annis, melius est ad comedendum, quam anni praecedentis. Ap. Tos. מי שלא שקל אשתקד ישקול לשנה הבאה is qui non dedit siclum anno praeterito, det eum anno sequenti, Skal. c. 6. כמני מה אשתקד של עולם כולו לקה ושלך לא לקה quare anno praeterito seges totius mundi erat percussa, tua vero non fuit grandine percussa, Ber. 18b. אשתקד היתה מליאה פירות ante annum erat plenum fructibus, Mas. scheni c. 4. ישן משל אשתקד vetus est anni praecedentis, מיושן של שלש שנים inveteratum est annorum trium. Aliter vide in Betza 5b. Legitur et syr. 2. ad Cor. 8, 10.

אַשְׁתִּיפָא nomen proprium viri.

את. Apud Cabalistas saepe mystice ponitur, *pro principio et fine*, ut *A* et *Ω* in apocalypsi.[299]

אֵת. Ap. Rabb. quandoque *τεχνικῶς* sumitur, pro certa voce et pluraliter formatur אתים. Inde R. Ismaël scribitur mysteria quaesivisse in שלשה אתים tribus את in lege. Vide R. Sal. Num. 6, 13. Hinc est Rabbinorum אותו, quod quandoque est nominativus. *is, ipse, id* quandoque accusativus, ut hebraice.

אַת Guido hic ponit, pro *utile esse*: Vide יאת.

אַתְּ *tu*. ארי ערטלאי את quòd nudus tu esses, Gen. 3, 11. ואת תחזא נטר ליה tu vero observabis ei, Gen. 3, 15. Sic haec vox generis communis est. Fem. שַׁפִּירַת חֵיזוּ אַתְּ pulchra aspectu tu es, Gen. 2, 11 ubi kametz propter accentum est. Sic אחתי את soror mea tu es, ibid. v. 13. Saepissime etiam dicitur אַנְתְּ ubi נ vel est loco dagesch, ut saepe alias, vel est forma אַנָא: ut, את ובנך tu et filii tui, Gen. 6, 18 in Jon. אַנְתָּה מַלְכָּא tu rex, Dan. 2, 29. 31 ubi ה in fine juxta Masoram redundat. Plur. אַתּוּן חֲזַיְתּוּן vos vidistis, Ex. 20, 22. Ex altera forma כְּעָן אַתּוּן זָבְנִין tempus vos redimitis, Dan. 2, 8. In lingua hierosolymitana, cum servilibus ab initio, א nonnunquam eliditur, ut וַאֲנָא אָמַר et tu dicis, pro וַאֲנָתְּ אָמַר, TH. Sanh. c. 11. Sic הדא דת מר hoc quod tu dicis, pro הָדָאתְּ, Schev. c. 7.

אתא אָתָא *venire*. Dicitur et אָתֵי et אָתֵה, pro more aliorum hujus classis verborum. heb. בא. Praet. חַד אָתָא לְאִתּוּתָבָא unus venit ut permaneat vel hospitio excipiatur, Gen. 19, 9. אתה עליהן venit ad eos, Esr. 5, 3. ושמועתא אתת et fama pervenit ad Davidem, II S. 19, 30. ארי אתיתא לותי quod venisti ad me, Jud. 11, 12. כען אתיתי nunc veni, Jos. 5, 14. אנא אתית מן סדרא ego veni ex acie, II S. 4, 16. אתו לירושלם venerunt Hierosolymam, Esr. 4, 12. אתו למזבן עבורא venerunt ad emendum frumentum, Gen. 42, 10. דאתו לותיך qui venerunt ad te, Jos. 2, 3. ואתו לות רעואל et venerunt ad Reguelem, Ex. 2, 18 quod fem. est. אתינא לות אחך venimus ad fratrem tuum, Gen. 32, 6. Part. וְהָא עֵשָׂו אָתֵי Et ecce Esau veniebat Gen. 33, 1. כל דאתי לאתרא quicunque veniebat ad locum istum, II S. 2, 23. Plural. וְהָא גַמְלַיָּא אָתָן et ecce cameli veniebant, Gen. 24, 63. Sic passim haec forma masculine legitur. In Jon. hoc loco est אָתְיָן, quae mox quoque fem. est. Et aliter, וְאָתִין קָדָמוֹהִי et venerunt ante eum, Esth. 1, 3. In libris id legitur וְאַיְתִין quod forte debet esse ex aphel וּמַיְתִיתִין et adducebant. In dialecto hierosolymitana frequenter, cum ו ab initio, amittit א, ut וָתְיָא et venit, pro וְאָתְיָא; sic ותייא כיי דכר et venit secundum eum qui dicit, hoc est, et res se habet juxta illum etc. Sic crebro. Fem. רָחֵל בְּרַתֵּיהּ אָתְיָא Rachel filia ejus veniebat, Gen. 29, 6. שבע שניא אתין septem anni veniebant, Gen. 41, 20. עבור שניא מבתא דאתין frumentum annorum bonorum, qui adveniunt, Gen. 41, 35. Infinit. בְּמֵיתֵי אֲחוּכוֹן cum venerit frater vester, Gen. 42, 15. לאתא לחנוכת צלמא ad veniendum ad dedicationem imaginis, Dan. 3, 2. למיתי יומא דין ad veniendum die hoc. Ex. 2, 18. מלמיתי מארעא דכתאי a veniendo ex terra Chittaeorum, Jes. 23, 1. C. aff. עַד מֵיתַי לְוָתָךְ usque ad venire me ad te, Gen. 48, 5. במיתי כפדן in veniendo me de Paddan, Gen. 48, 6. עד מיתנא לתמן usque ad venire nos eo, Exod. 10, 26. עד מיתך לתמן usque ad venire te eo Genes. 19, 22. עד מיתיכון usque ad venire vos, Deut. 1, 31. עד מיתותי usque ad venire ipsum, 1. Sam. 9, 13. במיתותי in veniendo ipsum, Gen. 33, 18. עד מיתיהון usque ad venire ipsos, Gen. 34, 5. במיתיהן למשתי in veniendo ipsas bibitum, Gen. 30, 38. Imper. אֵיתָא דַּלְכָא veni huc, II S. 14, 32. איתא אזיל veni, ito II R. 5, 5. איתו נסגוד venite procumbamus, Ps. 95, 6. איתו קדמוי בתושבחתא venite coram eo cum laude, Ps. 100. 2. ואיתו לותי et venite ad me, Gen. 45, 18. Pl. per aphaeresin, תֵּיתוּ אֲכֹלוּ venite, comedite (panem meum,) hebr. לכו, Prov. 9, 5. Sic saepe in dialecto hiorosolymitana: ut אזלון ותתן בצפרא abite et venite cras mane, TH. Bb. c. 2. Fut. דְּאֵיתֵי לְוָת רִיבּוֹנִי quo veniam ad dominum meum, Gen. 33, 14. Sic deinceps תֵּיתֵי venies יֵיתֵי veniet נֵיתֵי veniemus, יֵיתוּן venient, Jes. 47, 9. וייתין et venient, ותבואנה Jes. 47, 9. וייתין לך תרתין אלין et obvenient tibi duo ista, Jes. 47, 9. Veneta in punctatione hujus verbi, saepe prava sunt. Aphel. Praet. וְהֵבֶל אַיְתִי אַף הוּא et Abel attulit etiam ipse de primogenitis pecorum suorum, Gen. 4, 4. מן איתיך הלכא quis adduxit te huc, Jud. 18, 3. In Venetis prave vox scripta est. לָא אַיְתְיֵהּ non adduxerit illam, Lev. 17, 4. Veneta prave habent אָתְיֵהּ omissa prima radicali. ארי איתיתא עלי quod adduxisti super me, Gen. 20, 9. לא איתיתי לותך non adduxi ad te, Gen. 31, 39. איתיאו ית אפרשותא attulerunt separationem, Ex. 35, 21. דאיתיאו ממצרים quod adduxerunt ex Aegypto, Gen. 43, 1 ubi Jon. habet דְּהַיְתוּ. cui simile, quod sequitur. היתיו מאני דהבא adduxerunt vasa aurea, Dan. 5, 3. היתיו לדניאל et adduxerunt Danielem, Dan. 6, 17. הימיו אלך adduxerunt viros illos, Dan. 6, 25 in quibus ה est charac-

299) Spectat quidem A. n. ad c. XII. v. 12 Christus ubi eo sensu dicit, *ἐγὼ Α καὶ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔρχομαι*.

teristica litera ex usu Hebraeorum: למה איתיתן יתיה quare adduxistis eum ad me, I S. 21, 15 etc. Partic. הָא אֲנָא מַיְתֵי en ego adduco diluvium, Gen. 6, 17. Pl. וְאִנּוּן מַיְתָן ipsi adducebant quisque oblationem suam, I R. 10, 25. Infinit. לְהַיְתָיָה ad adducendum, Dan. 5, 2 vel לאיתאה יתנא ad adducendum nos, Num. 20, 5. מלאיתאה ab adducendo, ne adducerent, Ex. 36, 6. באיתיתי עלך in adducendo me contra te, Ez. 32, 10. קדם איתיותך ante adducere te, II S. 3, 13. באיתיתכן בני עמטיא in adducendo vos populos alienos, Ez. 44, 7. עד איתאיכן usque adducere vos, Lev. 23, 14. 15. Utrumque Targ. post ת habet cholem, quod in aphel nullum prorsus habet locum. Commodius autem ex forma praecedenti legeretur. Imper. אַיְתִי לִי צֵידָה affer mihi venationem, i. e. ferinam, Gen. 27, 7. איתי לצפונא איתא dicam septentrioni, affer, Jes. 43, 6. Pl. אַיְתוּ בְנַי מֵרָחִיק adducite filios meos de longinquo, Jes. 46, 3 איתו ית כל מעשריא adducite omnes decimas, Mal. 3, 10. ואיתו ית אחוכון et adducite fratrem vestrum minimum, Gen. 42, 34. ואיתו אלי et afferte ad me Ex. 32, 2. Fut. אַיְתֵי בְשָׁתָא adducam malum super domum ejus, I R. 21, 29. עד דאיתי עלוחי donec adducam super eum Ez. 21, 27. אם לא איתנית si non adduxero eum, vel reduxero Gen. 44, 32. ואיתנך et adduxero te, Ez. 38, 16. Sic porro תַּיְתֵי adduces, נַיְתֵי adducet, נַיְתֵי adducemus etc. Ithpehal Praet. דְּאִתּוֹתֵיאַת לָךְ quod adducitur tibi Gen. 33, 11. Cholem hic plane insolens est. Sed est loco א. Analogia postularet דְּאִתַּאֲתֵיַת. Hinc euphonia priorem formam extrusit. Apparet id ex Jon. in quo legitur דְּאִתַּתֵיָא, quod legendum vel דְּאִתַּתֵיַת vel דְּמִתַּתֵיָא ex participio, ubi א radicale extrusum. Fut. וַיְתֵי tunc adducatur ad Aharonem, Lev. 13, 2. Sic plura ab incipientibus ab א habent vocalem longam sub litera ת characteristica in hac conjugatione. Possit tamen etiam analogice ex forma Ithpehal, quae ex Pehal deducitur, dici יִתְאֲתֵי pro יִתַּאֲתֵי. Quia autem ab אֲתֵי in futuro dicitur אֵיתֵי, inde elisa א fit יִתֵּיתֵי. Sic etiam legi debet ibid. vers. 9 et Lev. 14, 2. יִתֵּיתָן בְּחֵירָא adducentur cum gaudio ad te, hebr. מובאות לך Ps. 45, 15. In Venetis prava punctatio est, ut alias saepe in hoc verbo. Ophal, forma passiva, respondens hebraeae conjugationi hophal: unde duo exempla hic occurrunt in Daniele, cum alias in Targ. sit ignota ista conjugatio passiva. Praeter. בֵּאדַיִן גְּבְרַיָּא אִלֵּךְ הֵיתְיוּ tunc viri illi adducti sunt, Dan. 3, 13. א primam radicalem in י commutari, non est insolitum. ה characteristica est ex usu hebraeo. tzere est propter sequens י. Regulariter esset הָאֳתִיוּ Et fem. וְהֵיתִיתַ אֶבֶן חֲדָה et adductus fuit lapis quidam, Dan. 6, 18. Terminatio feminina in chirek, omnino insolens est. Ap Tos. ייתי דלא ידעית eveniat (mihi hoc et illud) ego nescivi, formula jurandi, in TH. Schev. c. 6 f. 36. Eodem lib. c. 9. f. 38 pro eodem hebraice dicitur יבוא עלי אם לא שמעתי וכו׳. Sic in Joma c. 1 f. 38.

אֲתָאָה *adductio.*

Porro Ti. in infin. pehal dicunt etiam אֲתוֹיֵי *venire* et מֵתֵי, unde illud בריך מחייך לשלם benedictum sit venire tuum ad pacem, sit felix adventus tuus Sanh. 14a. Keth. 17a. In imper. per aphaeresin primae radicalis, תָּא *veni*, unde illud tantopere frequens, תא שמע veni, audi et in libro Zohar, תא חזי veni, vidi, quibus utuntur, quandq evidentem aliquam explicationem aut responsionem ad praecedentia afferunt. Sic dicit Philippus ad Nathanaelem, ἔρχου καὶ ἴδε, hoc est תא חזי Johan. 1, 47. In TH. pro eo dicitur איתא חמי et in gl. notatur esse לשון קושיא *formulam objectionis.*

אִתָּא, אִתְּתָא *uxor, mulier, vira.* Aleph ultimum est formativum generis feminini. Est autem ab hebraeo אשה, literis ש et ת pro more commutatis. Forma cum gemino ת est emphatica et tam in sermone continuato, quam sententiae membris usurpatur. Absoluta et simplex forma rarior est: emphatica frequentior. ותבר או אתא aut vir aut mulier, Ex. 13, 29. משכבי אתא concubitu mulieris Lev. 18, 22. בר נש דאתילד מן אתא filius hominis, qui natus est ex muliere, Job. 14, 1. Emph. לָדָא יִתְקְרֵי אִתְּתָא huic i. e. haec vocabitur vira, quia de viro suo sumpta est, Gen. 2, 23. לאתתא in uxorem Gen. 2, 22. Constr. שׂוּם אִתַּת אַבְרָהָם nomen uxoris Abrahami erat Sara, Gen. 2, 29. Cum Aff. עַל עִסַּק אִתְּתִי propter causam uxoris meae, Gen. 20, 11. ארי אתתך היא quod uxor tua ea sit, Gen. 12, 18. וקרא אדם שום אתתיה et vocavit Adam nomen uxoris suae, Gen. 3, 20. לאדם ולאתתיה Adamo et uxori ejus, Gen. 3, 21.

אִנְתָּא *idem quod* אִתְּתָא et נ est loco dagesch, ut saepe. יליד אנתתא natus mulieris Job. 25, 4. מרי אנתתא dominus, maritus mulieris Ex 21, 3. Jon. מרי אנתתיה maritus ejus, ibid. למימר אנתתך sermoni uxoris tuae Gen. 3, 17. Jon. רחימנא ית אנתתי amo ego uxorem meam Ex. 21, 5. Jon. על עיסק אנתתי propter causam uxoris meae, Gen. 20, 11. Jon.

אִתּוּ, אִנְתּוּ *idem.* Invenio tantum hanc formam in pausis sententiarum et quidem cum litera ל ab initio: ודבריה יתה לי לאתו et duxissem eam mihi in uxorem Gen. 12, 19, ubi Jon. לאנתו cum נ loco dagesch: Sic Ex. 6, 20 et alibi saepius.

אתו *tres.* In Gem. ואשכחנהו אתו מלאכי et invenit tres angelos, Sanh. 96a. Gl. nihil hic dicit. Elias interpretatur tres. Cujus id linguae sit ignoro.

אַתְבַּשׁ. Non est vox significativa, sed cabalistica, secretam literarum permutationem indicans, ad mysterium aliquod indicandum. Est autem mysterium illud, ut ת ponatur pro א et ש pro ב et sic deinceps, hoc modo:

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת
ת ש ר ק צ פ ע נ מ ל כ י ט ח ז ו ה ד ג ב א

Hinc ששך Jer. 25, 26 et 51, 41 idem est quod בבל, quomodo et Jon. ibi transfert. R. David: ששך idem est quod בבל, per alphabethum Athbasch. Sic et R. Sal. Item מצפץ idem quod nomen tetragrammaton יהוה. Item בקם literae ultimae trium nominum propriorum, יצחק, יעקב, אברהם, idem quod nomen divinum שדי, juxta illud: Et apparui Abrahamo, Isaaco et Jacobo nomine אל שדי, Ex. 6, 3.

אִתְנְטְרוֹן *theatrum*: vide in תאם.

אתך. Quae hujus formae sunt, velut אתוך et אתכותא et alia similia, vide in נתך.

אַתְכָּלָא vide in תכל.

אַתְלִיטָא אתל *athleta, ἀθλητής, pugil, luctator*, dicitur et forma gr. משל לאתליטים שהוא עומד ומתגושש simile est athletae, qui stat et luctatur cum filio regis BR. s. 77. Pl. ב׳ אתליטין שהיו עומדים ומתגוששים duo athletae, qui stant et luctantur coram rege, BR. s. 22.

אִתְמְלִי אתמל *heri*. Vide תמל. Sed אתמלי *impleri*, vide in מלא.

אתמהא vide in תמה.

אָתָן אתן *asina*: וחזת אתנא et videns asina ista angelos, Num. 22, 23 hebr. est אתן unde cholem proprie mutatur in kametz. Jon. tamen habet אתנא Sic mox וסמת אתנא et recessit asina de via: ומחא בלעם ית אתנא et percussit Bilham asinam, ibid. et plura ibid. וַיֹּאמֶר בִּלְעָם לָאָתְנָא dixitque Bilham asinae, Num. 22, 29. הלא אנא אתנך numquid ego sum asina tua? Nun. 22, 30. וחדיז ית אתניה et accinxit asinam suam, Num. 22, 21. Pl. אָתָנָן עַסְרִין asinas viginti, Gen. 32, 15. רכבין על אתנן equitantes asinas Jud. 5, 10. ואתנן et asinae et cameli Gen. 12, 16. Emph. וַאֲבָדָא אָתָנָא et amissae fuerunt asinae IS. 9, 3. וחדא מן אתניא et unam asinarum, II R. 4, 22. Veneta communiter habent ex forma אָתָן unde emph. אַתָּנָא et plur. אַתָּנָן vel אַתְנֵיא. Sed analogia requirit terminationem kametz, quae succedit in locum cholem hebraici.

אַתּוּנָא, אַתּוֹן *fornax*: תשונן היך אתון נורא pones eos tanquam fornacem ignis, hebr. תנור Ps. 21, 10. לגו אתון נורא יקדתא in medium fornacis ardentis Dan. 3, 15. באתון נורא דעבדו כשדאי in fornace ignis, quam fecerunt Chaldaei, Gen. 11. 28 in Jon. Emph. כִּתְנָא דְאַתּוּנָא sicut fumus fornacis, hebr. כקיטור הכבשן, Gen. 19, 28. Ex. 19, 18 idem לאתונא דנורא in fornacem ignis, Gen. 11, 28 in Jon. למזא לאתונא ad succendum fornacem, Dan. 3, 19.

אתינא *Athenae*, urbs Graeciae celeberrima: אתו לאתינא venerunt Athenas, Medr. Echa c. 1.

אֲתוּנָא *caligo, obscuritas*. Sic praestat scribi, quam אֲתוּנָא, ut est in Venetis. Nam hebraeum אשון talem formam in chaldaeo postulat, commutatis duntaxat literis ש et ת, ut fieri solet. היך אתונא דחשוכא sicut caligo obscuritatis sive tenebrarum, Prov. 20, 20.

אותניתא *vestes lugubres*:[300] In TH. Sanh. c. 2 sub finem נפק לגביה לבוש אותניתיה egressus est ad ipsum vestibus lugubribus suis indutus. Sic exponit gl. בגדי אבל.

איתנים urbis nomen non procul ab Hierosolymis, cujus frequens mentio in ME. c. 1.

אֲתַנְסִיָּא *immortalitas*, i. e. *ἀθανασία*. In Ar. adducitur ex Aquila graeco interprete, pro hebr. לָמוּת, Ps. 48 v. ult. Exstat in TH. Mk. 83a. ירתם עקילס אתנסיאה עולם שאין בו מות Aquilas interpretatur *ἀθανασία*, hoc est mundus, in quo non est mors; nempe vocem hebraeam עלמות Ps. 48, 15. Sic in MB. s. 11 scribitur, transferri ab ipso עלמות Ps. 68, 26 et in Mdr. Schir c. 13 eadem vox עלמות. In T. prave scribitur אתנא סירא.

אֲתַר[301] *locus*: אתר כשר לנא למבת locus commodus nobis ad pernoctandum, Gen. 24, 23. 25. ואתר כשר לגמליא et locum commodum pro camelis, Gen. 24, 31. באתר קדיש in loco sancto, Ex. 29, 31. מאתר קדיש de loco sancto, Eccl. 8, 10. Emph. וַאֲשַׁוִּי לָךְ אַתְרָא et disponam tibi locum, Ex. 21, 13. באתרא הדין in loco hoc, Gen, 20, 11. ולא תשבוק לאתרא neque remittes loco isti, Gen. 18, 14. לאתרא חד in locum unum, Gen, 1, 9. Cum aff. וְאֵהָךְ לַאֲתְרִי et ibo in locum meum, באתרנא in loco nostro, Gen. 29, 26. אזל לך לאתרך ito tibi in locum tuum, Num. 24, 11. תטלון מאתרכון proficiscemini e loco vestro, Jos. 3, 3. על אתריה in locum suum ibit, Exod. 18, 23. לאתרהון in locum suum, Num. 32, 17. Plur. יַת כָּל אַתְרַיָּא omnia loca ista, Deut. 12, 2. בכל אתריכון in omnibus locis vestris, Amos 4, 6. לאתריהון secundum loca ipsorum, Gen. 36, 40. Ap. Rab. באתר דלית גבר תמן תהי גבר in loco ubi non est vir, tu esto illic vir, T. Ber. 63a. Contra: באתר דאית גבר תמן לא תהוי גבר in loco, ubi est vir, tu ne esto vir, ibid. Nempe ubi quis officium suum recte facit, tu ne efferes te supra illum, ut illum vel contemnas, vel loco movere cogites.

אַתּוּר *Assyria*: ומלך באתור et regnavit in Assyria, Gen. 10, 11 in Jon. מלכא דאתור rex Assyriae, Num. 24, 22 in Jon. מעלך לאתור a quo ingrederis in Assyriam, Gen. 25, 18 Jon. Praestat scribere ת cum dagesch, ad differentiam אָתּוּר *gressus*, ut et hebraice.

מֵאַתְרָא דַהֲדוּא נְפַק אַתּוּרָאָה *Assyrius*: ex loco isto prodiit Assyrius, Gen. 10, 11.

אַתּוּרָיָא *idem*, Gen. 10, 11 in TgH. Gen. 25, 18 et alibi saepe.

אִתְרוֹג vide in תרג. אַתַּר vide in נתר.

אִתְתָא, אִתָּא vide supra in את. אִתּוֹי vide ibid.

---

300) *ὀδόνιον*.

301) Nonnullis compositum est vocabulum ex תרע *porta* et א seu על ut idem valeat, quod אי־תרעה *ad portam situs locus* i. e. urbs s. oppidum. Dicitur autem et de oppido s. urbe et de quoque alio loco habitato sive urbs sive vicus vel pagus sit. Quamobrem ego ad arab. أثر *vestigia sui relinquit, notam impressit* (cf. J. Willmetii Lex. arab. s. v. item Cast. Heptag. p. 258) vocem vertere malim, ut quemque locum denotet, in quo morandi et incolendi vestigia homines reliquerunt.

Abbreviaturae literae א.

א 1) Servile quandoque ab initio est. (cf. annot. nost. ad lit. א). 2) אל vel אדני *deus*, *dominus*, pro nomine tetragrammato apud Cabalistas. Unde et Reuchlinus lib. 3. Cabalae scribit: א, nota summarum et altissimarum rerum, quae primo effluxu divinae bonitatis subsistunt: vide locum. 3) אחד vel אחת *unus*, *unum*: *primus*, *primum*, i. e. ראשון ut: אין גם א' שיכחיש את זה non est vel unus, qui id neget. Item, א' בפה ו' בלב unum in ore, aliud in corde. Item יהוה א' ושמו א' dominus unus est et nomen ejus unum est. Apud Masorethas etiam frequens est. 4) אמר *dicit*, *inquit*. In exordio orationis alicujus usurpari solet; in continuato sermone copula ו praefigitur, ואמ' et dicit, vel potius ואמ', resecta tantum ultima litera et sic ad improprias abbreviaturas pertinet. Sequi autem sic fere solet nomen ejus, qui dicit, aut cujus verba proferuntur. Aut pluraliter ואמרו i. e. et dicunt. 5) אלף *mille*, sed rarissime: nam hunc numerum integra voce eloqui solent: ut שנת אלף ליציאת מצרים anno millesimo ab exitu Aegypti: משנת ג' אלפים תמ"ח ab anno ter millesimo 448. 6) אויר *aer*, *aura*, secundum elementum, apud physicos interdum. 7) אדם *homo*, sed id saepius in abbreviatura conjuncta, veluti אב"ש, i. e. אדם בשר ודם homo caro et sanguis.

א"א 1) אני אומר *ego dico*. Utuntur Rabbini, quando autoris alicujus sententiam corrigunt vel refutant, aut notam vel animadversionem in eam ponunt. Cum praefixa copula, ואי"א at ego dico. 2) אדני אבי *dominus parens meus*. Frequens est in Kimchii commentariis, ubi patris sui R. Joseph Kimchii expositionem ad locum aliquem scripturae affert. Subsequi solet ז"ל, quod vide suo loco. 3) אמר אליהו *inquit Elias*. Interdum אליהו אשכנזי Elias Germanus. Obvium passim est in Eliae Levitae scriptis et in animadversionibus ejus ad Michlol R. Davidis Kimchi. 4) אחד אמר *unus dicit*: vel אחר אמר *postea dicit*: vel אחרים אומרים *alii dicunt*, vel אי אמרית *si dixissem*, *si dixero*: vel אי אמרת *si dixeris*, quae duo apud Talmudicos saepe occurrunt. 5) אופן אחד vel אופן אחר *modus unus*, vel *modus alius*. In commentariis R. Levi obvium. 6) אי אפשר *non est possibile*. Cum praefixis servilibus, ואי"א et impossibile est; שאי"א quod impossibile sit. אי non, per apocopam, ut in illis אי כבוד non gloria, inglorius; 1. Sam. 4, 21 אינקי innocens, Job. 22, 30 et integre, ואין et nonne, numquid? 1. Sam. 21, 9. 7) אי בעית *si volueris*, *si mavis*, *si cupias*. Sequi solet איכא *dicam*, quod idem valet atque hebr. בעא sive בעי idem quod hebr. רצה, בקש. Quandoque occurrit sub forma אי"א quandoque א"בא. Praeponitur ו copula. Talm. 8) אמן, אמן *amen*, *amen*. In fine precum. 9) אשת איש *uxor viri*. Sic vocatur adultera, quae uxor unius propria, alterius quoque fit per scortationem aut adulterium. Usus ejus frequens est in materia divortii aut scortationis, ap. Rabb. vulgares et Talm. Cum servili באי"א cum uxore adultera. 10) אי אמרת *si dixeris*, *si dicis*, sc. sic, tunc bene est. 11) אברהם אבינו *Abraham pater noster*.

אא"א: אלא אי אמרת *sed si dicis*, sc. ita tunc objectio mea stat in loco suo, nec dum dissoluta est. Sic proxime praecedenti formae subjici solet, Talm. Item אמן *amen repetitum ter*, apud Rabbinos.

אא"ב: אי אמרת בשלמא *si ita dicas, in pace, sc. quiescit objectio, consentis mecum, nihil contrarii, est*, vel *continet tua sententia, recte est, bene dicis*, Talm.

אא"ל: Vide paulo ante in א"א.

אא"ב: אלא אם כן *nisi quod sic, nisi alioqui, sed cum ita sit, tantummodo si ita sit*. Prior vox saepe integre scribitur אלא א"ב.

אא"ם: אמן אמן סלה *amen, amen sela*. In fine precum aut piorum votorum poni solet.

אא"ע: אברהם אבן עזרא Abraham Aben-Esra: Fuit theologus et astronomus insignis, de quo infra plura dicentur.

אא"עה: אברהם אבינו עליו השלום *Abraham pater vel patriarcha noster, super quo sit pax*, i. e. *qui in pace quiescat*. Perperam, ut puto, quidam exponunt duas primas literas אמר אברהם dicit Abraham. Nam si hic fuit doctus aliquis insignis, extra patriarcham et prophetas, non tribuerent ipsi sequentem euphemiam, quam tantum Mosi, patriarchis et prophetis tribuere solent: si patriarcham intelligant, tum repugnat consuetudini Hebraeorum, qui de Abrahamo patriarcha non solent loqui sine cognomento אבינו. Pro primo א integre legitur nomen אברהם in libris precum.

א"ב: אלפא ביתא *alphabetum*. Masorethae utuntur, quando dicunt א"ב מאותיות גרולות Alphabetum ex literis majusculis vide in principio Geneseos et libri primi Paralip. Item א"ב מן חד חד משמש א"ב ב"ג ג"ד Alphabetum vocum singularum, quibus servit, hoc est quae incipiunt ab אב,גד,בג etc. Cum litera servili ab initio, ח' ב"אב octo sunt in alphabeto. Sic notatum ad vocem עדיות testimonia, Ps. 119, 36. Octies sc. istam sic in isto psalmo reperiri, nempe in literis פרץ ב"ן ד"מ ח"ת quae ob id signi loco ponuntur.

א"ב א"ב א"ב: אחד בתורה, אחד בנביאים, אחד בכתובים *unum in lege, unum in prophetis, unum in hagiographis*. Sic loquuntur Masorethae de voce quapiam, quae hac vel ista forma ter tantum in Scriptura occurrit, semel in lege Mosis, semel in prophetis et semel in hagiographis.

אב"א: vide supra in א"א, num. 7.

א"בבי: אתרוג, בציים, בשר שמן, יין ישן *malum citreum, ova, caro pinguis, vinum vetus*. His non vescuntur pridie festi propitiationis, quod vocant יום הכיפורים Talmud. Jom. 18a.

א"בד: אב בית דין *pater domus judicii*. Ut intelligatur, qualis hic fuerit, paucis consistorii antiqui formam explicabo. Erat olim consistorium judiciale triplex: ex tribus, ex viginti tribus, ex septuaginta et uno judice. Consistorium trium, a sapientibus institutum fuit in locis, ubi pauciores quam centum viginti בעלי בתים patres familias erant. Unde illud Rabbinorum: אין בית דין פחות משלשה כדי שיהא בו רוב ומיעוט אם יחלוק אחד מהם i. e. consistorium non constat paucioribus quam ex tribus, ut sit in eo plus et minus, si unus illorum dissentiat, i. e. duo semper sint consentientes. Item

ברך בָּרַךְ, בָּרִיךְ et ex pahel בָּרֵיךְ, בָּרֵךְ *benedicere*, ut hebraice: in accessu ad aliquem est *salutare*, in discessu *valedicere;* pract. בְּרִיךְ בניכי benedixit filiis tuis, Ps. 147, 13. Frequentior est forma pahel; ויי בָּרֵיךְ יח אברהם et deus benedixit Abrahamo, Gen. 24, 1. ויי ברוך יח רבוני et deus benedixit domino meo, v. 35. ומימרא דיי ברוך יח סופא דאיוב et verbum domini benedixit fini Jobi, Job. 42, 12. וברוך יחהון et benedixit illis, Gen. 49, 28. וברוך ברכא et benedixit benedicendo, Jos. 24, 10. כדבריך יחיה cum benedixisset ei, Gen. 28, 6. Cum aff. יי בָּרְכַנִי benedixit mihi dominus, Jos. 17, 14. יי אלהך ברכך dominus deus tuus benedixit tibi, Deut. 2, 7. ברכך benedixit tibi, Deut. 15, 6. Sic Deut. 12, 7. די ברכיה אבוהי qua benedixerat ei dominus, Gen. 27, 41. וברכיה et benedixit ei, ibid. v. 27. עובדי ידוי ברכתא operibus manuum ejus benedixisti, Job. 1, 10. Cum aff. אלהן בָּרַכְתָנִי nisi benedixeris mihi, Gen. 32, 26. הא ברכית יחיה en benedixi ei, Gen. 17, 20. וברכתיה et benedixi ei, Jes. 50, 2. בריכו יתי benedixerunt mihi, Job. 31, 20. ברכנא יחכון בשמא דיי benedicimus vobis in nomine domini. Pehil בָּרִיךְ יי אלהיה דשם benedictus dominus deus Schemi, Gen. 9, 26. אף בריך יהי etiam benedictus erit, Gen. 27, 32. בריך תהי מכל עמטיא benedictus eris prae omnibus populis, Deut. 7, 14. בריך יקרא דיי benedicta gloria domini, Ez. 3, 12. Pl. יהון בְּרִיכִין erunt benedicti, Num. 24, 9. בריכין אתון מן קדם יי benedicti estis vos a domino, Ps. 115, 15. Fem. בְּרִיכָה אנת benedicta tu, Ruth 3, 10. ובריכא את et benedicta tu, I S. 25, 32. Part. pahel מְבָרֵךְ benedictus, Num. 22, 6. דמברך לחבריה qui benedicit sodali suo, Prov. 27, 24. Cum aff. והא בָּרְכָא מְבָרַכְתְּ להון et ecce benedicendo benedixisti eis, Num. 23, 11 et 24, 11. Pl. cum affix. וַאֲבָרֵךְ מְבָרְכָךְ et benedicam benedicentibus tibi, Gen. 12, 3. Fem. מְבָרְכָא מן קדם יי ארעיה benedicta a domino terra ejus, Deut. 33, 19. Infin. וּבָרֵיךְ בָּרְכָא יתכון et benedixit benedicendo vobis, Jos. 24, 10. Et alia forma זודה מְבָרְכָא אֲבָרֵךְ viatico ejus benedicendo benedicam, Ps. 132, 15. לברכא benedicere Jacobo, Gen. 27, 30. לברכא יח יעקוב benedicere populo, Deut. 27, 12. Imperat. בָּרִיךְ יי נכסוהי benedic domine facultatibus ejus, Deut. 33, 11. בריך סימרא דיי ומית benedic verbo domini et morere, Job. 2, 9. Sic fem. בְּרִיכִי נפשי יח שמא דיי benedic anima mea nomini domini, Ps. 103, 1. 2. Et ex forma pahel, וּבָרֵךְ יח עמך et benedic populo tuo, Deut. 26, 15. וברך יח אחזתך benedic hereditati tuae, Ps. 28, 9. Cum aff. בָּרְכַנִי אף לי אבא benedic etiam mihi mi pater, Gen. 27, 33. 38. Fem. בְּרִיכִי נפשי benedic anima mea, Ps. 104, 1. Pl. בָּרִיכוּ שמא דיי benedicite nomini domini, Ps. 103, 21. 22. וברוכו יח יי et benedicite domino, Ps. 134, 2. Fut. אֲבָרֵיךְ יי benedicam domino, Ps. 16, 2. ואברך יחה et benedicam ei, Gen. 17, 16. Cum aff. וַאֲבָרְכִנָּךְ et benedicam tibi, Gen. 26, 24. ואברכנה et benedicam ei, Gen. 17, 16. ואנא אברכנון et ego benedicam eis, Num. 6, 27. וחברך יח יי et benedices domino, Deut. 8, 10. ואל שדי יברך יתך et deus omnipotens benedicet tibi, Gen. 28, 3. יברך יתן אלהא benedicet nobis dominus, Ps. 67, 7. 8. בדיל דְּיִבָּרְכִנָּךְ ut benedicat tibi, Gen. 27, 10. כל יומא יברכנניה quotidie benedicet ei, Ps. 72, 15. ויברכנא et benedicat nobis, Ps. 67, 2. די חברכנני נפשך ut benedicat mihi anima tua, Gen. 27, 19. ואנחנא נברך יה et nos benedicemus domino, Ps. 115, 18. כדין חבורכון יח בני ישראל sic benedicetis filiis Israël, Num. 6, 23. יברכון יתכון benedicent vobis, Ps. 118, 26. וחסידיך יברכונך et sancti tui benedicent tibi, Ps. 145, 10. Ithpahel, part. היכנא מִתְבָּרֵךְ גבר sic erit benedictus vir ille, Ps. 128, 4. Pl. דְּמִתְבָּרְכִין במימריה qui benedicuntur per verbum ejus, Ps. 37, 22. Fut. ובסופא לא תִתְבָּרֵיךְ et in fine non benedicetur, Prov. 20, 21. ויתברכון בדילך et benedicentur propter te, Gen. 12, 3. ויתברכון בזכותיה כל עמטיא et benedicentur propter justitiam ejus omnes populi, Ps. 72, 17.

חייב האדם לברך על הרעה כמו שמברך על הטובה Rab. tenetur homo benedicere pro malo, sicut benedicit pro bono, Meg. 25a. Kimchi I R. 8, 33.

Deinde significat quoque *genua flectere*, quod hoc in salutationibus communibus fieri soleret: ut, וברך על ברכוהי et ingeniculans sive procumbens in genua, Dan. 6, 11.

בֶּרֶךְ *genu*, ut hebr., a benedicendo, quod benedictionibus genuum flexio adhibeatur: קדמי תברע כל ברך coram me flectet se omne genu, Jes. 45, 23. Pl. cum aff. כרעו על בִּרְכַיהוֹן incurvarunt se in genua sua, Jud. 7, 6. כריע על בִּרְכּוֹהִי incurvatus super genua sua, I R. 8, 54. ושוי אפוהי בין ברכוהי et posuit faciem suam inter genua sua, I R. 18, 42. ואשכבתה על ברכהא et cubare fecit eum super genua sua, Jud. 16, 19.

בִּרְכְתָא, בִּרְכָא *benedictio:* הלא שבקת לי ברכתא annon reliquisti mihi benedictionem? Gen. 27, 35. על ברכתא propter benedictionem, Gen. 27, 41. ודא ברכתא et haec est benedictio, Deut. 33, 1. דאלהא היא מעתרה benedictio domini ipsa ditat, Prov. 10, 22. הברכתא חדה היא לך an adhuc benedictio superest tibi, Gen. 27, 38. ודרעיה לברכתא et semen ejus est in benedictione, Ps. 37, 26. Cum aff. כען קביל בִּרְכָתִי nunc accepit benedictionem meam, Gen. 27, 35. וקבל ברכתך et accepit benedictionem tuam, v. 34. כברכתיה juxta benedictionem suam, Gen. 49, 28. Pl. הא בִּרְכָן קבילית ecce benedictiones accepi, Num. 23, 20. Emph. בִּרְכָתָא תהוין על רישי דצדיקיא benedictiones erunt super capita justorum, Prov. 10, 6. Et ex forma masculina, וייתון עלך כל בִּרְכַיָא האלין et venient super te omnes benedictiones istae, Deut. 28, 2. Cum aff. סגיען בִּרְכָתֵיהּ multae sunt benedictiones ejus, Prov. 28, 20. ואלוט יח ברכתכון et maledicam benedictioni-

bus vestris, Mal. 2, 2. Contrario sensu euphemiae causa est etiam *maledictio*, ut hebr. verbum sumitur Jobi 1. R. David II R. 18, 17. Quia audiverant (Eliakim et Sobhna) ברכת ה' maledictionem sive blasphemiam (Rabsakis) ideo lacerarunt vestimenta sua.

Ap. Ros.: ברכת המזון benedictio cibi: ברכת היין benedictio vini: ברכת הלחם benedictio panis: ברכת הפירות benedictio fructuum. De variis benedictionum formis, videantur libri Precum et Rituales.

בְּרֵיכָה, בְּרֵיכְתָּא *piscina*, II R. 20, 20. בריכתא עליתא piscina superior, II R. 18, 17. לסי בריכתא עתיקתא ad aquas piscinae veteris, Jes. 22, 11. בריכתא ארעיתא piscina inferior, Jes. 22, 9. Ap. Tos. et Ros. in hiphil הַבְרִיךְ est *propagare vitem*, *vitem vetulam in terram abscondere, ut in plures propagines diducatur*: המבריך את הגפן בארץ qui propagat vitem in terra, Kilaim cap. 7 in princ. id est, מטמין abscondit.

הַבְרָכָה *propagatio vitis, absconsio ejus in terram.*

בְּרִיָּה *propago, non tantum vitis, sed et arboris, cum scil. ramus arboris vivae inflexus in terram deprimitur et tegitur, ut radices agat*, Orla c. 1. Et secundum aliam significationem: היו מורידים ממנו ארבעים סאה נחלות משלש בריכות בחדש faciebant descendere ex eo quadraginta sata pullorum columbinorum tribus vicibus in mense, Ber. 44a. Ita explicatur in gl. שלש פעמים. Aliter etiam significat *pullitiem, pullos, foetus recentes avium*: בריכה ראשונה pullities prima, שניה secunda, in Bm. 10a. מפריח בריכה ראשונה volare dimittit pullitiem primam, sc. columbarum: ea enim eodem anno potest producere pullos alios, Bb. 80a. Forte praecedens exemplum ex Berach. quoque huc potest reduci. Schindlerus pro his ponit, בריכות nidi: ברך nidificavit. Abusive etiam transfertur ad fructus quarundam arborum, ut olearum, ficuum et similium, quae שתי בריכות duos foetus sive fructus uno anno videntur producere, etsi id revera non sit, si initium pullulationis singulorum spectetur. Hinc disputatio, an bis uno anno oporteat decimas de illis dare? in Rh. 15b.

בּוֹרֵךְ *dentale, lignum, cui vomer includitur*. Scribitur et absque ו: כמלא ברך המחרישה quasi plenitudo dentalis vomeris, Taan. 25a. Juxta profunditatem sulci, qui dentali perficitur: sic, על בורך המחרישה super dentale vomeris, Ohol. c. 17. Kel. c. 21.

בּוּרְיָא *stoliditas, stultitia, fatuitas, insulsitas, incivilitas*: האי בורכתא hoc est stultitia, stoliditas: מאי בורכתא אנא אמריתה quamnam insulsitatem, stoliditatem ego dixi? Ketub. 63b. Gl. דבר שאינו הגון verbum indecens, inconveniens. Sic in Schev. 12b, ubi gl. דבר הבורי מן הלב. Item in Chol. 88b. Autor Ar., דבר בורות verbum rusticum, stolidum. Munst. *ignaviam* interpretatur. Gl. Ar. respicit ad בור, unde videtur esse pro בוריתא. Nam בוריתא id significat, ut est in בור.

נְבְרָכָה *piscina, locus ubi lavatur*, Mk. 8b. Bb. c. 2.

מְבָרְכָתָא *nomen loci*, ap. Tos., Erub. 47b. Item *turma mercatorum*: מברכתא היתה עוברת בבאר שבע turma mercatorum transibat Beersabam, ac relinquebat negotia ecclesiae, occupabanturque in negotiis suis privatis, Br. s. 85. Gl. שיירא סוחרים.

בִּרְכַּיִם quod scribitur בורכיים *corium, ventrale opificum, sive gremio, sive genibus serviens*, Kel. c. 26.

בֶּרֶל, בֹּרֶלָא aliis *beryllus, lapis pallidus, transparens*: aliis est *onyx; lapis unguis humani colorem referens*. Beryllus, gr. βήρυλλος, unde et forma בירולין. Pro hebr. שהם, quod communiter *onychem* interpretantur, ponitur Ex. 28, 25 et Ez. 28, 13. דן גליף על ברלא Dan sculptus fuit in beryllo vel onyche, Cant. 5, 14. Pl. בּוּרְלִין Esth. 1, 4. Et ex alia forma בְּבִירוּלִין יקר cum beryllo pretioso, Job. 28, 16. V. etiam supra in בלר, in בולרא.

בֻּרְלָוָד *fustiarium, fustigatio, caesio cum fustibus*: Pl. בורלודין, quod legitur in Jalk. Ex. 13 in parascha ויהי בשלח ex libro Pesikta adductum: Rex quidam dixit servo suo: ito allatum mihi piscem ex foro: Ivit, attulit piscem foetentem. Tum rex, quam vivis, inquit, unum ex his tribus non evades: Aut foetentia comedes, בורלודין[73] אתה לוקה או מאה aut centum ictibus cum fuste vapulabis, aut facultates tuas dabis. Comedam ait servus, foetentia. At cum taederet animam ejus, dixit; fustigationem subibo. Cum neque hanc ferre posset, subjecit: bona mea dabo etc. Sic Pharaoni et Aegyptiis contigit cum decem plagis. Hinc patet, quam bene alii בּוּרְדֵּל scripserint, et *lupanar* interpretati sint, ut supra positum.

בֶּרְלוֹעַם. Sic adducitur in Guidone: Munst. divisim scribit בר לועם. Recte id; sed utraque tamen scriptio falsa in fine. In Aruch enim scribitur בֵּי לוֹעָא. quod est, *filius gulae* vel *faucium*. In Gemara, unde citatur, legitur בֵּי לוֹעָא domus colli. Eo intelligitur *asser*, vel *lignum, maxillis alligatum, aut capiti vel collo jumenti inditum, ne id flectere possit, et obligatam plagam lingere*. Cum eo in die sabbathi exire vetitum est, Sab. 54b.

בְּרָם בְּרָם *certe, profecto, utique, sane. Sed, verum: verum enim vero, verum-tamen; tantum, tantummodo, duntaxat*. Usurpatur in Tg. pro hebr. אך et אולם: quandoque pro אף *etiam*: ברם עמי אתון utique populus meus estis vos, Hos. 2, 23. ואשתאר ברם נח et remansit tantummodo Noach, hebr. אך, Gen. 7, 23. ברם זמנא הדא duntaxat hac vice, Gen. 18, 32. Sic Ex. 10, 17. הברם בקושטא an certe, utique in veritate, hebr. האף אמנם, Gen. 18, 13. Ps. 58, 2. ברם בקושטא ידעית profecto in veritate novi, hebr. אמנם Job. 9, 2. ברם רשיעי verum impii, Ps. 58, 3. וברם שמע כדון verumtamen audi nunc, heb. ואולם Job. 33, 1. ברם לדא יתה לבי verum propter hoc obstupescit cor meum, Job. 37, 1. hebr. אף.

בַּר מְיַחֵם, בְּרַמְיַחֵם *filius calefacientis*, i. e. *gulosus*. Sic Munst. et Guido, sed errant. In Gem. legitur, quod תלמיד חכם philosophus, doctor, aut sapiens commessationibus deditus, multis malis se, uxorem et liberos involvat. Quid ergo liberis ejus propterea accidit? Vocant filium ejus חנורי בר מחים filium calefacientis furnos, quod est partic. hiphil a חמם: alii

[73]) Rectius per נ, בורדלין legeres. ut sit gr. κορδυλή.

a יחם ex pihel dicunt בר מיחם: Item, בר מרקד בי כובי *filium saltantis inter pocula*, ut sc. mos est ebriosorum; item בר מלחיך פינכי *filium lingentis patinas, parasiti filium:* Item בר מך רבע *filium sternentis accubitum*, i. e. ebriosi istius, qui pallio et vestibus sibi substratis, in scamno vel pavimento cubare solitus, non in lecto etc. Leguntur in Pes. 49a et est dehortatio a commessationibus.

בורמא.[74] Legitur in ME. c. 3, 10. Gl. ערוך תביאו ולא פירשו Ar. adducit, sed non explicat. At in Ar. neque adducitur, neque explicatur.

בִּירָן, בִּירְנָא, בִּירְנָתָא, בִּירַנְתָּא *palatium:* בשושן בירנתא in Susan palatio, Esth. 1, 2. 5. Pl. constr. בִּרְנָיָת והשיתי ברניה בר הדד palatia ben Hadad, Jer. 47, 25. et vastabit palatia Jerusalem, Jer. 17, 27 pro hebr. ארמנות, cui saepe respondet. Emphat. רשרן בִּבִירְנָיָתָא qui habitant in palatiis pulcherrimis, Jes, 2, 15. Cum aff. בִּרְנָיָתָנָא על in palatiis nostris, hebr. בארמנותינו, Jer. 9, 21. Sic ידרוך בברניתנא calcabit palatia nostra, Mich. 5, 5. ויבוז ברניתיך et spoliabunt palatia tua, Am. 3, 11. שלותא בברניתיך tranquillitas in palatiis tuis, Ps. 122, 7. ובברניתיה רחקית et palatia ejus abjeci, Am. 6, 8. וחשיתי ברניתהא et perdet palatia ejus, Am. 1, 7. ויזעון מברניתהון et commoti sunt de palatiis suis, II S. 22, 46.

בּוּרְנִי vel בּוּרְנִי *liburna, liburnica, quae Romanis erat navis levitate et celeritate praestans:* ובורני רבתא לא תנתניה et liburnica ampla non transfretabit, Jes. 33, 21. Arias, *triremis;* sed praecedit, navis piscatoria, quae parva et levis est, unde melius et hoc per *liburnica* exponetur. Sic ap. Tos., בבורני נדולה יעבירנו traducet eum in liburnica magna, בבורני קטנה in liburnica parva, Jom. 77b. Esse vocem latinam, patet ex TgH. in quo legitur בלברניא in liburnis, Deut. 28, 68 et Num. 24, 24 in Jon., ubi ל exprimitur.

בּוּרְנָיָתָא. Respondet hebraeo יִמִּים, Gen. 36, 24 in Targ. Jon. Legendum כותניתא. V. in כרן.

בִּרְנִיּוֹת vide supra in בר, in בריות.

בַּרְנָטִין *coculum, vas aeneum ad calefaciendum aquam, cucuma.* Sic citat Ar. ex ME. Sed ibi aliter legitur nunc. Vide לרט. In Jalk. autem prophetarum, f. 71. c. 1. נטלה לברנטין של מלך accepit cucumam regis, gl. קומקום. Et iterum: ex omnibus vasis meis nullum fuit, in quo calefaceres aquas, אלא בברנטין שלי nisi in coculo meo?

בַּרְנָקָא, sic citatur hic in Ar.: at in Tg. aliter legitur. Vide לבר.

בָּרַם ברם *rudere.* Part. aphel, דְּמַבְרִים מרודא ut rudat onager, Job. 6, 5. Regia, מַבְרִיז exclamat, vociferatur. Respondet hebr. ינהק, quod verbum etiam legitur Job. 30, 7 et in Tg. retinetur.

בַּרְסָיָא, בּוּרְסָי *coriarius*, gr. βυρσεύς: בורסי גדול coriarius magnus, בורסי קטן coriarius parvus, Ketub. 77a. והיה לו אח בורסי et fuit ipsi frater coriarius, Ket. c. 7 in Misna.

בּוּרְסָקִי *idem:* אוי לו מי שאומנותו בורסקי vae ei, cujus opificium est coriarium, vel coriarii, Kid. 82b. Idem in Bb. 16b, sed ibi בורסי scribitur: הרוכלים והנרדיים והספרים והכובסין והנגרע והבלן והבורסקי אין מעמידין מהם לא מלך ולא כהן נדול, i. e. ex aromatariis, textoribus, tonsoribus, fullonibus, venae sectoribus, balnearii, coriariis non constituunt regem, vel sacerdotem magnum, Kid. 82a. Deinde est *officina coriariorum, ubi coria et pelles praeparantur, vel venduntur:* ut, מרחיקין את הנבלות ואת הקברות ואת בורסקי מן העיר חמשים אמה אין עושין בורסקי אלא למזרח העיר ר' עקיבא אומר לכל רוח הוא עושה חוץ ממערבה cadavera et sepulchra et officinas coriariorum quinquaginta cubitos procul ab urbe removent: neque faciunt officinam coriariorum, nisi versus orientem urbis. R. Akibha dicit, imo versus omnem mundi plagam, excepto occidente, Bb. 25a in Misna. לא יכנס אדם למרחץ ולא לבורסקי non ingredietur homo in balneum, neque in officinam coriariorum, tempore sc. Minchae, seu precationis, Sab. c. 1 in Misna.

בָּרְסָן *aptare, praeparare corium:* עור מבורסנין corium aptatum, TH. gl. מעובד.

בַּרְסִין *genus vestimenti lanei pedum;* vel *tegumentum lecti tenue*, Kil. cap. ult. vide supra ברדיסין.

בַּרְסָם. Sic adducitur hic in Ar. et Munst., sed in Gem. scribitur כרסם per Caph. Vide ergo כרם. At in gl. est per ב, et exponitur *catarrhus.*[75]

בּוּרְסִיף *nom. propr. loci in Babele, circa turrim babylonicam:* In T. לתורה סימן רע בבל ובורסיף Babel et Borsiph signum malum sunt legi: מאי בורסיף אמר רב אסי בור שאפי quid est Borsiph? Bor schaphe, i. e. cisterna sicca, cujus aquae exsiccatae sunt, Snh. 109a. Gl. Babel et Borsiph signum malum sunt legi, quia faciunt oblivisci doctrinae; sunt enim in aëre turris (sc. babylonicae). Praecedit autem in Gem.: אויר המגדל משכח aër turris reddit obliviosum. Pergit gl.; quare autem vocatur nomen ejus בורסיף? quasi בור שאפי, h. e. cisterna, cujus aquae evacuatae sunt, quasi dicas, facit oblivisci hominem omnium eorum, quae didicit: in Sab. c. 2 in fine et Suc. 34a. אף אנו נאמר בבל בורסיף ובורסיף בבל etiam nos vocamus Babel Borsiph, et Borsiph Babel: in Br. s. 38. מן בורסיף ex Borsiph: א"ל לא תאמר לי כן אלא מן בולסוף dixit ei, ne dicas mihi sic, sed ex Bolsoph: nam ibi בלל confudit dominus linguam totius terrae.[75a] Gl. ad hunc locum: Borsiph est nomen loci sic appellati in terra Babel, cujus aër obliviosum reddit. Τὰ Βόρσιππα Strabo scribit Apollinis et Dianae tutelam fuisse, et λιτουργεῖον μέγα. In eo munimento se tutatus est

---

[74]) Gr. πάρμη, *parma.* Vide supra p. 95 not. 225.

[75]) B. Aruch, qui vocem per פלוריטיקו explicat, ad gr. πλευρῖτις spectare videtur. Nonnulli persicam vocem esse volunt. At ego nec pro catarrho nec pro pleuritide morbo in lexicis persicis vocem inveni. Curatio ejus quantitas glandis de amoniaco. Git. 69a.

בורסנויה. Citat. Cast. ex Midr. Schir 1. 14 vocemque pro *genere tributi s. exactionis* habet.

[75a]) Ibidem Chaldaeorum secta quaedam multi nominis fuit, in cujus odium Ti. haec de turri comminiscuntur.

Nabonidus Medas, quem Cyrus tandem expugnavit. V. Strab. lib. 15 et Scalig. Canon. Isag. p. 315.

אַבְרַסְקִין vide in ברק.

בְּרִין ברץ[76] *accumulare mensuram, implere ad exuberantiam:* מְבוֹרָץ accumulatum, Jom. 47a. Men. c. 1 in Misna. Aliter: ובירצוה עד דשייפה et inclinant illud (dolium), donec effundatur (vinum), As. f. 59b. Sic gl. כפו החביה לצד אחד עד ששפך.

בִּירוּצִין *cumuli exuberantes, ea quae supra labrum mensurae exuberant,* ὑπέρμετρα, Men. 90a in Misna.

Deinde בירוץ *fundum, imum vasis:* וחתים להו אבירוציהו et obsignabat illa ad fundum ipsorum, As. 74b. Gl. כלפי שוליהון.

בַּרְקָא ברק *fulgur:* ומן אשתא יצא ברקא et ex igne egrediebatur fulgur, Ez. 1, 13. וברקא מסרחיה et fulgur ex felle ejus, Job. 20, 25. אם שנגא היך ברק si acutus est, ut fulgur gladius meus, Deut. 32, 41 in Jon. כברקא in TgH. Plur. והוו קלין וּבַרְקִין et fuerunt tonitrua et fulgura, Ex. 19, 16. ובדרנן ברקין et disperserunt eos fulgura, II S. 22, 15. ויהון נפקין כְּבַרְקִין פחגמוהי et exibunt sicut fulgura verba ejus, Zach. 9, 14. Cum aff. מנהרין בַּרְקוֹי חבל illuminant fulgura ejus orbem, Ps. 97, 4. Hinc verbum in aphel,

אַבְרִיק *fulgurare, fulgur emittere.* Imper. אַבְרֵק ברקין fulgura fulgura, Ps. 144, 6. Part. מַבְרִיקִין עיניהון fulgurant oculis suis, Esth. 3, 8 in Targ. sec.

Ap. Tos. ברק ברקאי coruscat coruscatio, i. e. splendet lux aurorae, dies illucescit, lux diei affulget. Sic proclamabat vigil, quamprimum videbat radios aurorae, ut excitaret mactatores ad mactandum sacrificium juge, quod noctu mactare illicitum, juxta illud, Lev. 19, 6. Men. 100a et Jom. c. 3 ab initio. Tamid c. 3.

בּוֹרָק *subalbidum:* unde illud, יין כושי יין בורק vinum aethiopicum, vinum subalbidum, i. e. coloris non plane albi, sed ad rubedinem quandam inclinantis, Bb. 97a.

בְּרוּקְתָא, בּוּרְקָא, בְּרָקִית, בְּרוּקְתָּא, בְּרוֹקָא *suffusio, oculorum vitium,* der Staar, das Staarfell: לברוקתי ליתי עקרבא דשב חומרי ad suffusionem curandam afferat scorpionem septem colorum, Gitt. 69a. שכן כוחלין לברקית sic enim fucant sive inungunt suffusionem, Sab. 78a. מן דשתי סיא בצעא קשי לברוקתי qui bibit aquam ex scutella, grave id est suffusioni oculorum, Pes. 111b. V. et Bech. 38b. Hinc verbum: השוכר את החמור והבריקה conducens mulam et laboret suffusione, Bm. 78b in Misna. Morbus est ocularis equi vel asini, quando oculus unus vel alter statis vicibus coecutit. Quidam volunt, significare *morbum pedum, quando vermibus pedes infestantur.* R. Sal. gallice מוליא vocat, alibi מיילא.

בַּרְקָא *pilus:* שדרא ברקא funis e pilis caudae, equi sc. vel vaccae,[77] Gitt. 69a. נירא ברקא *licium e pilis,* As. 28b. Item *substructio, thalamus, conclave laterale exterius.* In Gem., unde citatur, legitur ברקא, de quo vide in ברק. Attamen alio loco in Gem. legitur eo sensu ברקא, Erub. 15a. Prius videtur a ברק, quod inde prospectus et quasi inquisitio fiat in ea, quae foris sunt et aguntur. Similis discrepantia occurrit in Sanh. 98a, ubi de Messia agitur, et quidam ex Propheta Zacharia c. 9 diceret, Messiam venturum insidentem asino. Tum rex Persarum ridens, dixit: Si veniet Messias in asino, אשדר ליה סוסיא ברקא mittam illi equum exquisitissimum, qui est mihi. Sic legitur in textu, et aliis quibusdam scriptoribus Hebraeorum, quasi a ברק, et intelligatur equus exquisiti incessus et cursus, qualis reges decet. Communiter vero id inter Judaeos effertur כוסיא ברקא per Resch in medio, quasi equus splendidus, coruscans gemmis et aliis ornamentis regiis, a ברק fulgur. Persice בארג, commutatis Gimel et Kaph, literis homogeneis. Supra in באר.

בָּרָק *nom. propr. loci, ubi habitarunt proselyti multi ex posteritate Hamanis.* In libro precum, in precibus vesperae paschatis.

ברקאי *coruscatio.* Vide supra in princ. rad.

בַּרְקָן *carbunculus, lapis pretiosus a fulgore sic dictus,* Ex. 28, 17 et 39, 10 ubi in Jon. est ברקתא, Ez. 28, 13. hebr. בָּרְקַת vel בָּרֶקֶת, quod postremum in Ezechiele est.

בְּרוֹקָא *idem,* Num. 2, 3 in Jon.

---

[76]) Syr. ܨܪܝ *foravit* et aphel ܐܨܪܝ *oriri fecit, manifestavit,* chald. בר, arab. برز *exivit* et hebr. פרץ (arab. فرض) *rupit, perrupit,* quibus omnibus notio inest *ex-* vel *prodeundi,* praecipue si *res pressu* (רצץ) *aliquo* ex suo loco depulsa alio loco manifestatur, ad quod etymon et gr. βρύσις, quod, ut habet Suida, *fontem* significat, et verbum βρυω *scateo, pullulo,* item *abundo, circumfluo* referri possunt.

[77]) Ita quidem R. Salom. vocem explicat. At mihi mirum videtur, quomodo haec vox, quae pers. بَرَج ut adjectivum ad סוסיא, quod equum denotat, additur, pilum, tam parvulam exiguamque equi partem significare, quin etiam de vaccarum pellibus in usu esse affirmetur. Ipsa vero lectio num sana sit valde dubito. Verisimile, ut mihi quidem persuasissimum est, ברוקא cum ו scriptum est, quod בַּרְוָקָא, cum ו pathachato legendum fuit. Librarii vero significationis hujus vocis ignari, ו quasi quiescens habuerunt, quod postea omnino omiserunt, ut hanc vocem cum ברקא, de quo agitur in tract. Sanh. et quod equum significat, adaequarent. Est autem ברקא Arabum بَرْوَق seu بَرْوَاق *planta asphodelo simillima* et quidem, ut ex Talm., ubi ex ea funes confici docetur, videndum, ea est planta asphodelo simillima atque affinissima, quam nos *phormium tenax* vocamus. Ea planta veteres in retibus funibusque conficiendis usi esse videntur, haud aliter atque etiam nunc foliis ejusdem plantae in quibusdam Australiae insulis funes et retinacula conficiuntur. Quanti ad medicamina fuerit usus haec planta apud veteres Plin. l. 21 c. 17 et l. 22 c. 22 nobis satis exponit, quin etiam sacra habita est a veteribus, nam in Homeri Odyssea saepius prati asphodeli in mortuorum terra, qua ex causa in sancta, tit mentio, neque, quin Judaei etiam asphodelo sub retis forma ad expellendos morbos quasi veneno quodam sint usi, dubitari potest.

בּוּרְקָמָא vide in litera kaph, in ordine ברק.

בִּרְקוֹם.[78] In Ber. r. s. 98 ad haec verba Gen. 49. אוסרי לגפן עירה „ligans ad vitem pullum suum"; ר' יהודה אסר גפן שכותה רע אוסרין לה ברקום אחד gl.; juxta sensum videtur significare *pullum asini*: et in libro אות אסת inveni, corrigendum esse et legendum אוסרין לברקום ligant Lybianum asinum. Vox est prava et corrupta.

בַּרְקָנָיָא, בַּרְקָנִין *tribuli*, *spinae genus*, Jud. 8, 7. מן הקוצים והברקנים a spinis et tribulis, Ez. 21, 19 in R. Salom.

אֲבַרְקָסִין *braccae*, *femoralia*. Hebr. מכנסים. Diversimodo scribitur. Ex. 28, 42 אֲבַרְסָקִין דבוץ femoralia byssina, in TgH., quod in Tg. Jon. ibidem scribitur אוורקסין. In priori ד pro ר, in altero ו pro ב: item אברסקין in TgH. et אַוַרְקָסִין in Jon. Lev. 6, 3. Item Lev. 16, 4 אורקסין in Jon. Videtur esse corruptum ex braccae.

---

[78]) Βρίκος. Hesychius: Βρικὸν ὄνον Κυρηναῖοι βάρβαρον supp. ὄνομα. Africana igitur vox est, quam a Libybus acceperunt Cyrenaei, ex quo ipso fonte observante Bocharto et Hyspanorum *borricon*, quod asinum silvestrem denotat, haustum est. Originem vocis Talmudici in arab. verbo ورق *frondes avulsit*, *foliis spoliavit* arbores (cf. Castelli Heptag. p. 993 et Willmetii lex. arab. s. v.) spectasse videntur, unde fit, ut vocabula עיר et אתון, de quibus in versu illo sacrae Scripturae (Gen. 48, 12), ubi fertilitas terrae a stirpe Jehudae occupatae describitur, per ברקום interpretentur, quasi dicere velint, illam terram vino atque nobilibus arboribus tantopere abundare, ut ne *asinum* quidem *foliis vescantem arboresque frondibus spoliantem* ad vitem optimam ligare vereantur. Ceterum minari non debes de mutatione ך in ב. Nam ך ipsius verbi ورق, etiamsi apud Hebraeos in voce ירק per ◌ּ redditam et apud Syros in voce ܝܪܩ, quod iis *columnam libri*, proprie *folium* denotat, imo ipsam literam ך conservatam reperimus; attamen apud Libyes, de quibus vox ברקום (βρίκος, barricon) desumpta, ך verbi arabici in ב, β, b transisse ex nomine urbis Libyae Tabraca (Θαβράκα apud Ptolemaeum) quasi *umbrosam* diceres (vide Bocharti Phal. p. 519) ab arab. ورق mutato ך in β videndum. Habes praeterea persicam vocem برگ vel برک mutatis ך in ڤ et ق in گ vel ک pro *folio*, quam arabico ورق affinem esse ex eo videre potes, quod pro برگ, برک et ورق observatis omnibus literis verbi arabici scribunt. (Cf P. Angeli Gazophylacium linguae Persarum p. 124). Quam etymologiam vocis ברקום eo magis rectam judicabimus si respicimus ad locum perobscurum talmudicum explicatu difficillimum, quem citare et explicare liceat.

Citata quidem voce לוברקום, de qua in Misna, in Talmud legitur: איית הניי תני הניברקום מאן דאמר לוברקום על שם לובים וכשים במצעדיו מ"ד ניברקום אבחטום i. e.: est, qui *nibercum* legere existimet (asinum nempe, qui in Misna lubdicus vocatur, nivercum vocat). Is, qui „lubdicus" legit propter nomen (quod legitur in Dan. 11, 43). „Libyes et Aethiopes sunt gressu ejus (i. e. vocem lubdicus ad nomen terrae Libyae [לוב] refert, ut asinum Libyum s. Aegypticum denotet. — Aliter in Talm. babyl. vox lubdicus ad nomen Lydiae terrae refertur. His igitur, Talmudicis Babyloniae videlicet ב, illis Hierosolymorum quidem ד vocis לוברקום supervacuum, quod et me animosum fecit ut נ vocis nivercum praefixum habeam); at is, qui nivercum dicit, abachatum (i. e. vocem nivercum eandem habet atque abachatum, vel, voci nivercum eandem inesse significationem quam voci abachatum), et quid ipsum abachatum? Asinus absens (qui sc. a domo remotus est i. e. asinus silvaticus)."

Exstat hic locus in TH. Kilaim c. 8, ex quo videre potest ניברקום seu, ut vox nostra sonat, ברקום asinum silvaticum, et quidem libycum esse, id quod in sententiam Hesychii, qui βρικὸν originis libycae esse dicit, aptissime quadrat.

Loco citato simillimus alius legitur locus talmudicus in TH. Sab. c. V.: איית תניי והלברקום (vox est in Misna) תני לנרקום מ"ד לוברקום ע"ש לובים וכשים במצעדיו מ"ד לנרקום אבטטום מהו אבטטום חמר סלק. Quibus locis comparatis nivercum (ניברקום) idem esse atque legadcum (לנרקום) videmus. Significat autem לנרקום, ab arab. نجد, *exstirpavit*, ut supra (p. 6, not. 13) diximus, idem quod אבחטום, a verbo باح, *asinum* videlicet *silvaticum*, *qui pabulum depascitur*, unde et voci ניברקום eandem inesse significationem atque vocibus לנרקום atque אבחטום videndum, id quod etymologiam a nobis datam vocem ניברקום ad arab. ورق referentem confirmat. Neque reliquum est nisi ניברקום idem esse atque ברקום relicta syllaba ני ut argumentemur, quod eo facilius apparebit considerantibus nobis Talmudicos ad conservandam pronuntiationem literae ך, quae prout ב non-dagissatum V Latinorum vel W Germanorum pronunciatur, literam נ cum ◌ּ quiescenti voci ברקום praefixisse, indicandi causa voces ברקום et ניברקום minime per ב dagissatum barcum quidem et nibarcum, sed per ב non dagissatum varcum et nivarcum, prout cum ך, ו hebr. scriptae essent, pronuntiandas.

Praeterea notandum est lexicographos de vocabulis peregrinis in duabus illis locis inventis, utrum per Samech, an per Mem in fine legenda sint, dubitare. Ita et de voce in hac disputatione tractata utrum ברקום per Mem *barcum*, seu ut nos habemus *varcum*, an ברקום per Samech *varcus* legenda sit, propter similitudinem literarum Samech et Mem finalis nec ex lexicis nec ex comparatis editionibus satis liquet. Apud me vero dubium non est, quin voces לוברקום, אבטטום et, ut habet B. Aruch, אבהטום per Samech *lubdicus* quidem, *ambatus* et *abhonos* legendae sint; graecae enim sunt originis (vide supra p. 12), in quibus ος graecum, more Latinorum, qui pro eo *us* habent, in lingua talmudica per ום cum Samech reddi solet. Aliter vocabula ברקום seu ניברקום, לנרקום et אבהטום, quae ut diximus, arabicae sunt originis ad conservandam nunationem ◌ً ◌ٍ ◌ٌ *an*, *in* et *un*, in quae nomina Arabum exire solent, lingua talmudica ום cum Mem habet, prout Latinorum *um*, quod ον graeco respondet.

בְּרַר בֹּרֶר *purum, mundum esse.* Part. pehil, בְּרִיר היתי purus fui, Job. 11, 4. בריר מללו purum loquuntur, Job. 33, 3. בריר רעיונא mundus voluntate, Ps. 24, 4. עם יעקוב דחזה בריר קדמך cum Jacobo, qui purus fuit coram te, Ps. 18, 27. Pl. בְּרִירין הנון שבטא דאשר היך פרזלא puri sunt illi, qui sunt de tribu Ascher, sicut ferrum, Deut. 33, 25 in T. Jon. et hier. Constr. לְבִרירי לבא puris corde, Ps. 73, 1. Fem. מקדנא דיהוה בְּרִירְתָּא praeceptum domini purum est, Ps. 19, 9. Pl. הוו בְּרִירָן נזירהא יתיר מחלנא fuerunt puriores nasiraei ejus prae nive, Thren. 4, 7. וברירן וכוחהא et purae sunt justitiae ejus sicut sol, Cant. 6, 10. Fut. תְּבָרְרוֹר יתי purifices me, Ps. 51, 6. Pahel בָּרַר purgare, expurgare, purificare, mundare, declarare: item eligere, deligere, seligere. Fut. וַאֲבָרֵר כבוריתא et purificabo sicut smegmate, Jes. 1, 25. Ex pihal ap. Rs. מְבוֹרָר הוא clarum, planum, perspicuum hoc est: item אינם מבוררות אצלנו non sunt nota, i. e. declarata nobis. Ithp. וכוכביא לא אִתְבְּרִירוּ קדמוהי et stellae non purae sunt coram eo, Job. 25, 5. Ithp. הִתְבָּרֵר clarum fieri, patere ap. Rs. Part. מִתְבָּרֵר clarum, perspicuum est. Hophal הובררה התרומה לא non est expurgata oblatio primitiarum.

Ap. Ts. specialiter usurpatur de purgatione frumentia paleis, pro ventilare; ut: אשת חבר משאלת לאשת עם הארץ נפה וכברה וברורת וטוחנת ומרקדת עמה uxor sapientis Rabbini commodato dans uxori alterius cujusdam viri de plebe (mulieri plebejae) vannum et cribrum, ventilare, molere et vanuere potest cum ipsa etc. Item אבל לא חבור ולא חטחון עמה verum non ventilabit neque molet cum ipsa, Gitt. 5 in Misna. Sic usurpatur gr. διαχαθαίρω Matth. 3, 12.

בָּרוּר *selectum, optimum*, Nidd. f. 19. Item *clarum, perspectum, perspicuum.* אם ברור לך הדבר כבקר אמרתו si clara tibi res sit sicut lux matutina, dic eam, Sanh. f. 7b. יום צח וברור dies clarus et serenus. V. Bb. f. 147. Pl. ראיות ברורות rationes clarae.

בֵּירוּר *declaratio.* בבירור cum declaratione, clare, perspicue, aperte, manifeste. Ap. Ts. שטרי בירורין literae declarationum, Bm. c. 1 et basra c. ult. in Misna. Sic in Babylonia vocabant librum, cui acta et probata partium litigantium scribae judicum inscribebant, ut juxta ea sententiam ferrent judices, et partes semel acta non repeterent vel revocarent. Protocollum hodie vocamus. Alias שטרי טענתא literae vel libri actorum judicialium.

בְּרִירָה *purificatio, declaratio.*

בְּרִירוּת, בְּרִירוּתָא *puritas, claritas, serenitas:* היך ענגא בְּבִרִירוּתָא sicut nubes in serenitate, Prov. 16, 15 et Job. 37, 11. ושזנת בברירו ידי et lavi in munditia manus meus, Ps. 73, 13. וכמחוי שפיא לבריורו et sicut aspectus coelorum in puritate, claritate, Ex. 24, 10. בבריורת ידך puritate manuum tuarum, Job. 22, 30. כבריורת ידי יחיב לי secundum puritatem manuum mearum rependet mihi, Ps. 18, 20. 25. Cum aff. כְּבָרִירוּתִי secundum puritatem meam, II S. 22, 25.

בּוֹר, בּוּרָא בּוּרְיָא *puritas, claritas, perspicuitas:* דעתו של אדם אין יכולה להשיג דבר על בוריו non potest mens humana assequi rem hanc in claritate sua, i. e. clare et perspicue: עמדי על בורייך insiste puritati tuae, Sot. f. 7b. Gl. על נקיותיך super innocentia, munditie tua, על בוריו *clare, perspicue.* להשית כל הדברים על בוריין ad apprehendendum omnes res in puritate sua, clare. ואני רואה על בוריו videt rem perspicue. ואני עמדתי על בוריו et ego steti in puritate mea, R. Sal. Ps. 119, 87. לא ידע הרבה על בוריו non scit multa clare et bene. והעמידו דבר על בוריו constituerunt rem in claritate sua, rem clarissime proposuerunt.

בּוֹרִית, בּוֹרִיתָא *smegma, sapo:* ומחורין בבוריתא et mundantur smegmate, Jer. 2, 22. וכבוריתא דמחורין בה et sicut smegma, quo se mundant homines, Mal. 3, 2. Quidam pro herba accipiunt, quam *saponariam* vocant. Sic Ti. ונתרא ובוריה et alumen et saponariam, Nidd. c. 9 in Misna.

בַּרְבַּר *barbarus, qui lingua alii ignota loquitur, ac idcirco intelligi ab eo nequit.* Pl. בַּרְבָּרִין barbari. Talis Ovidius fuit Getis, cum scriberet: Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli. Sic Graeci Aegyptiis et aliis et contra. V. Praet. Drusii f. 235.

בַּרְבָּרַאי *idem.* בית יעקבי מעמא ברבראי domus Jacob ex populo barbaro, nempe Aegyptiis, qui Hebraeis erant barbari et contra, Ps. 114, 1. Hebr. מעם לעז, quod idem. Fuerunt et certi quidam populi Barbari dicti. אלו אנשי ברבראי שמהלכין ערומים בשוק isti Barbari, qui ambulant nudi per plateas, Jebam. f. 63b. הביא עליהן הברברים adduxit contra eos Barbaros, Jelam. f. 26a.

בַּרְבַּרְיָאָה *Barbaria, regio a barbaris inhabitata.* Sic pro hebr. תוגרמה in TgH. ponitur, וברבריאה et Barbaria, Gen. 10, 3. Hinc R. David IR. 4, 23 ad vocem ברבורים notat; עוף הבא מברבריאה נקראים ברבורים avas venientes ex Barbaria vocantur על שם מקומם barburim, a nomine loci sui.

בְּרוֹשׁ ברש *abies, arbor trabibus aedificiorum idonea,* scribit Ar. in ארז.

ברשן *nudus.* ונפל ברשן et cecidit nudus, I S. 19, 24 pro hebr. ערום. Kimchi scribit se id nullibi alias legisse. R. Sal. annotat, quod R. Menachem ab Arabe quodam intellexerit, ברשן arab. significare משוגע *insanum, furiosum.*[19] Kimchi reperit in quibusdam exemplaribus בישן, et sic habent Regia. Certe nudum pudor comitatur. B. Ar. scribit בר שאן.

בְּרוֹשְׁיָא *placentae, collyrae.* תלת ברושיאתא tres collyrae triticeae, gl. חלות, Gitt. f. 69b. B. Ar. adducit in litera kaph.

בְּרַת ברת *abies*, vel *fraxinus*, ex hebr. ברוש literis ש et ת inter se permutatis. יסק ברותא ascendet abies, Esth. 2, 7 in Tg. sec., ubi explicatur locus Jes. 55, 13, in quo ברוש in hebr. Pl. בְּרָתִין et בְּרָנִן: ut,

[19]) Vocem quidem compositam habet ex chald. בר *filius* et שאן (út Ar. legit) arab. شَانَ, cui notio inest *insaniendi* et furiendi. Vide Cast. heptag. sub rad. שן.

בראתי בית מדורה abietes domus habitationis ejus, Ps. 104, 17. יהון מן ברתי erunt ex abietibus, Cant. 1, 17. בסחיצת ברין tabulatio abietum, I R. 6, 15. דאעי בירן ex lignis abietum, v. 34. אירבי במישרא ברון multiplicabo in planicie abietes, Jes. 41, 19. כברון שפירן sicut abietes pulchras, Hos. 14, 9. Ap. Ts. in Rh. 23a inter decem genera cedrorum numeratur, ubi tamen in gl. explicatur *buxus*.

בּוּרִיתָא vide in ברר.

בְּרִית *foedus*. V. in ברה.

בִּירִית vide in ביר.

בורתירא *species currus vel vehiculi levis et leniter instar lecticae incedentis*, Medr. Schir. c. 4h.

בשל בְּשַׁל *coquere, coqui, maturescere, maturare, maturum producere:* ובשילת ענבין et maturas produxit uvas, Gen. 9, 20 in Jon. Part. pl. אתר מחקן לְבָשְׁלַיָּא locus praeparatus pro coquis, Ez. 46, 24. Pihel, כבשרא דְּבָשִׁיל בנו דודא sicut caro, quae coquitur in olla, Ez. 11, 3. 10. Fem. ית דרעה בְּשִׁילָא brachium coctum, Num. 6, 19. Inf. כְּמִבְשַׁל בסרא dum coqueret carnem, I S. 2, 13. Sic legendum enim pro כְּמִבַּשֵּׁל, juxta hebr. כְּבַשֵּׁל. Pahel בַּשֵּׁל idem. Praet. בְּשִׁילוּ coxit eis carnem, I R. 19, 21. אתכלרא maturuerunt botri ipsarum, Gen. 4, 10. עולסיהון coxerunt parvulos suos, Thren. 4, 10. ית ברי et coximus filium meum, II R. 6, 29. Part. מְבַשֵּׁל coctum in aqua, Ex. 12, 9. בעידניה quae fructus suos coquit, maturat, producit in tempore suo, Ps. 1, 3. בשר מְבַשֵּׁל carnem coctam I S. 2, 15. Pl. וּמְבַשְּׁלִין ליה בקדירא et coquebant illud in olla, Num. 11, 8. Inf. בַּשְּׁלָא מבשל coquendo coctum, Ex. 12, 9. לְמִבְשְׁלָא פירי ad maturandum fructus, Job. 37, 6. Imper. בְּשִׁיל חבשל et coque pulmentum, II R. 4, 38. בְּשִׁילוּ coquite, Ex. 16, 23. Fut. ut coquant illic, Ez. 46, 24. בסריה et coques carnem ejus, Ex. 29, 31. Ithp. fut. רַהֲסָף דְּתִתְבַּשֵּׁל ביה et vas testaceum, in quo coctum fuerit, Lev. 6, 28. Ap. Rs. est etiam *concoquere, digerere:* לא בשלה אותו כוח המבשלת non concoxit eum facultas concoquens sive concoctrix, I R. 19, 8 in R. Dav. In ithp. dicunt נִתְבַּשֵּׁל.

בְּשִׁיל *coctum*, v. supra in verbo.

בְּשׁוּל *coctum, coctus cibus, decoctum, obsonium elixum.* Pl. cum aff. אל תחרנ לְבשׁוּלוֹי ne desideres obsonia ejus, Prov. 23, 3. Item maturatio, זמן הבשול tempus maturationis, quando fructus maturescunt. בשול התבואה maturatio frugum. Item *concoctio, digestio.*

ברשלא *pellis recens, detracta, rudis et inclaborata.* Schab. f. 79a.

תַּבְשִׁילָא, תַּבְשִׁיל *decoctum, jus, in quo aliquid coquitur aut coctum est, pulmentum.* ויח תבשילא שפוך et decoctum jus effunde, hebr. מרק jus, Jud. 6, 20. ובשל חבשילא et coque pulmentum, hebr. נזיד, II R. 4, 38. דמתאכל תבשילא ut comedatur cibis insipidus. Job. 6, 6. Hebr. חַלְבְּשִׁילִין. Cum aff. לחמנא וְתַבְשִׁילָנָא panem nostrum et cocta nostra, Esth. 3, 8.

בֶּשֶׂם idem quod בסם, ut בושם מתבשם עובד מתבשם בשמא aroma confectum opere artis aromaticae, Ex. 30, 25 in Tg. J. בְּשַׂם aromatibus condire, Ri.

בּוּשְׂמָא, בּוֹשְׂמָא *aroma, unguendum.* V. supra בסם.

בְּשָׂמִים *aromata*, ap. Tos. הקול יפה לבשמים sonus pulcher est aromatibus; nempe cum tunduntur. Dicitur enim de illis in Lege הדק היטב tundendo bene. Cum sic tunditur, pistillo ingens sonus edi solet. E contrario de vino dicunt הדבור רע ליין locutio mala est vino, nempe cum dolium vini fere vacuum est, tunc sonum edit et quasi loquitur, si pulsetur, qui sonus malum est indicium, quod doceat vinum esse exhaustum. Ti. tamen aliter interpretantur. V. Menach. f. 87a.

בשן בישני *Besschaneus, qui est de Beth schean:* חיפנא Chiphneus et Bethschaneus (excendos) non elevabunt manus suas, Meg. f. 24b. Sic etiam quidam sumunt in Peah, c. 7 pro olivis illius loci.

בשקר בְּשַׁקַּר *inquirere cognoscendi causa, cognoscere, agnoscere.* הלא אלהא יְבַשְׁקַר דא annon deus investigabit hoc? Ps. 44, 22. ולבשקרא בהיכליה et ad inquirendum in templo ejus, Ps. 27, 4. Sic Ar. et Psaltarium Nebiens. T. ולא מְבַשְּׁקַר ליה et non innotuit ipsi, Erub. f. 19a. חלך קמיהו ולא בשקרוה transivit coram ipsis et non cognoverunt eum, Jev. f. 122.

מְבַשְׁקְרָן *inquisitio, disquisitio, investigatio.* Pl. מְבַשְׁקְרָנֵי עיבא investigationis nubis, Job. 37, 16.

בשר בִּשְׂרָא *caro.* V. in בסר.

בַּשַּׂר *nuntiare, annuntiare:* בִּשְׂרָא *nuntium.* V. in בסר.

בְּשַׂרְן *carnosus.* דאכלה כוסברתא הוו לה בני בשרני quae comedit multum coriandri, ei erunt liberi carnosi, Ket. f. 61a.

בשש בְּשַׁשׁ *tardare, cunctari*, ut hebr.

בְּשַׁשׁ *pulmentum, decoctum quodvis, quod cum buccellis panis editur,*[80] juxta Eliam in Methurgeman et B. Ar. Legitur Job. 6, 6 in altero ejus versus Targum, estque idem quod תבשילא. Ap. Ts. alias dicitur לפתן, ut suo loco dicetur. Praeterea, scribit B. Ar., in terra Israelis sumunt butyrum, ova et piper ac simul coquunt illa in olla et hoc vocant תבשיל בשש.

בת *vice*, hebr. פעם. In Gem. היה כותבה בבת אחת scribebat eam vice una, Jom. f. 38b. Rab. השותה כוסו בבת אחת נקרא גרגרן qui ebibit poculum suum vice una vocatur gulosus.

בַּת *bathus*, mensura liquidorum. Pl. בָּתִּין bathi. Esr. 7, 22. In Targ. Jes. 5, 10; I R. 7, 26; Ez. 45, 10 dicitur בַּיְתָא, pl. בַּיְתִין. בַּת vide supra in בנא.

בתל בְּתוּלָא, בְּתוּלְתָא *virgo.* Hebr. בְּתוּלָה, Gen. 24, 16. בְּתוּלְתָא שַׁפִּירַת חֵיזוּ virgo formosa aspectu, Esth. 2, 3. עולמתא בְּתוּלְתָא puella virgo, Deut. 22, 28.

---

[80]) Syriaca vox est teste Henrico Steph., quo ipso fonte et gr. βήσσα s. βίσσασα, quod *sutam agrestem* denotat, haustum.

Constr. בְּתוּלַת בת ישראל virgo filia Israelis, Deut. 22, 19. Pl. דמין לְבָתוּלָן שפירן similes sunt virginibus formosis, Am. 8, 13. Emph. בְּתוּלְתָּא דבית יהודה virgines domus Jehudae, Thr. 1, 15. עלמן בחולתן שפירן puellae virgines pulchrae, Esth. 2, 2. Cum aff. בְּתוּלָתַי virgines meae, Thr. 2, 21. ובחולתיה לא אשתבחן et virgines ejus non fuerunt epithalamiis celebratae, Ps. 78, 63. בְּתוּלָתָהּ ספדן virgines ejus plangunt, Thr. 1, 4.

Ap. Tos. legitur איזה היא בחולה כל שלא ראתה דם מיטיה אף על פי שנשואה quaenam est virgo? quaecunque non vidit sanguinem a diebus suis etiamsi sit desponsata vel nupta, Nidd. c. 1 in Misna. בנוהן של גוים משטרות עצמן ממקום ערוותן ומפקירות עצמן ממקום אחר filiae Christianorum custodiunt seipsas in loco virginitatis suae et prostituunt seipsas ex loco alio Br. s. 60. Vide quam honeste sentiant et scribant de nostris virginibus. Duo sunt signa virginitatis, דם ודוחק. V. Maim. p. 2, f. 22. Extenditur etiam latius ad alia: ut וחופר בבחולה שלש אצבעות et fodiens in virgine (terra) tres digitos, Naz. 65a i. e. בקרקע בחולה in terra virgine, vel בבחולת קרקע in virginitate terrae, h. e. terra pura et impolluta, a cadavere non inquinata. Hinc legitur alibi חנא שלש בתולות הן בתולת קרקע בתולת שקמה בתולת אדם tres sunt virginitates: virginitas terrae, virginitas sycomori et virginitas hominis. Virginitas hominis est, quamdiu non contrahit matrimonium; virginitas terrae, quamdiu non colitur; virginitas sycomori, quamdiu non putatur, Nidd. f. 8b. ובחולת הוורד אחת et virginitatem rosae unam, Sab. f. 90a. Gl.: עלה של ורד בחור אחת folium rosae virginis unum. Alii: rosa clausa. בחולה עליונית virgo devota, assidue orans.

Ap. astronomos בחולה est *virgo*, *signum coeleste*.

בְּתוּלִין *virginitas*, *virginea*, hebr. בתולים, Deut. 22, 14. Constr. יח בְּתוּלֵי עוליהא virginitatem puellae, v. 15. Cum aff. ואבכה על בְּתוּלַי et flebo propter virginitatem meam, Jud. 11, 37.

בְּתוּלוֹת Tis. idem ut in exemplo paulo ante adducto; deinde vocantur sic duo statumina, quibus firmatur lignum, quod trabem torcularis fert. Alii: gemellos, alii sorores vocant, Bb. f. 67b.

בוּתָנָן בתן nomen *regionis montosae ultra Jordanem*, quae hebr. בשן dicitur. מבותנן אֲתַיב צדיקיא ex Butnan reducendo reducam justos, Ps. 68, 23. Alias communiter legunt מתנן, ubi מ ab initio videtur esse ex confluxu literarum בו, lapsu facillimo. Est autem בותנן ex hebr. בשן, commutato ש in ת. Deut. 33, 22 conjunctim leguntur haec duo in Tg. Jon., מן מתנן וחחומיה יהי מטי עד בּוּתָנַיי a Matnan et terminus ejus pertingit usque ad Batnacam. Sic Deut. 32, 14 legitur in TgH. דכרין בני בתנייא arietes ex Botnaea.

בָּתַר בתר [81] *post*, hebr. אחר: וחיא נח בתר טופנא et vixit Noach post diluvium, Gen. 9, 28. בתר פסנמיא האלין post resistas, Gen. 15, 1. בתר ד vel בתר די posteaquam: בתר דאולד posteaquam genuit, Gen. 5, 4. Sic בתר כן דעללין posteaquam ingressi essent, hebr. אחרי כן אשר, Gen. 6, 4. בתר די קטל יח גדליה posteaquam interfecit Gedaliam, Jer. 41, 16. מבתר כן vel בתר כן: בתר כן ישלח et בתר כדין vel בתר כדין post sic, i. e. postea. ושמע דוד מבתר כן יתכון postea dimittet vos, Ex. 11, 1. ושמע דוד מבתר כן et audivit David postea, II S. 3, 28. והוה מבתר כן et fuit postea, II S. 15, 1. ומן בתר כדין et postea, Job. 19, 25 et simpliciter מן בתר v. seq. Et מבתר כדין Ex. 34, 32 in Jon. מבתר פולחני de post cultum meum. Deut. 7, 4. Hebr. מאחרי. Cum aff. לְמִיתַי בָּתְרַי venire post me, Gen. 24, 5. זור לך מבתרי recede a me, II S. 2, 22. אתי בתרנא venit post nos, Gen. 32, 19. ולבנך ובתרך לא יקום et filiis tuis post te, Gen. 17, 7. לסחב כותך et post te non surget similis tui, 1 R. 3, 13. מן בתרך reverti de post te, Ruth 1, 16. ובתריך et post te, Ez. 16, 34. מבתריכון post vos, Gen. 9, 9. לבנוהי בתרוהי filiis ejus post eum, Gen. 17, 19. מבתריהי de post eum, Gen. 19, 26. בתרהא post ipsum, Ex. 15, 20. בתריהון post eos, Gen. 48, 6. ושרא מבתריהון de post eos, Ex. 14, 19. Ti. praefigunt א, אבתרא.

בָּתְרָאָה בָּתְרֵי *posterior, postremus.* לדר בתרי generationi posteriori, Ps. 78, 4. גברא בתראה vir posterior, Deut. 24, 3. לקל אתא בתראה voci signi posterioris, Ex. 4, 8. דביתא הדין בתראה domus hujus posterioris, Hag. 2, 10. Pl. ובנהא בָּתְרָאִין et liberi ejus posteriores, Gen. 33, 8. למא חהון בתראין quare eritis postremi, II S. 19, 12. ואף לבתראין etiamque posterioribus, Eccl. 1, 11.

בָּתְרֵיתָא *idem.* וידא דכל עמא בבתריתא et manus totius populi in posteriori, i. e. postea, posterius, postrémo, Deut. 13, 9; 17, 7; Num. 2, 31.

בָּתְרָאי *retrorsum*, Cant. 2, 5 forte legendum ex forma syra בתראית.

בְּתַרָא *botrus:* יחיר היך גפנא בתרה dejiciet sicut vitis botrum suum, Job. 15, 33 in R. Ven. בוסרתיה. In hebr. בסרו, quod possit esse a forma בסר. Alias בסר omphax, uva immatura.

בְּתַתַּר, בֵּיתַר *Bither, Bithera, Bethera*, urbs munitissima, non procul ab urbe Hierosolymis in tribu Benjamin, in qua fuit Bar Cosba, falsus Messias, de quo vide infra in כזב.

De magnificentia scholarum et collegiorum ejus, ut et de magnitudine stragis Judaeorum, cum ab Adriano imperatore caperetur, incredibilia scribunt Hebraei passim:

In Gitt. f. 58a: quadringenta collegia fuerunt in urbe Bither et in unoquoque fuerunt quadringenti praeceptores, quorum unusquisque habebat quadringentos discipulos de domo Rabban. Cum hostis ingrederetur, confodiebant eum scalpellis suis; at vero illo praevalente et urbem capiente, absconditos in suis libris igne combusserunt.

De strage illic edita v. f. 57a et 58a ab initio:

---

[81]) Syr. ܒܰܐܬܰܪ = ܒܰܬܰܪ pro בָּאַתַר compos. et contr. ex אתר, ﻉﺛﺮ arab. أثر (vide supra p. 132) et ב praef. more Arabum, qui في أثر et على أثر *in vestigio, post* (Sur. 57. 27) dicunt. Sic Chaldaeus: מבתר ענא (II S. 7, 8) in vestigio ovium.

dixit R. Jochanan: hae sunt octoginta acies bellicae, quae ingressae sunt in urbem Bither eo tempore, quo coeperunt eam, et in ea ex viris, mulieribus et parvulis promiscue tantum numerum occiderunt, ut sanguis illorum usque ad mare magnum fluxerit. Quod si dicas: forte non procul ab ea distabat mare, dico: integri miliaris spatio abfuisse. R. Elieser magnus tradidit: duo flumina fuerunt in vallo Jadajim, quorum unum hac, alterum illac fluebat; unum illorum sanguine interfectorum plane infectum fuit; et f. 58a dixit R. Jochanan, quadraginta modii Tephillin amputatorum reperti fuerunt inter occisos Bither; et f. 57b: hic est Vespasianus imperator (nomen Vespasiani hic ponitur pro Adriano), qui interemit in urbe Bither quadringentas myriadas. Dixerunt ei: imo quater mille myriadas. In TH., in codice Taan. f. 68 et 69a prolixe haec omnia describuntur, ubi inter alia et haec: Adrianus imperator occidit in urbe Bither octoginta mille myriadas. R. Jochanan dixit, octoginta mille paria tibicinum cingebant Bither et unusquisque illorum praefectus erat pluribus copiis. Fuit ibi Ben Cosba etc. Et mox: Tribus annis cum dimidio obsedit Adrianus urbem Bither; paulo post: et deus tradidit eos et occidebant eos, et progrediebantur, donec equus usque ad nares in sanguine immergeretur. Quinimo sanguis rapiebat secum petras magnitudinis quadraginta modiorum, donec ad quadraginta miliaria usque in Oceanum flueret. Dixerunt quidam trecenta crania puerorum inventa fuisse super unico lapide et tres arcas thephillin praecisorum, qui novies novem sata sive modios continebant. Quidam dixerunt plures. R. Schimeon ben Gamaliel dixit: quingentae domus scribarum fuerunt in Bither, in quarum minima non pauciores erant, quam quingenti parvuli. Hi dixerunt: si hostes nostri contra nos venirent, his solum scalpellis contra ipsos egressuri essemus et oculis illis effossuri. Posteaquam autem propter iniquitates ipsorum urbs esset capta, involvebat quisque scalpellum suum in librum suum et comburebat. Ex illis omnibus ego solus sum relictus. Iterum, vineam amplissimam habebat Adrianus imperator impius, octodecim milliaria tam in longitudine, quam in latitudine continentem (quantum Tiberias distat a Tzipporia). Vineam illam sepe cinxit ex interfectis Bitheris, altitudinis staturae viri integrae, ejusdemque latitudinis: neque voluit permittere, ut sepelirentur, donec surrexit rex alius. Rursus: R. Jose dixit, quinquaginta duobus annis post vastationem domus sanctuarii, vastata est Bitter. Vide et Br. parascha 65. Medrasch Schir haschirim ad Cantic. 2, 17. Echa rabbeti Thren. 2, 2.

בלע ה'

Abbreviaturae literae ב.

ב: litera abbreviaturis saepissime loco praepositionis ab initio servit, unde multae hic omittentur, quae quaerendae in litera proxima, ut supra dictum.

ב"א: בית אב *domus patris, familia paterna*, vel בית אבי *familia paterna mea.* 2) בן אשר *filius Ascher.* Hic voces quasdam biblicas aliter legit, quam alii, et ejus lectionem imitantur Judaei occidentales, i. e. qui in terra Israelis habitarunt. Alium secuti sunt orientales, de quo vide in ב"ג. 3) בר אורין *filius Urjan.* Sic quidam inter abbreviaturas adducit. Ego abbreviate non legi. Reperi autem ap. Tos. plene scriptum, א"ל תד לחבריה ליקו לקמיה דבר אוריין הוא dixit alter ad alterum; surgendum esse coram ipso (honoris causa), quia Bar Urjan sit; gl. בן תורה *filius legis*, i. e. *studio legis divinae deditus, studiosus theologiae, theologus legis dei observantissimus:* Gitt. 62a. Et alibi: ניקו מקמיה דגבר בר אוריין תמא surgamus coram ipso, quia doctor legalis est: Schab. 31a. In Salomone legitur, ותורה אור et lex lux est, Prov. 6, 23 inde אורייתא lex, quasi lux dicta, et inde אוריין legis observans.

ב"אד: באותו דבור *in eodem sermone vel textu.* Criticis usitatum. Cum Vau copula וב"אד. Quandoque additur ה in fine, בא"דה, ubi ה valet המתחיל qui incipit, vel, incipientis. Interdum interponitur ה, ut ב"אהד, pro הדבור.

ב"א"י א"מ"ה: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם *benedictus sis tu domine deus noster, rex hujus mundi.* Commune exordium precum est, et in libris precum, aut ubi de precibus agitur, usitatum.

ב"א"י ש"ת: ברוך אתה יהוה שמע תפלה *benedictus sis, o domine, exaudiens preces.* In fine precum id dicere solent.

in numerum senatorum. R. D. Kimchi in libro שרשים in rad. גור scribit: Omnis גר *ger*, de quo meminit scriptura, quod גר commoratus fuerint in terra Israëlis est is, qui recipit in se, quod non velit colere idola (h. e. גר תושב): Est autem alius, qui plane et perfecte fit Judaeus, ille sc., cujus lex in praeceptis meminit, quando ea לגרים quoque observanda praecipit. Hicque est גר צדק proselytus justitiae In Massechet As. 64b legitur, quisnam est גר תושב? Quicunque coram tribus Rabbinis recipit, se nolle idololatriam colere, ex sententia R. Meir. At sapientes nostri ajunt, quicunque recipit septem praecepta filiorum Noae. Alii dicunt, *ger toschabh* proselytus inquilinus est, qui comedit de cadavere (quod prohibitum Lev. 22, 8) qui suscepit omnia praecepta mosaica observanda, isto excepto etc. Hinc scribit R. Sal. Deut. 24, 14. מגרך de advena duo: זה גר צדק hoc dicitur de proselyto justitiae: בשעריך in portis tuis, וזה גר תושב אוכל נבלות iste est proselytus inquilinus, qui comedit morticinia. R. Bechai in Cad hakkemach f. 18. גוי שקבל עליו שלא לעבוד ע"ז ועדיין אוכל נבלות ובא וגר בשערי עירנו הוא הנקרא גר תושב ונקרא גר שער וכו' Christianus qui recipit in se, quod non velit amplius exercere idololatriam, sed adhuc comedit morticinia, ac venit ut commoretur in portis urbium nostrarum, is est qui vocatur *ger toschabh*, h. e. proselytus inquilinus, et *ger schaar* proselytus portae, cui jubemur ea dare Deut. 14, 21. לגר „peregrino qui est in portis tuis dabis illud" etc. Huc respexit Onkelos, qui ita transfert; לתותב ער inquilino praeputiato, qui est in medio tui dabis illud etc. et Jon. לְגִיוֹר עַרל peregrino, proselyto incircumciso etc. Iterum in As. 65. Dicit R. Bar bar Channa, dicit R. Jochanan: *ger toschabh* proselytus inquilinus, super quem transiverunt duodecim menses (hoc est, qui per duodecim menses talis est), et non circumciditur, הרי הוא כמין שבאומות, ecce is est sicut haereticus inter gentiles. In Sanh. 96b. נעמן גר תושב היה נבוזר אדן גר צדק tradiderunt Rabbini nostri, Naaman fuit proselytus inquilinus, Nebusaradan proselytus justitiae. Gl. גר תושב proselytus inquilinus est, qui non recipit in se caetera praecepta, sed duntaxat praeceptum de non colenda idololatria. Porro de proselytis communi proverbio dicunt, קשים להם גרים לישראל כנגע צרעת h. e. duri sunt proselyti Israëlitis sicut plaga leprae, vel כספחת sicut abscessus, apostema, in Jeb. c. 4 et alibi: Ratio, שרובן חוזרין בשביל דבר קל ומטעין את ישראל quia plerique ipsorum resiliunt propter levem aliquam causam, et seducunt Israëlem. Difficile quoque est se ab ipsis separare, posteaquam proselyti facti sunt. Causa fuerunt confecti vituli aurei, plagae item illius, quae ob desiderium, carnium Israëlitis inflicta fuit, Num. 11. Maim. p. 2. f. 136. 2. Praeterea, ut in Cad hakkemach additur f. 18. c. 4. Quicunque Israëlitis se associant, valde damnosi sunt illis, propterea quod sunt מטפה פסולה ex gutta (feminis) sordida et prophana, radix proferens fel et absynthium, Deut. 29, 18. Nam nihil quicquam boni ab illis redit, quin et liberi ab illis prodeuntes plerumque sunt pessimi. Nam ex Maacha, quam Judaeam fecit David, prodiit Absalom, qui studuit interficere patrem suum, et publice cum uxoribus ejus fornicatus est. Ideoque qui venit ut fiat proselytus examinetur etc. Et paulo post f. 19a scribit: Quod vero dicunt, קשים גרים duri sunt proselyti etc. id non dicitur לגנאי הגרים in vituperium proselytorum, sed לגנאי ישראל in vituperium Israëlitarum, q. d. posteaquam deus sanctus et benedictus videt cogitationes eorum, quod familiam et patriam suam reliquerint, ac venerint ut divinae majestati se adjungant, ecce hoc ipso condemnant Israëlitas, quando ipsi deum negligunt. Et in Medr. legitur: Dixit Resch Lakisch: Majores sunt proselyti hoc tempore, quam Israëlitae cum starent in monte Sinai: quia ipsi viderunt tonitrua, faces, et sonum buccinae: illi autem nihil horum viderunt etc. Satis de proselytis hoc loco. Vide Maim. in Hilchos Issure biah c. 13 et 14. R. Bechai in Cad hakkemach in litera ג, in גר.

גִּיּוֹרָא גִּיּוֹר *idem:* וגיור et peregrinum, Jer. 22, 3. וגיורא לא תונון et peregrinum non opprimetis, Ex. 22, 20. בגיורא וביציבא de peregrino, et de indigena, Ex. 12, 19. כגיורא כיציבא sicut peregrinus, sic indigena, Lev. 24, 22. Cum aff. מְגִיּוֹרֵךְ או aut de peregrino tuo, Deut. 24, 14. ובין גִּיּוֹרֶיהָ et inter peregrinum ejus, Deut. 1, 16. Plur. emph. ומן גִּיּוֹרַיָּא די יתגיורון ביניכון et de peregrinis, qui commorantur inter vos, Lev. 17, 13. Ap. Tos. גיורא עד עשרה דרי לא חבוה ארמאי קמיה prae peregrino ne contemnas Syrum, in decimam usque generationem, Sanh. 94a. Proverbium priscum a Jethronis, soceri Mosis, pietate traductum, Ex. 18, 9. 10. Jethro vocatur Syrus, quia Midjan, in qua terra habitabat, Syriae vicina, aut sub ea comprehensa fuit. Is peregrinus generum in deserto salutavit, et ab eo beneficia dei intelligens, deum laudavit, et ut quidam volunt, Judaeus factus fuit, assumta circumcisione. Citat R. Salom. Ex. 18, 9. Fem. גִּיּוֹרְתָּא, גִּיּוֹרְתָּא peregrina, proselyta. Deinde גיור est *adulter*, ex altera hujus verbi significatione: גִּיּוֹרָא וְגִיּוֹרְתָּא adulter et adultera, Lev. 20, 10 in Jon. Pl. לא תהוון גַּיּוֹרִין non eritis adulteri, Ex. 20, 14 in T. Jon.

גַּיָּרָא גַּיָּר *adulter*. Femin. גַּיָּרְתָּא *adultera*, Prov. 30, 20.

מָגִיר, מָגִירָא *cohabitator*, *vicinus*, *habitans juxta aliquem*. Sic respondet hebr. שכן, ut מגיר וקריבה vicinus et proximus ejus, Jer. 6, 21. Cum aff. פלן מָגָרָן iste vicinus noster. Plur. emph. על כל מָגָרַיָּא בישא contra omnes vicinos malos, Jer. 12, 14., ubi Regia perperam habent מְגִירַיָּא, quae forma in hac derivatione aliena est. Cum aff. ולכל מְגִירוֹהִי et ad omnes vicinos ejus, Deut. 1, 7., ubi Regia מְגִירוֹהִי quasi a נגר, sed huc pertinet. Ap. Ros. משל הדיוט proverbium vulgare: לא כמא דאמרת אמך אלא כמא דאמרין מגרייא non quemadmodum dicit mater tua, sed quemadmodum dicunt vicini tui, in MT. Ps. 48 vel, ut in Jalkut legitur, לא כשאת אמרת כו' non quemadmodum tu dicis etc. Significat, laudem vel propriam, vel ab amicis parentibusve profectam sordere et inanem esse. Eam autem veram esse, quae a vicinis et ex-

traneis proficiscitur. Salom. Prov. 27, 2. Laudet te alienas, non os tuum: extraneus, non tua labia. Vide et Kimchium Ps. 48. Fem. אילו ידעת ראמרן מְגִירָתָךְ si scires, quidnam vicinae tuae dicant de filia tua, Ned. 21b.

מְגוּרָה *granarium, horreum:* מי שהיו פירותיו במגורה cujus fructus sunt in horreo: Item *receptaculum:* מגורת מים receptaculum aquarum, aquarium, in Bb. c. 4 in Misna: Plur. מגורות של חיבה cellulae, receptacula arcae, gl. אוצרות loca occulta, heimlich gehalten, germ. Kel. c. 19. האגוזים משיעשו מגורה nuces (decimantur scilicet), ex quo faciunt habitaculum, in Maasr. c. 1 h. e. ex quo incipit cortex exterior ab ipsa nuce cum interiori cortice separari, ita ut nux in exteriori cortice, veluti in habitaculo vel conclavi sit collocata.

Tertio, גּוּרְיָא גּוּר *catulus*, ut hebr. לגור בר אריה catulo filio leonum, Gen. 49, 9. Fem. גּוּרְיָתָא catula femina, de cane femina. Ap. Tos. נבח בך כלבא עול si te allatrat canis masculus, ingredere; si femella, exi. Proverbialiter dictum, in Erub. 86a. דמיטללא בגורייתא קיסנייתא qui ludit cum catulis parvis, teneris, Ket. 61b. In Vr. s. 19. Posteaquam occidisset Nebucadnezar Jehojakimum, regem constituit Jechonjam filium ipsius in ejus locum. Et cum descendisset in Babyloniam, egressi sunt Babylonii ad gratulandum ei, dicentes, quid expedivisti? Dixit, Jehojakim rebellavit contra me, proinde interfeci eum, et in locum ipsius suffeci Jechonjam filium ejus. Dixerunt ei: מחלא אמר גור טוב מכלב ביש לא חרבי גור ביש מכלב ביש על אחת כמה וכמה proverbium dicit, catulum bonum ex cane malo nunquam educato, multo minus catulum malum ex cane malo. Simile illi, מכלבא בישא גורא טבא לא נפיק ex cane malo catulus bonus non nascitur, in Seder olam c. 25.

גּוּשׁ גּוּשָׁא *strigmentum, ramentum, pulvis, gleba, massa instar glebae:* גוש עפר ramentum pulveris, Job. 7, 5 in hebr. גוש של זתים massa olearum contusarum, Tahor. c. 3. גוש מארץ טהורה gleba terrae mundae, ibid. c. 5. גזר אגושא decretus ad pulverem, i. e. condemnatus ad ignem, ut comburatur in pulverem, Sab. 15b. Sic ibidem dicunt, גזר אאוירא adjudicatus aëri, hoc est suspendio. Pl. עשאן גושין גושין redegit nos in glebas, pulverem.

גוש חלב nom. propr. regionis: חקרא דגוש חלב Akra Gusch-chalabh, Erchin c. ult. in Misna.

הִתְגּוֹשֵׁשׁ *luctari in pulvere*, juxta illud Virgilii, „fulva luctantur arena“: אחליטים היו עומדים ומתגוששים לפני המלך athletae stabant et luctabantur coram rege, Br. s. 22. עומד ומתגושש עם בנו stabat et luctabatur cum filio ejus, ibid. s. 77. נתגוששת עם העליונין ויכולת luctatus cum superis et praevaluisti illis, Br. s. 78.

גּוּ גּוֹ *avis nomen*, in Chol. 42a, ubi scribitur per Samech in fine, sed in comment. notatur, per ז scribendum, quomodo et in quadam precatione usurpatum legitur. Autor Ar. *noctuam*, alii *falconem* explicant.

גָּוָא *apis, vespa, aut alia species ex apum genere, quae mel facit.* Pl. דבש דגָוָין וצרעין mel vesparum et crabronum, Bech. 7b, ubi praecedit דבש דבורים mel apum. Glossator illic notat esse speciem locustae. Unde alibi legitur: הצד חגבי הגוין צירעין ויתושין בשבת חייב qui venatur locustas, vestas, crabrones aut muscas in sabbatho, reus est, Sab. 106b.

גַּר גָּוָא *avis immundae nomen*, Lev. 11, 13 et Deut. 14, 12 in Tg. Jon. Respondet hebr. עזניה haliaeetus.

גָּוָא גָּוַא *abstrahere se, abripere vel proripere se ab aliquo, aufugere:* unde et Syris est *deficere ab aliquo.* Item *amputare, abscindere, dolare*, quomodo cum גזז convenit: Praet. וּגְוַי לה et fugit ab ea, gl. ברח מפניה. Infin. לְגָוָיֵי לה ad aufugiendum propter eam, ut proriperet se ab illa, Pes. 111b. לְחַגָּוֵי דקלא ad amputandum dactyli, i. e. ramum dactyli, Bb. 36a. למגוא ליה אסא abscindere ei (sponsae) myrtum, לסיגוא ליה גלימא potest abscindere pro eo (sc. mortuo) involucrum (sc. in sabbatho), Sab. 150b. B. Ar. hoc citat in גד quarto cum Daleth, לסיגד. In Targ. part. מְגַוֵּי dolat, Jes. 44, 13.

Secundo *retribuere, compensare:* לְמִגְוֵי טבא טבותיה ad retribuendum bonum bonitati ejus: לְמִגְוֵי בישא בישתיה ad rependendum malum malitiae ejus, Ar. ex libro Pesikta. Significatio haec est ex lingua arabica, in qua verbum hoc sic significat.

גָּוָא[35] *gaza, thesaurus:* בית גוא vel בי גוא *domus thesauri, gazophylacium*, ap. Tos. frequentissimum: עולו לבי גוא ושקולו כל מאי דבעיתו ingredimini in gazophylacium et accipite quicquid vultis, Meila 17. בי גזי דרחמנא gazophylacium dei misericordis, Ned. 50a in R. Nissim.

גוה vide supra in גח, in גווא.

גָּוִית *caesio*, hebr. et *dicitur de lapidibus magnis et quadratis, caesis et politis ad aedificium.* Inde, לשכת הגויה aula ex caesis lapidibus exstructa, in qua habitabant judices Sanhedrin sive consistorii magni: לשכת הגויה בה היתה סנהדרין גדולה של ישראל יושבת conclavi lapidis caesi sedebat synedrium magnum Israëlis, T. Midd. c. 5. חכמי גויה sapientes gasith, i. e. judices Sanhedrin, quorum domus erat ex lapidibus caesis, i. e. splendida, augusta, magnifica: לשכת הגויה חציה בקודש וחציה בחול ושמע מינה שני פתחים היו לה אחד פתוח בקודש ואחד פתוח בחול conclavis ex lapidibus caesis pars media erat in loco sancto, et media in prophano: unde quoque disces, duas habuisse portas, unam apertam in loco sancto, alteram in loco prophano, Jom. 25.

גַּוְיָתָא *anfractus, angusti vel obliqui recessus:* לאפוקי גוייתא et ad excipiendos anfractus, Pes. 19b. Gl. מבואות קטנים aditus, ingressus parvi, qui erant ad viam ascensus et descensus, et quandoque descendebant per illos aditus, quandoque ascendebant. Autor Ar. exponit שבילים עמוקים semitas obliquas, quae neque recta tendunt ad ascensum, neque ad descensum: דאיכא גוייתא quia sunt anfractus, angusti recessus,

[35]) Syr. ܓܘܐ, ܓܘ̈ܐ, contr. ex ,ܓܘܘܐ, chald. גנוא de verbo גנז, pers. گنج *abscondere.*

anguli per quos locus datur fugiendi vel se abscondendi, Bm. 99a. Ar. דרך עקלתון. Vide et Pes. 113a.

מגוזיא *falx putatoria*, vel *forfex, qua aliquid praeciditur vel detondetur.* In TH. Sab. c. 6. וחניתותיהם למזמרות „et hastas suas (convertent) in falces putatorias", Jes. 2, 4. h. e. למיגזין, gl. כלי שגוזזין בו צמר instrumentum quo tondent lanam. Sic posset etiam ad גזה referri.

גזב גְּזִיב. Sic adducitur in Aruch. In Gem. scribitur כזיב, Schebiit 40a. Estque *proprium nomen loci.*

גִּזְבָּרָא [36] *quaestor, praefectus aerario*, Esr. 1, 8. Esth. 10, 3. Pl. emph. גִּזְבָּרַיָּא quaestores, Esr. 7, 21. In T. Schek. c. 5 sumitur pro *thesaurariis ecclesiasticis, qui pecuniis publicis ecclesiae praefecti sunt*, אין פוחתין משלשה גזברין non sunt pauciores quam tres thesaurarii. Vide ibi Bartenoram et Rambam.

גזז גָּזַז *tondere, succidere, excidere, abscindere, discindere, divellere.* Part. הרי גוזז נבל יתּ ענה ecce tondebat Nabal oves suas, IS. 25, 4. Pl. גָּזְזִין *tondentes, tonsores*, IIS. 13, 23. Cum aff. לְגָזָזַי tonsoribus meis, IS. 25, 11. גָּזָזָהּ שחקא quae coram tonsoribus suis obmutescit, Jes. 53, 7. Part. pehil דְּגָזִיז טן גבאי quae incisa est a locustis, Ps. 72, 6. Pl. בעדן דהוו גָּזִזִין tempore, quo tondebantur, Cant. 4, 2. Infin. למיגז יתּ ענה בְּמֵגַּז cum tonderet oves suas, IS. 25, 2. ad tondendum, Gen. 31, 19. Fut. ולא תֵגוז בכרא דענך non tondebis primogenitum ovium tuarum, Deut. 15, 19. Ithpeh. praet. בתר דְּאִתְגְּזוּת שחתא דמלכא posteaquam detonsa esset herba regis, Am. 7, 1.

Ap. Tos.: וכן להו מאני גוזי דפחרא vendidit ipsis vasa fracta figulina, gl. סדוקין *fissa*. In Ar. legitur נסיסי, vide נסס. Item אייתי לי מספרא ואגויך adfer mihi forcipem et radam te, tondebo te, Sanh. 96a. כל העומד לגזז כגוז דמי quicquid stat ad abscindendum pro abscisso habetur, Ketub. 51a, h. e. quicquid in procinctu est ut abscindatur, pro abscisso habetur: Sic alibi dicitur: uvae, quae stant ad praecidendum, i. e. quae jam-jam praecidendae sunt, habentur pro abscissis, juxta quosdam. Sic apud Latinos cingendus pro cincto haberi dicitur. B. Ar. legit לגדוד, in גד quarto. Vide et supra in גוז.

גָּזְזִין *tonsores*, in Jon. quod alias dicitur גָּזְזָן, ut antea positum. Et secundum aliam significationem, בגזין דתכלא cum involucris hyacinthinis, Ez. 27, 24. pro hebraeo גלומי, quod significat *vestes, pallia*, quae complicantur et involvuntur. Kimchi exponit *gazas, thesauros ex hyacintho*, juxta significationem vocis גוא, quae supra posita. B. Ar. legit גודיזן דתכלתא.

גִּזּוּז *rasio, detonsio*, Jes. 3, 24 et 22, 12.

גויא *pugnus* vel *teli quoddam genus:* גברא דרחיצנה עליה אדייה לגויזיה וקם vir, in quo confidebam, elevavit pugnum suum, et surrexit contra me, Sanh. 7a. Gl. הרים אגרופו. Sic quoque in Kama 5a. Ar. explicat כלי זין.

גְּזִיזִין *frusta, fragmenta, segmenta:* גזיזי דברדא frusta grandinis, Ber. 59a. גזיז דפחרא frusta figuli, Jom. 786.

גֵּז *faenisecium, secunda faeni sectio.*

גֵּיזָא, גִּזְזָא *vellus.* constr. גִּזַּת ענך וריש primitias velleris ovium tuarum, Deut. 18, 4. Emphat. וּמְגִזְזָתָא דאמרי et de vellere ovium mearum, Job. 31, 20. גִּזְזָא דעמרא vellus lanae, Jud. 6, 37. Sic forte legendum על גִּזֵּי מלחא super vellere melotae, Esth. 1, 3. pro גנוי.

גזוזטרא [37] *tabula, tabulatum, trabs major e muro in publicum prominens*, Erub. 78b. idem quod גזרה heb. Aedificium extrinsecus adjectum muro, de quo Ez. 41. Pl. גְּזוּזְטָרוֹת vel גְּזוּזְטָרָאוֹת. Hinc vult R. Sal. גזריות in Ohol. c. 8. idem esse, quod גזטראות. Interdum scribitur cum Caph ab initio, interdum cum ס vel ץ in medio. Interdum est mensura extensi utriusque brachii, eine Klafter; ויתן וגוזטראות tigna et trabes majores, Bb. c. 3. in Misna. In Ar. parvo redditur germ. Umgang.

גזל *rapere, abripere, diripere, vi surripere*, ut hebr. Praeter. ויתיב גזילא די גָּזַל et restituet rapinam, quam rapuit, Lev. 5, 23. גזלא גזל rapinam rapuit, Ez. 18, 12. Pl. וגזלו גָּזְלָא et rapuerunt rapinam, Ez. 22, 29. Part. דְּגָזֵל לאבוי qui diripit patrem suum, Prov. 28, 24. Alias hebraeum גזל per אנס transferri solet.

גְּזֵלָה, גְּזֵילָא *rapina raptum* Lev. 5, 23. Pl. וּגְזֵלָתָא et rapinae, Eccl. 5, 7.

גְּזִילוּת *idem*, Cant. 6, 5.

גּוֹזֶל *idem*. Pl. חומסין גוזלין violentiis et rapinis, Gen. 6, 11. in TaH.

גְּזַלְנוּת *idem*, Talm.

גַּזְלָן *raptor, praedo.* Pl. גַּזְלָנִין, apud Ros. frequens. In Br. s. 54. גזלן איהו quisnam est גזלן? Bar Kappara dixit, זה שהוא גוזל בפרהסיא is, qui publice rapinam exercet, etc.

גּוֹזָלָא *pullus avium.* Pl. cum aff. על גוזָלוי super pullos suos, Deuter. 32, 11. in TgH. די כשרין נחליה quod legitimi sint pulli ejus, Ps. 84, 4. Ap. Tos. דאכל הרבה גוזלות בקיטה סעודה qui comedebat multos pullos columbinos loco confectorum prandii, Sanh. 94, 2.

גום *minari, comminari:* Partic. גָּיֵם בשפוחיה minans labiis suis, Prov. 16, 30. Fut. cum aff. באליטוּם איךְ תְּגוּמְנָנִי in fortitudine manus tuae comminaris mihi, Job. 30, 21. pro hebr. תשטמני odio prosequeris me. Sic ap. Tos., אניש דגוים ולא עביד homo, qui minatur et nihil facit, Scheb. 46a. Rabbini nonnisi in Pihel eo utuntur.

גָּזְמָא *minax, comminator, ultor, ultionem minans vel tentans:* לבטלא בעל דבבא וגוזמא ut cessare facias inimicum et comminatorem, Ps. 8, v. 3. Veneta legunt גְּזוּמָא. Hebr. מחנקם ultor, ulciscens.

גְּזוּם *comminatio:* Hinc scribit R. D. Kimchi

---

[36]) Pers. گنجور vel گنجوار arab. خزندار *praefectus gazae* d. q. paulo antea.

[37]) Fieri potest, addit A. n. in spicilegio hujus operis, ut haec vox sit ex gr. ξύστα, ξυστρα, de quo vide exica graeca.

Ps. 60, 10. ad haec verba, עלי פלשת התרועעי „super me Peleseheth jubila"; דרך גיזום או דרך לעג h. e., dicit hoc per modum comminationis aut sarcasmi: דרך גזום per comminationem, sicut illic, „letare juvenis in adolescentia tua", Eccl. 11, 9. subintellige; et videbis, experieris, quid eventurum sit tibi tandem: או דרך לעג כיון שהכניעם aut per sarcasmum; postquam videlicet depresserat eos. Hinc, ni fallor, scripserunt alii גְּזוּם etiam significare *sarcasmum, ironiam*, quasi nempe apud Kimchium דרך גזום et דרך לעג essent synonima. Sed mens Kimchii est, verba illa dupliciter posse sumi, vel per comminationem, q. d. jubila superme, et videbis, quidnam facturus sim tibi: vel ironice jubilare jubens eum, qui extreme depressus et afflictus erat.

גְּזוּמָא *res insolens, stupenda aut mirabilis: hyperbole, hyperbolica locutio*, quam vocant שפת יתר *locutionem abundantem* sive *excedentem:* דרך גזמא per modum hyperboles, hyperbolice. Elias vult graecum esse, in voce הַבָּא. Plura exempla vide in Aruch. Videatur etiam Maim. in More lib. 2, c. 47, ubi de hyperbolis Prophetarum agit.

הַגְזִים *hyperbolice vel ironice loqui:* להפלגת הענין ולהגזים בו exaggerare rem et hyperbolice eam describere.

II. Est *praecidere, amputare ramos in arboribus,*[38] in As. 50. Et inde nomen

גְּזוּם *amputatio, locus, ubi ramus est abscissus.* Ibid. סכין שמן לגזום ungunt oleum in locum amputationis.

גֶּזַע גזע *truncus arboris, pars ea, quae est supra terram;* quae infra vocatur שרש radix: העולה מן הגזע שלו quod provenit ex trunco, est ipsius, Bb. c. 5. in Misna.

גזף *indignari, irasci:* דכי מגזף בעלמא eo quod iratus est mundo. Citat Ar. ex Gemara As. 55a. Sed ibi nunc aliter legitur.

גזר[39] Primo *secare, scindere, abscindere, exscindere: praecidere, amputare:* כסוסיא דגזר בקרבא sicut equus exscindens in bello, i. e., in conflictu discurrens, et scissuram aciei faciens, Jer. 8, 6. B. Ar. in גז quarto legit גזר a נז transire. Fut. תְּגְזְרוּן כרמיכן putabitis vites vestras, Lev. 25, 3. in Jon. Ithpehal, אִתְגְּזָרַת אבן excisus est lapis, Dan. 2, 45. Et cum ה ab initio, more hebraico, ibid. v. 34. אתגזרית מן עלמא excisus sum e mundo, Thren. 3, 54. Fut. יִתְגְּזִר ממשכניה Exscindatur ex habitaculo ejus fiducia ejus, hebr. ינחק Job. 18, 14.

Secundo, *circumcidere:* גזר יהושע כל עמא circumcidit Josua omnem populum, Jos. 5, 4. לא גזרו יתהון non circumciderunt eos, ibid. v. 7. Part. Pehil, ארי גְּזִירִין הוו quia circumcise fuerunt, v. 5. Imperat. גְּזַר יתי בני ישראל circumcide filios Israel, v. 2. Fut. וְתִגְזַר יתיה et circumcidet eum, Exod. 12, 44. Inf. cum Fut. תִּגְזַר יִגְזַר יליד ביתך circumcidendo circumcidetur natus domi tuae, Gen. 17, 13. לְמִגְזַר לכון כל דכורא ut circumcidatur vobis omnis masculus, Gen. 34, 15. vide et ver. 17.

Ap. Tos. proverbiale est: שכם נסיב ומבנאי גזר Sichem duxit (Dinam) et Mifgaeus fuit circumcisus, i. e. multatus, Macc. 11a. Sic „quando delirant reges, saepe plectuntur Achivi". Simile vide in נגר et שלם. Pro גזר Br. sectione 8. et inde in Ar., legitur קטע, quod idem, et pro מבנאי legitur in Br. מגבאי.

גּוֹזֵר *circumcisor, qui circumcidit infantem:* שאילית את רבי יהודה הגוזר interrogavi Rabbi Jehudam circumcisorem, Sab. 130b. Glossa, מוהל.

Tertio est metaphorice *decidere, decernere, praecise aliquid statuere, ordinare, definire.* Futur. וְתִגְזַר מימרא et decernes verbum, Jobi 22, 28. Imper. גְּזַר תעני decernite jejunium, Joël. 1, 14. Ithpehal, וכד אִתְגְּזַר קדם יהוה et quando decernitur coram domino, Eccl. 8, 4. אִתְגְּזָרוּ מן שמיא decretae sunt e coelis, Ruth. 1, 1. אכדין יתגזר מן שמיא quomodo decernatur e coelis, Ruth. 3, 18. Hoc sensu ap. Ros. est frequentissimum.

Quarto est *pangere, inire foedus*, ut כרת hebraice, cum nomine foederis junctum: Praeterit. גְּזַר יי עם אברם קים pepigit dominus cum Abrahamo foedus, Gen. 15, 18. גזר עמך pepigit tecum, Deut. 29, 12. די גזרו קימי qui pepigerunt foedus meum, Ps. 50, 5. וגזרתון קים קדמי et pepegistis foedus coram me, Jer. 34, 15. Part. אנא גָּזַר יתְ קימא ego pango foedus, Deut. 29, 14. גָּזְרִין קים pangunt foedus, Hos. 10, 4. Imperat. גְּזַר לנא קים pange nobiscum foedus, 1. S. 11, 1. Pl. גְּזְרוּ לנא קים pangite nobiscum pactum, Jos. 9, 6. Fut. בהדא אֶגְזַר לכון in hoc pangam vobiscum foedus, 1.S. 11, 2. דיגזור קים עמך ut pangat foedus tecum, Job. 40, 23. לא תגזר להון ולטעוההון קים non panges cum ipsis et cum idolis ipsorum foedus, Ex. 23, 32. נגזר קים pangamus foedus, Gen. 31, 44. ויגזרון עמך קים et pangent tecum foedus, 2.S. 3, 21.

Quinto est apud grammaticos, *derivare:* ut apud Aben Esram, הגוזרים אותו מהשליך qui derivant eam a verbo השליך Jes. 6, 13.

גְּזַר *decretum, sententia:* גזר דין decretum judicii, sententia judicialis.

גְּזֵרְתָא גְּזִירָה *pactum, decretum, statutum, constitutio, sententia:* והוה לגזירא et fuit in statutum, Jud. 11, 39. Constr. בְּגְזֵרַת עיר ex decreto vigilum, Dan. 4, 14. גזרת שנא statutum uniuscujusque anni, 1.R. 10, 26. בגזרת מימר מלכא ad decretum verbi regis, Esth. 1, 13. Emph. בתר דתתחתם גְּזֵרְתָא posteaquam obsignatum est decretum, Jes. 8, 21. Pl. עבדו גְּזִירָן דלא תקנן fecerunt decreta, quae non sunt recta, Ez. 20, 25. Constr. בְּגְזֵירַת אבהתכון in decretis patrum vestrorum, ibid. v. 18. Cum Aff. דקשין גְּזֵירָתהון quorum decreta dura sunt, Cant. 1, 7. Et forma masculina, ויתכתב בְּגְזִירִין דפרסאי et scribatur inter decreta Persarum, Esth. 1, 19. Ap. Ros. et Tos. saepe sumitur synecdochice pro *decreto persecutionis, persecutione.* Unde

---

[38]) I. q. arab جذم, quod et per ز, جزم, legitur *secuit, resecuit, amputavit.*

[39]) Hebr. גזר syr. ܓܙܪ et arab. جزر.

שמר et גזרה frequenter pro synonimis ponuntur. Vide שמר. Deinde est *circumcisio*, Ex. 4, 26. 27 in Jon. *abscissio:* גזרת Abscissionem circumcisionis, h. e. abscissam particulam praeputii, Ex. 4, 26 in Jon. Item *propositio logica*, More in praef. Praeterea usurpant Hebraei etiam de *ordinatione, praedestinatione, fato, decreto divino, quod homini aut rebus humanis tamquam inevitabile impositum est:* item de *influentia ex astris indeclinabili*. Legitur etiam ap. Ros.: גזרה מקל וחמר constitutio a levi ad grave, i. e. argumentum, argumentatio a minori ad majus: גזרה שוה constitutio par vel aequalis, h. e. argumentum a pari. Unus est ex tredecim modis explicandae legis. Ex. gr. De Israelitis dicitur „ne inducite calvitium inter oculos vestros propter mortuum", Deut. 14, 1. De sacerdotibus: „ne calvitium capiti inducunto", Lev. 21, 5. Per modum a paribus haec duo loca explicantur: hic de toto capite: ergo et ille de toto capite intelligitur, Bb. 36a.

גְּזֵרְתָא *circumcisio:* אדם נחרתא הדין sanguis circumcisionis istius, Ex. 4, v. 26. 27 in Jon. Cum aff. מן כיב גְּזֵרְתְּהוֹן ex dolore circumcisionis ipsorum, Gen. 34, 25 in Jon.

גְּזָרִים *segmenta, sectiones:* metaphorice *syllabae, quasi vocis segmenta*, apud Grammaticos hebraeos.

גְּזָרִין *partes a toto dissectae:* לחרין גזרין in duas partes 1.R. 3, 26. Hinc dicitur de grege minuto et exiguo, i. e. de parte quadam gregis universi, ejus quasi segmento: כחרין גזרי עזין sicut duo minuti greges caprarum, 1.R. 20, 27.

גְּזָרָא *securis a secando dicta:* בגיזרא דפרזלא securi ferrea, in Bk. 81b. Metaphorice eo intelligitur *decretum durissimum et severissimum, quale est* נדוי *excommunicationis species*. Pl. מפציעין את מוחו בגזרין contundunt cerebrum ejus securibus, Sanh. 81b.

גְּזָרָה *sectio:* In Sab. 54b. Asinus non egredietur (in sabbatho) cum loro, דעבדי לה לגזרא quod faciunt ei ad sectionem. Sensus est: quando asinus in incessu pedes collidit atque se laedit, loro cingunt pedes ejus, ubi se invicem collidunt, et quasi secant vel scindunt. Grammaticis sic dicitur *ordo ac classis quaeque verborum:* ut, גזרת שלמים classis perfectorum: גזרת נחות classis quiescentium. Usurpant etiam, *quando derivationem alicujus vocis ostendere volunt:* מגזרת ex sectione istius vel istius vocabuli, aut loci, i. e. ab ista voce vel ex isto loco derivatur. Pl. גְּזֵרִיוֹת, vide supra in גז.

גְּזָרִין *frusta, segmenta ligni, ligna fissa,* Scheiterholz: לא פחות משני גזרי עצים non dabit minus, quam duo frusta ligni, Schek. c. 6. Jom. c. 2. In Tam. c. 2. explicantur in glossa, עצים ארוכים ligna oblonga. B. Ar., חתיכות העצים. In Seb. 82. גזירים שעשה משה ligna fissa, quae fecit Moses (ad conservandum ignem sacrum) longitudo eorum erat cubitus, latitudo cubitus, etc.

גָּזְרִין *haruspices*, quasi *sectores dicti, quia exsecabant victimas, ut ex partibus possent futura praedicere*, Dan. 2, 27. וְגָזְרַיָּא et haruspices, Dan. 4, 4.

גְּזִירוֹת *impressiones meteoricae*, ut est generatio nivis, grandinis, pluviae et similium, Guido.

גְּזְרוֹן *stellae nomen, quae exit per sextam fenestram firmamenti*, Guido ex zohare col. 305.

גְּזַרְיָא *angeli nomen ad orientalem partem praefecti*, Guido ex zoh. col. 353.

מְגוֹרָא *serra*, juxta Hebraeos: Aliis *securis:*[40] Pl. וּבְמַגְזְרֵי ברזלא et serris vel securibus ferreis, 2 S. 12, 31.

גְּזִירְפְּטִין *exactores*, Rothbringer reddit Christianus Gerson germanice: אי בטלי דייני בטלי גזירפטי si cessant judices, cessant quoque exactores, Sanh. 98a. glos.: גזירפטי sunt judices populorum mundi, qui percutiunt Israelitas baculis. Idem legitur in Sab. 139a. לא קימי מינן לא רישי נהרי ולא גזירפתי non constituunt e nobis neque principes fluminum (h. e. publicanos מוכסין, ut in glos. explicantur) neque; exactores vel lictores, Taan. 20a. Gl., סרדיוטין lictores, carnifices, justitiae executores. In Ar. citatur haec vox גאוי דפאטי[41] in גז septimo: sed nec in veneto nec basiliensi Talmud ita legitur.

גָּחָה נחה *inclinare:* כותל הגוחה לרשות הרבים paries inclinans in publicum, h. e. plateam communem, Mk. 7a. נחות על המוכה inclinantes super altare, Suc. 45a. נחט vide supra in נחט.

כד גָּחַךְ[42] *ridere, irridere, deridere, illudere:* סכלא quando ridet stultus, Prov. 10, 23. וְגָחַכְא ביומא אחרייתא et ridet in die novissimo, Prov. 31, 25. Infin. cum pract. גחכת מְגַחֵךְ ridendo risi vel ludendo lusi, Prov. 26, 19. למגחוך בי ad illudendum mihi, Gen. 39, 17. Fut. בחברכון אֶגְחַךְ in contritione vestra ridebo, Prov. 1, 26. דיתיב כשמיא יגחך qui sedet in coelis ridebit, Ps. 2, 4. יי יגחך עלוי dominus irridebit illum, Ps. 37, 13. אנחך אמטולהון ridebo propter eos, Job. 29, 24. תגחך להון irridebis eos, Ps. 59, 9. ואמטולחיה יִגְחכון et propter eum ridebunt, i. e., eum deridebunt, Ps. 52, 8. Ex Pahel part. ועתה מְגַחֲכִין עלי זעוקין et nunc derident me parvuli, Job. 30, 1.

גּוּחָכָא *risus, derisio, irrisio:* אף בגוחכא נכאב לבא etiam in risu dolet cor, Pro. 14, 13. חולעבא וגוחכא sanna et irrisio, Ps. 79, 4.

גִּיחוּךְ *idem:* טביא לידי גיחוך exponit risui.

גָּחֲכָן *irrisor, illusor:* אלהכון גחכן הוא deus vester illusor est, Sanh. 39, 1.

גחל גחילנא. Sic citat Ar. ex. Chol. 63, 2 sed ibi legitur כוחילנא. Sumitur pro *ave quadam, de qua dubitatur, utrum munda sit, an immunda.*

---

[40]) Omnino instrumentum, quo aliqua res *secatur* et *scinditur*.

[41]) Rectius transpositis literis גאוי דאפטי legeres, ut sit גאי, quod, ut habet B. Ar., *eunuchum* denotat et אפטי, quod gr. est ὑπατεία *consulatus*. Cf. an. nost. supra p. 42.

[42]) Legitur et sine נ, חך heb. צ-חק et ש-חק, syr. ܫܚܩ et arab. ضحك.

נָחַן[43] *inclinare, incurvare se, procidere, procumbere, pronum abjicere se:* Praet. וַיִּנְחַן גִּבְרָא et incurvavit se vir ille, Gen. 24, 26 in Jon. וּנְחִין לְאַרְעָא et pronus procubuit in terram, 1.R. 28, 42. וּסְגִידִית et incurvavi me et adoravi Gen. 24, v. 48. גְּהַנּוּ וְסָגִידוּ prociderunt et adorarunt, Ex. 12, 27, pro גְּחָנוּ, sic Gen. 43, 27. in Jon. הנון גְּחָנוּ ונפלו ipsi incurvant se et cadunt, Ps. 20, 4. Part. לָא הֲוָה נָחֵן non incurvabat se ad imaginem, Esth. 3, 2. Pl. נָהֲנִין לְאַנְדַּרְטָא prosternebant se ad imaginem, ibidem. גָּהֲנָן לִי incurvabant se mihi, Gen. 37, 9. ונחנין et incurvabant se, Gen. 33, 6. Jon. Infinit. לְמִנְחַן לָךְ ad incurvandum tibi, Gen. 37, v. 10 in Jon. Fut. נסגוד וְנִנְחַן adorabimus et incurvabimus nos, Ps. 95, 6. Pahel נַחֵן *idem:* Fut. קדמוהי יְנַחֲנוּן coram eo procumbent, Ps. 22, 30. וינחנון קומך et prosternent se coram te, Gen. 27, 29 in Jon. Part. מְנַחֲנִין קדמוי et procumbebant coram eo, scil. vitulo, Ex. 32, 19 in Jon. Sic verbis hebr. כרע et השתחוה respondet. Usus ejus est in proverbio quodam talmudico, quod vide in גוץ. Syr. dicitur אתגהן per ה, Mar. 1. 7.

נְחִיץ[44] נַחֵץ *polire, laevigare, ut linteum laevigari solet:* glätten. מְנוּחָץ *laevigatum.*

גִּיחוּץ *laevigatio,* Keth. 10b. Haec fit באבן וכוכית גיחוץ שלנו ככיבום שלהם lapide vitreo, sc. in linteis: laevigatio nostra est sicut candefactio ipsorum, Jev. 10b.

נָחֹר vel גִּיחוֹר גִּיחוֹר *rufus, rubicundus:* ראה את הכושי ואת הגיחור[45] ואת הלוקן somnians se videre Aethiopem et rubrum et impense album, dicet: benedictus sit, qui variavit creaturas, Ber. 58, 2 gl., אדום הרבה rufus valde. Alibi, הכושי והגיחור Aethiops-niger et candidus, Bech. 45b., ubi in Gem. גיחור primo quidem חיוורא exponitur, sed postea mox סומקא. Iterum, ולא צחור ולא גיחור neque candidum neque rufum, Ber. 31b. gl. גיחור h. e. qui nimis candidus est.

גְּחִירִים vide supra in גהר.

גט *generale nomen est literarum contractus et instrumentorum, ut vocantur:* ut, גט חוב literae debiti vel crediti: Bk. 95a. Per synecdochen speciei sic communiter vocatur *libellus repudii, literae divortii,* ein Scheidebrief: הזורק גט לאשתו qui projicit, i. e. porrigit, dat libellum repudii uxori suae, Gitt. 8 in Misna. Exemplar libelli divortii vide apud Majem. in הלכות גירושין c. 4. גט כשר libellus rectus, legitimus, פסול contra: גט קרח libellus repudii calvus, nempe, שקשריו מרובין מעדיו cujus ligamenta plura sunt, quam testes; qui calvus est in quibusdam ligamentis, nullis testibus subsignatus, Gittin c. 8 in Misna. Quid autem hoc sit, vide in Bartenora et Maim. Sic etiam dicitur גט מקושר libellus ligatus. Vide Bb. c. ult. וכתוב לה גט פטורין et scribet ipsi libellum dimissionum, Deut. 24, 1 i. e. literas divortii, quibus uxorem a se liberam dimittat, hebr. ספר כריתות libellum excidii, quo conjugale foedus rescindit et uxorem dimittit. Pro hoc scribitur Jes. 50, 1. אגרת פטורין, Jer. 3, 8. Pl. גיטין. De hoc integer tractatus est talmudicus, qui *Gittin* vocatur et de divortiis agit.

דגם, גטר vide in גטר.

גִּטָּשָׁא *sordities, sordes,* Lev. 1, 16 in Tg. H. heb. בגצחה.

גַּיָּא *vallis.* Pl. גָּאָיוֹת Ez. 31, 12. Sic ap. Tos. in Schev. c. 3. As. 54b. ubi sumitur pro *fossis aquarum,* ut et B. Ar. explicat. Porro hinc compositum est גי בן הנם vel גי הנם, Jos. 15, 8. Vallis Hinnom. ubi liberi in honorem Molech comburebantur. Inde גהנם Gehenna, pro loco inferni et aeternorum supplicorum. Vide supra in ordine גהן, et lexicon nostrum hebr., Drus. in Commentar. ad voces hebraicas Nov. Test.

גִּיגִית גִּיג *cupa, labrum, tina, dolium:* גיגית כדוקה cupa fissa, Sab. 157b. Vide et in Br. s. 33. Sab. 18a. et 109a. כלום כפיתה עלינו את ההר כגיגית an obtexisti nos monte tamquam cupa? In As. ab initio, כפה עליהם הר כגיגית operuit super eos montem tamquam cupam. Nempe cum daretur lex, evulsit deus montem Sinai, et elevavit eum in aërem, splendebatque instar speculi, unde populus dicitur stetisse *sub eo,* Ex. 19, 17. Vide illic Jonathanem, et Sab. 88a. super hunc locum, et Bes. Jacob f. 168b.

גִּיד[46] גִּידָא *nervus:* גידא דנשיא nervus femoris, Gen. 32, 32. Pl. ואתן עליכון גִּידִין et dabo vobis nervos, Ez. 37, 6. Ap. Tos. האפרסקין משיטילו גידים persica antequam gestent nervos, i. e. fibras instar nervorum, Maaser. c. 1. Deinde sumitur etiam pro *membro virili,* ut *nervus* apud Latinos: הקפת גיד ולא הקפת ביצים circumdatio nervi, sed non circumdatio ovorum, i. e. testiculorum, Sanh. 68. סירום הגיד castratio nervi, (non testiculorum), Kidd. 25a.

גִּיֵּד *enervare, nervos incidere et amputare.* Unde partic. praet. pass., מְגוּיָּד nervis succisus, Ohol. c. 1.

II. גִּידָא *absynthium.* Ponitur in Tg. pro hebr. לענה. In Ar. scribitur, Daleth esse dagessandum.[47]

---

[43]) Syrice per ה, ܢܚܬ scribitur convenitque heb. נהר.

[44]) Idem est quod chald. גהץ, d. q. supra.

[45]) Prosapia humana esse videtur, quae de formitate vultus *oculisque profundius in cavum demersis* (arab. جاحظ) nomen trahit. Falsa igitur significatio *rufus, rubicundus,* quam A. n. voci attribuit. Nam si haec vox per אדום vel סומקא, quod *rufum* est explicatur, id tantum descriptio hujusce humanae prosapiae est dicturque ei vultus esse rufus אדום vel סומקא, minime vero ipsi voci נחר haec inesse significatio docetur.

[46]) Syr. ܓܝܕܐ arab. جِيدٌ, جِيَادٌ *vinculum, lorum.*

[47]) Vocem quidem ad rad. גנר, cui, ut s. l. dicemus, notio inest *contrahendi* et *colligendi*, vertit, ut absynthium denotet, quod *contrahendis* intestinis mortem homini affert. Ea sola atque una ratione intelligere potes verba autoris Aruch, quae sunt: בשבת דף פו ויגד דברים שרם קשים בגיזין פירוש הדלה דגיש i. e. „In tractatu Sab. 86b. ad verba sacrae

ארתי נידא inebriavit me absynthio, Thren. 3, 15. ואחריתה סריירא היך נידא et novissimum ejus amarum est sicut absynthium, Prov. 5, 4. דהפכין דינא לנידא qui convertunt jus in absynthium, Amos 5, 7. Pl. אשקיו יתי גִידִין potarunt me absynthio, Thren. 3, 19. סרר כנידין amarum, ut absynthium, Jer. 9, 15. Hinc legitur ap. Tos.: דברים שקשים לאדם כנידין verba, quae dura sunt (i. e. amara) homini, ut absynthium, Sab. 86, 1. Dicitur de Mose post benedictiones legis poenas et maledictionem ejusdem neglectae proponente. Illae mel, hae absynthium Judaeis erant. Sic communiter exponunt. Quid si interpreteris „dura ut nervi“. Quid enim nervis fortius?

אַנְדָנָא *idem:* סריר כאגרנא דמותא amarum, ut absynthium mortiferum, Deut. 29, 18 in Jon.

III. גִידָא *coriandrum*, hebr. גד: ut, והוא כבר ורע גידא חור et erat (scil. manna) tamquam semen coriandri album, Ex. 16, 31. Ap. Tos., ad hunc locum: ולבן כטרגלית ענול כגידא rotundum sicut coriandrum, et album sicut margarita, Jom. 75a.

IV. גִידָא, גִידָא *ripa, littus.* V. supra in גור.

גִיהָא *maculosum ex albo et rubro*, Bech. 45b.

בַּר גִינָּא *nomen avis vetitae*, pro hebr. עזניה, Deut. 12, 14. in Jon.

גִיל, גִילָא, גִלָּא *stipula:* ויח גלא יבש et stipulam aridam persequeris, Job. 13, 25. Pl. לגבבא גִילֵי לתבנא ad colligendum stipulas pro stramine, Ex. 5, 12. לגלי אתחשיבו ליה pro stipulis reputati sunt, Job. 41, 19. 20.

II. גִיל *similitudo, similis, aequalis natura, conditio et status:* אשר כגילכם qui sunt secundum similitudinem vestram, Dan. 1, 10 i. e. ejusdem conditionis. Ap. Tos., בן גילו filius similitudinis ipsius, i. e. qui eadem hora, et sub eodem planeta natus est, Bm. 27b gl. בן מזלו. Forte est a גלל, quod significat *revolutionem coeli aequalem.*

III. גיל *malleus campanae:* דומה לפעמון זהב והגיל similis est tintinabulo aureo, cujus malleus est margarita, Vr. 27. In Jelamm. 60b. legitur per ו, והגול.

בְּגִין *propter*[48]: בגין לנסאיהון ובגין למבהתיהון ut tentaret et ut pudefaceret eos, Eccl. 3, 18. בגין חמשא דחסדין propter quinque sanctos, Gen. 18, 28. שבוק לה בגין רחמך remitte ei propter misericordiam tuam, v. 29. בגין זכות ארבעין propter justitiam quadraginta, ibid in Tg. Jon. בגין אנחתך propter uxorem tuam, Ex. 18, 6. in Jon. בגין דחברכנך נפשי ut benedicat tibi anima mea, Gen. 27, 4. Jon. בגין כך, בגין כן *propter sic* i. e. *propterea, quapropter, idcirco, igitur, ideo*, heb. על כן. Nam בגין idem quod על: ut, בגין כן אתח לנא עקתא הדא idcirco obvenit nobis angustia haec, Gen. 42, 21 in Jon. בגין כן אתמסר ביד מלכא ראשור idcirco traditus est in manum regis Assur, Eccl. 10, 9. בגין כן אמריית idcirco dixi, Job. 9, 22. בְּגִין דְּ vel בָּגִין דְּ *eo quod, eo ut, propterea quod* vel *ut:* בגין די אושיט ידיה eo quod extendit manum suam, Esth. 8, 7. ובגין כן חדי יתבה et idcirco sedebit, Thren. 1, 1. Cum aff. ואין לא תקבל יתי בְּגִינָי et si non recipias me propter me, Ex. 18, 6 in Jon. דפלחית יתך בְּגִינֵהוֹן propter quas tibi servivi, Gen. 30, 26 in Jon. ואוכח בגינהון מלכיא et redarguit ipsorum causa reges Ps. 105, 14.

גַּיְסָא, גַּיְסָא[49] *exercitus, turma, cohors.* Pl. cum aff. תשרך גַּיְסָהָא compescas cohortes ejus, Ps. 65, 11. Ap. Tos., המדינה משובשת בגיסות urbs conturbata exercitibus, Jeb. 122a. R. Sal. scribit, 185 millia ab angelo occisa, 2. R. 19, 35 fuisse omnes ראשי גיסות capita, duces exercituum. Hinc verbum

גַּיֵּס *exercitum, turmam colligere, congregare:* כמה גייסות מגייס חיילותיו congregabat cohortes suas: אני יכול לגייס quot cohortes ego possum congregare, Medr. Ruth. c. 1, v. 5.

גִּיס *affinis.* Elias vult cum pronomine tantum usurpari: גִּיסִי affinis meus, veluti sororis maritus, sororius, *levir.* Fem. גִּיסָה femina affinitate conjuncta, germ. Geſchwey, ut, fratria, fratris uxor, glos, mariti soror: גִּיסָתִי cognata mea. V. etiam supra in גום.

גיסא vide in גסס.

גִּיף *ripa, littus*, idem quod כיף: ut, על גיף נהרא ad ripam fluminis, Ex. 2, 3 in Jon. דעל גיף נחלי ארנון qui est ad littus fluvii Arnon, Deut. 4, 48 in Jon.

גַּיָּף vide supra in גיף.

גִּיץ Pl. גִּיצִין *fossae, foveae:* בגיצין דמחמרין in foveas lutosas, coenosas, Ps. 140, 11. Forte melius legeretur בְּגוּמְצִין.

גִּירָא *jaculum, sagitta:* ולא יקשית חמן גיר neque jaculabitur illic sagittam, 2. R. 19, 32. כגיר מחריף sicut sagitta acuta, Jer. 9, 8. על אתר גירא ad locum jaculi, 1. S. 20, 37. Cum aff. בית גִּירָךְ domum sagittae tuae, pharetram tuam, Gen. 27, 3 in Jon. Pl. ושלח מחתיה כְּגִירִין et misit plagas suas, ut sagittas, 2. S. 22, 15. Cum aff. די גִּירוֹהִי מחרפין cujus sagittae acutae sunt, Jes. 5, 28. Vide praeterea in גרר. Ap. Tos. שדי גירי jaculabatur sagittas, Ned. 76b.

Deinde גירא גיר[50] *calx, tectorium ex calce:* על גירא in calce, vel, super calcem, i. e. in tectorio ex

---

Scripturae ויגר docetur; dicit verba, quae dura sunt absynthii instar“: explicatio est (h. e. quem locum talmudicum recte si intelligere vis) legenda tibi est vox גרין per dagessato ד. Explicare enim vult, quomodo vocem ויגר, cujus rad. גר est, vertere possint Talmudici ad vocem גידין? Hinc גִּדִּין per dagessatum ד legendum esse dicit dages in ד literam ג radicis גר ut suppleat, quomodo dages in voce וַיַּגֶּד literam ג radicis transpositis literis גר supplet.

[48]) Proprie *ad modum, instar* ex ב praep. et גן, quod *colorem, speciem* et *modum* denotat. Conservato ד vocem chald. invenimus בגין, ubi loco ב praep. כ est, item syr. vocem ܟܝܢ praepositis ב et ד.

[49]) Ar. جيش syr. ܓܝܣ q. i.

[50]) Arab. جير et جيس *calx viva* a rad. جار *aestuavit*, ut putat Schultens (Clav. dialect p. 342), quia calx, dum igne coquitur et aqua extinguitur, summopere aestuare solet.

calce, Dan. 5, 5. כאבני גיר sicut lapides calcis, Jes. 27, 9. וסדין כגירא בביתא et obduxerunt eis quasi calce parietes domus, Amos 2, 1. R. Sal. scribit in Bez. 15a. גיר מין קרקע המשחיר h. e. גיר est species terrae denigrantis.

גֵּירָאָה[51] *sagittarius, conficiens sagittas.* Exstat in proverbio vulgato: גיראה בגיריה מקטיל סדויל ידיה משחלם sagittarius sagitta sua occiditur, quae opera manu ipsius perfecta fuit, Pes. 28a. Dicitur in eos, quibus proprium opus, artes consilia, exitio sunt. Simile vide in חרד in voce חרדלא et in סדן.

Tertio, גירי דרוביא in Sab. 109b. sumitur pro *foliis vel frondibus vitium*, vel juxta alios, pro *semine lini*, ut notatur in Aruch.

גֵּת *grex, pecus, possessio:* גיתי ענא וניתי חורי greges ovium et greges boum, Gen. 26, 14. מרי גִּתִּין domini gregum, i. e. pecuarii, Amos 1, 1. Sic, מרי גיתי הוו pecuarii fuerunt, Gen. 46, 34. Cum aff. והוה גֵּיתֵיהּ et fuit pecus ejus, Jobi 1, 3. הוו עם גיתוהי fuerunt cum gregibus suis in agro, Gen. 34, 5. Respondet hebraeo מקנה. Veneta interdum cum chirek ab initio scribunt, quandoque etiam cum dagesch in ח.

גייח Adducit Ar. ex Br. s. 33, sed non reperio. Aquinas exponit עמק *vallis.*

גלא גָּלִי, גָּלָה גְּלָא *migrare, demigrare, emigrare, remigrare, deportari, abduci in captivitatem:* Item, *revelare*[52], *detegere, manifestare* vel *detegi, revelari.* Praet. גָּלָה יקרא מישראל migravit gloria ab Israële, 1.S. 4, 21. אלהן אם גלה רויה לעבדוהי נביאיא nisi revelaverit secretum suum servis suis Prophetis, Amos 3, 7. ערית דאבתי גלי nuditatem patris sui revelavit, Lev. 20, 11. ארי בחוביהון גלו quia propter peccata sua deportati sunt, Ez. 39, 23. Part., גָּלֵי רזא qui revelat secretum, Prov. 20, 19. ואף אם גלי את quinetiam si migraturus es, 2.S. 15, 19. מטלטל וגלי vagus et exulans in terra, Gen. 4, 14. Pl. בריש גָּלָן in capite eorum, qui captivi ducuntur, in captivitatem euntium, Amos 6, 7. Fem. גָּלְיָא ומטלטלא exulans et vaga, Jes. 49, 21. לית נבואה גליא non erat prophetia revelata, 1.S. 3, 1. גלין קדמוהי כלין detecti sunt coram ipso renes, Jer. 12, 20. Infin. מְגַלָא deportando deportabuntur, Amos 5, 5. Imper. וּגְלֵה ביסם לעיניהון et emigra in die in oculis ipsorum, Ez. 12, 3. Fut. בכן כען יִגְלָן idcirco nunc emigrabunt, captivi ducentur, Amos 6, 7. Pahel praet. גַּלֵי צדקתיה revelavit justitiam suam, Ps. 98, 2. גליתי ית מטמרוהי revelavi abscondita ejus, Jer. 49, 10. אנן גליאו קלנה ipsi discooperuerunt turpitudinem ejus, Ez. 23, 10. Fut. ואגלי להון חרע חיובא et revelabo ipsis portam resipiscentiae, Jer. 33, 6. וּתְגַלֵי ארעא et revelabit terra, Jes. 26, 21. אגלי אודנך revelabo aurem tuam, Ruth 4, 4. הידין יגלי אודנא בני נשא tunc revelabit aurem filiorum hominum, Job. 33, 16. Ithp. praeter. ארי אִתְגְּלֵי יי לשמואל quia revelavit se dominus Samueli, 1.S. 3, 21. דאתגלי יומא דין qui revelavit, retexit se hodie, 2.S. 6, 20. דאתגלו לבבל qui abducti sunt in Babel, Jerem. 40, 1. Infinit. cum praeter. אִתְגְּלִיתִי אִתְגְּלָאָה לבית אבוך apparendo apparui domui patris tui, 1.S. 2, 27. Part. מכסנתא דְּמִתְגְּלְיָא correptio manifesta, Proverb. 27, 5. Ex Ithpahel, אִתְגַּלִּיתָ revelastite, ביום אִתְגַּלִּיתָךְ in die quo revelastite, Judic. 5, 4. Infinit. אוסיף יי לְאִתְגַּלָאָה perrexit dominus revelare se, 1.S. 3, 21. Talmudice, אינלאי מלתא innotuit res, Sanh. 109b. Aphel, דְּאַגְלֵי נבוכדנצר quem deportavit Nebucadnezar, Jer. 29, 1. דאגליתי מירושלם quam deportavi ex Hierusalem, v. 5. Infinit. cum aff. לְאַגְלוּתָךְ deportare te, Thr. 4, 22.

Ap. Ros. jungitur huic verbo saepe nomen פנים, et tum significat, *impudenter, proterve, audacter agere:* מגלה פנים בתורה revelat faciem contra legem, i. e. proterve, impudenter agit vel insurgit contra eam.

גָּלָא, גָּלוּת, גְּלוּתָא et גָּלְוָא, גָּלְוָתָא *deportatio, abductio, migratio in captivitatem, exsilium, deportata multitudo:* גלו שלמא deportatio perfecta, Amos 1, 9. וכל גָּלוּתָא et omnem deportationem, Jer. 28, 6. שאר סבי גָּלוּתָא ad reliquos seniores captivitatis, Jer. 29, 1 vide et v. 4. Constr. וְגָלוּת עמי ישלח et captivitatem populi mei dimittet, Jes. 45, 13. לכל גָּלוּת יהודה omni deportationi Jehudae, Jer. 29, 22. Cum aff. לְגָלוּתָנָא deportationis nostrae, Ez. 40, 1. מבייני גָּלוּתְהוֹן et medio captivitatis suae, Jes 51, 11. Pl. שלש גָּלְיוֹת tres captivitates, ap. Ros. De exsilio et ejus causis vide in Macc. c. 2.

גָּלֵי, גָּלָאי unde tantum cum praeposito ב dicitur בגלאי, et adverbiascit ut alia nomina; *publice, aperte, manifeste, palam:* מן איתי בְּגָלָאי quis adduxit palam, Jes. 41, 2. אנא איתניה בגלי בקשוט ego adducam ipsam palam et vere, Jes. 45, 13. Item Joel 3, 7. יתון בגלי veniant aperte, Joel 3, 9. Palam, i. e. libere, intrepide, nemine obstante. Sic fiunt, quae publice fiunt. Elias scribit in Methurgeman se nescire quid sit; videri sibi *festinationem* significare, ut sit *festinanter, celeriter*, quasi a גלל. Deinde inepte ponit in litera ב, quasi ea de themate sit, cum eadem ratione ipsi addita sit, qua voci בקשוט, et aliis infinitis. In Venetis punctatum est בְּגָלָאי cum abundante Tzere.

גָּלוּי *manifestum, apertum:* גלוי וידוע לפניך manifestum et notum est tibi: בגלוי in manifesto, cum manifestum sit. Legitur etiam בְּגָלוּיָא, quod scribitur בגילוייא, Pes. 13, 1. Bl. Aruch id adducit בגולוהי.

גִּילוּי, גְּלוּי *retectio, revelatio, manifestatio:* בגלוי הפנים cum retectione vultus, i. e. *audacter, impudenter, proterve*, Sota 42b. בגלוי בשר *idem*, Gen. 6, 2 in Jon. Id alias dicitur בחפצה. Sumitur etiam pro *spatia vacua in scriptura*, Bm. 7b in gl.

---

[51]) Pro גראה cum ר dagessato, ubi י, ut saepius ad supplendum dagesch ponitur. Referenda igitur vox ad rad. גרר, quod prout ar. جَرَّ Talmudicis usitatissimum est pro *trahere, trahendo ducere.*

[52]) Haec primativa verbi significatio est, uti arab. جَلَا et syr. ܓܠܐ.

נִגְלָה *apertum, manifestum:* דוחים יראת שמים בנגלה impugnant timorem dei manifesto, Kabhvenaki Prov. 25, 1.

גִּלְיוֹן *margo, spatium chartae in librorum lateribus retectum et scriptura vacuum:* גליון שבספר margo in libro, tam qui superne, quam infra, qui in principio libri et fine ejusdem etc. Jadajim c. 3. Pl. גִּלְיוֹנִים *margines,* Sab. 116.

גַּלְהָא *corruscatio:* גלהא דלילא corruscationes noctis, Ta. 3b.

גַּלְיָא *Gallia:* אפילו ספינות באות מגליא לספמיא אין מתברכות אלא ישראל etiam naves, quae veniunt ex Gallia in Hispaniam non sunt benedictae, sed tantum Israëlitarum, Jeb. 63a.

מוּגְלָא *pus, sanies* vel *pustula saniosa:* אי מליא מוגלא si repletus fuerit pulmo sanie, Chol. 48a.

גלא, גלי *janua, ostium:* טרק גלא clausit ostium, Bk. 112a. Citat R. Sal. Cant. 4, 12. טרוקו גלי claudite portas. Legitur etiam praeposito Aleph cum Chirek: לאיגלי גפא ad portas murorum, Bm. 108, 1. Bb. 8a. Sic dicta janua, quia revelat inclusa, quando aperitur. Forte est a גלל, quod volvitur in cardine. Id melius.

בֵּית גַּלְיָא. Sic vocant templa Christian. V. in ברה.

גלב *tonsor, barbam et capillos tondens et abradens:* Pl. מספר גַּלְבָיָא novaculam tonsorum tolles tibi, Ez. 5, 1.

גַּלָּב *novacula,* Num. 6, 5 et 8, 7 in Tg. Jon. hebr. תער. Sic explicatur in Br. s. 31. חרבות צורים gladios acutos vel cultros acutos, Jos. 5, 2 per גַּלְבִּין דטינור novaculas lapideas.

גַּלְבָּא *squama:* ושרין גַּלְבִּין et lorica squamarum, 1.S. 17, 5. In Ar. citatur per Kaph in medio. Sic legit quoque Kimchi. Vide infra.

גוּלְבָּא *spelta,* Pesach. 35a.

מַגְלָבָּא *lorum, corrigia,* ut vult Elias. Respondet hebraeo מתג frenum: מגלבא לחמרא frenum asino, Prov. 26, 3. Sic legunt Elias, B. Ar. et Regia. In Venetis est מַגְלָכָּא per Kaph. At גלך aliud est, nec id huic loco convenit. In Midr. Jelamm. 55a. מרת ב"ו כשסרח עליו עברו מביא את הכבלים ומביא את המגליבין וסכהו homo carnalis, cum delinquit contra ipsum servus ejus, accipit compedes et constringit ipsum, lora item vel flagella et caedit ipsum. In Br. s. 40. Angelus stabat tota nocte ומגלב בידו flagellum tenens in manu sua: vel *gladium,* ut in Jalk. explicatur 18, 3 ex significato גלב.

גלבטינון. Videtur sumi pro *specie lanae pretiosae.*[53] In MK. c. 1, v. 9. ישב ר' מאיר ודרש עתיד ואב לחיות ישב ר' מאיר ודרש עתיד ואב לחיות נזה מילתן והכלב גלבטינון sedit R. Meir et docuit; futurum est, ut de lupo tondeatur melota et de cane galbatinon. Vide infra in גלק.

גַּלְאַבְסִינוּן *tunica* vel *interula,* Guido ex Br. s. 20. sed ibi legitur nunc גלקסינון. V. infra in גלק.

גלבקיא *herbae nomen, quae vocatur herba lucis vel luciae,* ut Aruch scribit.

גלג[54] *narrare, referre aliquid cum gaudio et exsultatione:* אזיל גלג לאמך ואמור לה ito et referto matri tuae, et dic ei etc. Vr. s. 5 et 25. Sic in Br. s. 36. MK. c. 1, v. 8 et alibi. Glossa, ספר והשתבח.

Deinde ponit Guido גְּלוֹג pro *glocitare, vocem gallinae emittere,* ex Zohar.

גלוניקא *lectica* vel *rheda:* אביך מוליכך בקרון ואני מוליכך בגלוניקא pater tuus duxit te in curru, ego veham te in rheda, gl. מרכבה eine Kutſche, Jalkut Proph. f. 37b. Puto esse idem quod גלקטיקא, de quo infra.

גולניקון[55] *chirotheca:* לא וכינן לאורייתא אלא בגין דחמינן אצבעתיה דר' מן גולניקון דידיה non digni facti sumus lege, nisi quia vidimus digitos Raf ex chirotheca ipsius, TH. Bez. cap. ult. Glossa, מין מלבוש. והוא בית יד.

גְּלוּגְדָּק, גִּלּוּגְדָּק[56] *scabellum, scamillum:* דהוה גלוגדקא דרגלוהי quae erat scabellum pedum ejus, hebr. הדום, Thren. 2, 1. דאטימום לגלוגדק paratus ad scabellum, Jobi 15, 24 quo capto hostes utuntur loco scabelli, quando equum conscendunt: ואחקניה גלוגדק חדוה אפיפורין et aptavit illum suppedaneum loco scabelli domini mundi, Ex. 24, 10 in Jon.

גלונטקא *scipio vel contus, crus ligneum:* לא חכנם בגלונטקא non ingredietur cum crure ligneo, glossa, רגל עשוי מעץ, Jalkut Lev. 151d. Idem quod גלורקא infra.

גַּלְגַּמִּים. Sic citat Ar. ex Echa rab.[57] c. 2, 7, sed pro eo nunc legitur גַּלְיָאסִין.

גלד unde in Ithpehal, אתגליד *decorticari, pelle exui et nudari:* אתרוגא דאיגליד citrum decorticatam, gl. נקלף, Suc. 35b. ריאה דאיגליד pulmo demembranatus, cujus membrana ablata est, Chol. 46a. Item, *congelari, condensari.* Hiphil, הַגְלִיד *congelare, condensare:* המים מגלידים aquae congelantur, R. Sal. Ps.

---

53) Notio *pretiosi* in literis גל, quod Persarum est گل et *rosam,* metaphorice *omnem rem amoenam praestantemque* denotat, posita esse mihi videtur. Id, ut puto, et de ceteris sub hac rad. inventis notionemque pretiosi habentibus vocabulis (גל-בקיא, גל-וגקון, גל-וגקא, גל-וגרק) valet.

54) Verbum onomatopoëticum vocem gallinae imitans, gloclare, ut habet Guido, germ. gluden. Inde etiam ad parvulum matri aliquid communicantem translatum est. Aliis gr. est ἐκλέγειν.

55) Vox corrupta videtur e pers. فرجی, quod *genus vestimenti* denotat, *quo seniores aut doctiores* utuntur. Vide Vullers Lex. pers. s.v. Scribenda igitur haec vox est גל-וגיקון ubi גל quidem Persarum est گل, altera vero vox וגיקון voci supra laudatae respondet. Labiales enim literae ف et ו propter similitudinem pronuntiationis facillime inter se permutantur. Ita quidem et Arabum ورد vrad s. vard a Graecis per F (quasi Fρόδον, ρόδον) pronuntiatum est.

56) Mussafia pro lat. *lectica* vocem habet, quae sententia num recta sit maxime dubito. Vide an. nost. paulo ante in גלבטינון.

57) Verba ibi sunt: ועשין רושם במשמרות הגלגמים בקרקע ביה"מק i. e.: et faciunt signum (vestigium sc., quod pedum et gressus signum est) in solum sanctuarii clavibus *caligarum.*

147, 17. Idem *crustam obducere vel contrahere:* העלידה המכה crustam obduxit plaga, Job. 16, 15 in R. Levi. Hophal הוגלד *crustatum fieri:* הוגלד פי המכה si crustam vel cutem contraxit os plagae, si crustata est, in Ketub. 76b. Sic, גְּלוּדָה *excoriatum, cujus cutis detracta aut avulsa,* Chol. 45a.

גְּלִיד, גְּלִידָא [58] *gelu, pruina, glacies:* metaphorice *crystallum:* אלהין עדי וגלד sed privatio et congelatio, sive concretio, scil. luminis, Zach. 14, 6. ונלידא הוה נחת עלי בליליא et gelu descendebat super me noctu, Gen. 31, 40. כעין גליד חסין quasi color glaciei fortissimae, i. e. crystalli, Ez. 1, 22. גליד היך קטים יבדר pruinam veluti cinerem dispergit, Ps. 147, 16.

גְּלַד, גְּלָדָא [59] *pellis, cutis, corium, cortex, crusta, res ex humore vel excremento concreta, et alii corpori tamquam pellis adhaerescens:* גליד שחוץ לסכה crusta quae est extra plagam, Mikv. c. 9 ex pure scil. concreta. Pl. גלדי צואה crustae excrementi: גלדי טיט crustae luti, quales iter facientibus in vestibus haerent, Mikv. c. 9. חפן גְּלָדִין obductae pellibus, Ez. 27, 24. כגלדי הבצלים שמקיפין זה את זה בעינול sicut pelles caeparum, quae cingunt una alteram circulatim: גלדין דאגוזא cortices nucis, Zohar in Gen. Hinc per metonymiam est *solea, pars inferior calcei,* in Ber. 43b, cui oppositum פנחא pars superior, de quo vide in פנה. Item *bulga, saccus coriaceus, qui in equis aut mulis vehitur,* Pes. 119a.

גְּלָדָאי *coriarius,* synecdochice *sutor:* בשוקא דגלדאי in forum surorum, Chol. 48a et Bm. 24b i. e. רצענין sutorum.

גּוֹלָד *glomus, tunica orbiculata, corpus sphaericum, quale fere est cepa.* Unde secundum Hebraeos, unum coelum ambit et includit aliud, sicut גּוֹלָדִים tunicae in cepa. Munsterus.

גַּלְגָּנָא *nomen pisciculorum, qui nunquam majores fiunt.* Nascuntur in luto maris: unde, גַּלְגָּנָא דבי נילי pisciculi, qui in luto, sc. nascuntur, pisciculi lutosi: גולדנא דמלחא pisciculi saliti, Tamid c. 3 in fine. Per ironiam hyperbolicam dicitur de pisciculo quodam marino, qui tres habuit pinnas, ac tantae tamen fuit magnitudinis, ut navis inter unam pennam et alteram tres dies et tres noctes procederet, et quidem tanta velocitate, ut sagittam volantem superaret. Si sic fuit Gildena, quantae ergo magnitudinis maximus piscis in mari est? In Bava bathro fol. 73, 2. טב גלדנא סריא לטיכל מכותחא דרמי כיפי Melior est pisciculus putridus ad comedendum, quam intinctum acerrimum, quod diffringit lapides, in Keritut 6a. לא חנטוש גלדנא מאוניה ne excariato pisciculum Gildena ab auribus suis, in Sanh. 100a i. e. ne cutem ipsi per aurem detrahas, sic enim ea corrumpitur, quin cutem cum eo assato etc. Porro quandoque; scribitur גולדנא, unde apparet Jod in גילדנא rei raesentare Kibbutz, ut et alias non raro. In Jalkut Ex. f. 96c exponitur הנים גדולים.

גְּלוּדָקָא *scipio, contus.* Ap. Tos in Bez. 25a. סבא חד הוה בשכונתינו והוה יוצא בגלודקי שלו senex quidam erat in vicinia nostra, qui egrediebatur cum pedali, scipione suo. Glossator gallice exponit פעלדיימסטול. Autor Ar. vult idem esse cum גלונדקא, quod *scabellum* significat, *pedum fulcrum vel adminiculum.*

גְּלָה *splendor:* גלוהי, גִּילָהֵי *splendor noctis,* Taan. 3a. In glossa עין משפט explicatur גילהי דלילא *splendor* זריחת הלילה, et vernacule, לנישור: in altera glossa exponitur vernacule אילושטרא. B. Ar. explicat נתה, Adducit idem aliud exemplum ex Pes. 13a. Sed ibi nunc legitur בגלוייא: unde גילהי vel גלוהי idem videtur esse quod גלוי.

גָּלָז *hyosciamus,* Schindlerus.

גָּלַח *radere, abradere:* Part. מְגַלְּחִין דקניהן rasi barbis suis; Jer. 41, 5. Fut. בחר דְּיִגַּלַּח postquam abraserit, Num. 6, 19. ויגלה יח כל שעריה et abradet omnes crines suos, Lev. 14, 8. וגלח יח רישה et tondebis caput ejus, Deut. 21, 12. לא יְגַלְּחוּן non radent, Lev. 21, 5. Ithp. בחר דְּאִתְגַּלַּח postquam rasus esset, Judic. 16, 19.

גַּלָּח *rasus.* Sic Judaei vocant sacerdotes ac sacrificulos papisticos: et latius, quosvis verbi divini et ecclesiae ministros Christianorum, eo quod abradunt angulos capitis sui, ac barbas. Qui ritus sine dubio est ex ritu Levitarum. Pl. גַּלָּחִים.

גִּלּוּחַ *rasura, rasio,* Jes. 15, 2.

תִּגַּלַּחַתָּן *idem:* תגלחתן מצוה et rasio ipsorum praeceptum est, Nasir 40a. ראה תגלחת בחלום ישכים יאמר וגלח ויחלף שמלותיו קודם שיקדמנו פסוק אחר כי אם גולחתי וסר ממני כחי qui videt rasuram in somnio, surget mane et dicet: „et rasit se et mutavit vestimenta sua", Gen. 41, 14 antequam praeveniat eum versus alius; „si raderer, recederes a me vis mea", Jud. 16, 17. Ber. 56b.

גַּלְטָא *platea, vicus, forum:* לא יטייל אחריך בגלטקא non ambulabit post te in platea neque feret post te vestes vel vasa in balneum, glossa בשוק. Jalkut in Leg. f. 194d.

גלטינון. Vide infra in גלק.

גִּלְיוֹנִין [60] *schedae membranaceae, quae de collo suspenduntur, cum scriptura superstitiosa aut characteribus ac vocibus fictis et vulgo incognitis,* Sab. 103b. vulgata lingua Judaeorum dicuntur קמיעין.

גַּלְיָא *Gallia.* Vide supra in גלא.

גלייונוס *Galenus medicus,* R. Levi, Prov. 19, 28.

גַּלְיָאסִין vel גַּלְיָסִין *galeae.* Munsterus. In Echa rab. c. 2, v. 7. עיטו מסגר של גליאסין שלהן ראשם בארץ. Glossator exponit ex Ar. רמחים, et interpretatur,

---

[58]) Ar. جَلِيد, syr. ܓܠܝܕܐ. [59]) Ar. جِلْد, syr. ܓܠܕܐ.

[60]) Mussafia hanc vocem per קלטורין scribit et idem quod gr. καλήτωρ et lat. *calator* esse dicit explicatque: *homo, qui jussu judicum vel magistratus homines in jus vocat aut qui multitudini silentium imponit,* ad quod efficiendum voce אא utitur. Quae si ita sunt. locus ille talmudicus reddendus est: כיון דאיתיה בגלטורין quia invenitur apud calatores h. e. utuntur eo calatores.

„fecerunt (gentes) claustrum ex spiculis suis, ponentes caput ipsorum in terram.“ Bl. Ar. legit גולגסיים.

גְּלְיָך vel גּוֹלְיָך, et in plurali גְּלְיָרִין vel גּוֹלְיָרִין *pedites militares, velites, levis armaturae milites, qui primi in acie confligunt, sequentibus potentioribus armaturae duplicis:* vel, *lixae, colones, galenarii:* גוליירין מתגרין בטלחמה והגבורים נוצחין galenarii, vel, velites confligunt in bello, et potentiores victoriam obtinent. Sic in precibus leviores sunt, qui preces incipiunt: potentiores, qui per amen eas concludunt, juxta illud, גדול העונה אמן יותר מן המברך „major est, qui respondet amen, quam is, qui orando praeit“, in Ber. 53b. Nasir in fine. Glossator exponit per חלשים *debiles.* לא תבזון ברומי ולא בגולייר non contemnetis vel altum vel humilem, Br. s. 63. Glossa, אדם חלש ושפל. Pro *equisone* videtur sumi in Targ. secundo Esther: גולייר דהוה נגיד לסוסיא equiso, qui ducebat equum, Esth. 6, 12 quamvis et hic possit prior significatio locum habere. Iterum in Bamid. rab. s. 9. לא זו משם ולא ספנוהו מפני שהוא גולייר non recesserunt illinc, neque respectabant aut honorabant ipsum, quia lixa fuit, gl. הדיוט plebejus, vilis. Puto ortum esse ex latino *galearius**. Vegetius de re militari lib. 1, c. 10. Non solum autem pedites sed et equites, ipsosque equos vel lixas (quos galearios vocant) ad natandum exercere per commodum est, ne quid imperitis, cum necessitas imminebit, eveniat. Et lib. 3, c. 9. Denique ex ipsis calonibus (quos galearios vocant) idoneos ac peritos usu legebant, quos non amplius, quam ducentis sagisciariis puerisque praeficerent.

גִּלְךְ[61] *squama.* Sic citatur in Ar. et in commentariis Kimchi per Kaph, שרין גַּלְבִין 1.S. 17, 5 pro hebr. שרין קשקשים lorica squamarum. An squamam, ut vox hebraea, significet, autor Ar. non explicat. In nostris exemplaribus legitur per Beth גַּלְבִין.

מְגַלְבָּא vide supra in גלב.

גלל *volvere, convolvere, devolvere, involvere,* ut Hebraice. Part. passivum, גְּלִילָן involutae erant, Cant. 5, 14. In Pahel per geminationem primae radicalis, ut hebraice: וְגַלְגֵּל ית אבנא et devolvit lapidem, Gen. 29, 10 in Tg. Jon. Sic Part. מְגוֹלְגְּלִין devolvebant, ibid. v. 3. יְגַלְגֵּל עלי מחתיה devolvit super me plagam suam, Thren. 3, 3. Ithpahel ex forma quadrata, partic. מְתְגַּלְגְּלִין תחות רגשא sub tumultu devolvuntur, Job. 30, 14. Ex forma Pohal praet. ארי אִתְגּוֹלְלוּ רחמוהי quia convolvebantur miseriationes ejus, Gen. 43, 20. Sic Jer. 31, 20 et Hos. 11, 8.

Ap. Tos. latius extenditur: Usurpant enim pro *assare*, quod res assanda rotetur et circumvolvatur: ut, אין נותנין ביצה בצד המיחם בשביל שתתגלגל non ponunt (in sabbatho) ovum in cucumam, ut assetur, שתצלה קצה ut in glossa explicatur, Sab. 38b. in Misna: et 39a in Gem., מגלגלין ביצה על גבי גג רוחח assant ovum super tecto fervente, sc. ex aestu folis: Sic, ביצה מגולגלת ovum assatum ex parto, gl. צלוייה קצת, Oketzin c. 2. Extat et in proverbio quodam, quod vide in ביץ. Item *rotare, convolvere: miscere, condire, subigere,* quia haec omnia fiunt volvendo, convolvendo. Hinc, חבית של זיתים מגולגלים vas olivarum convolutarum, Idaj. c. 4. Sic vocantur olivae in vas rotundum collectae et convolutae, in quo macerantur, ut esui sint aptae. In glossa dicitur, זיתים כבושים במלח למתקן olivae subactae in sale, ut dulces fiant. Hinc Guido explicat per *dulce fieri, conterere.* Vide et As. c. 2 in Misna: אוכלין עראי מן העסה עד שתתגלגל בחטים comedunt accidentaliter et quasi fortuito (non in prandio ordinario) aliquid de massa donec rotetur, siquidem fuerit ex tritico, vel aliquo faltem modo obthuretur, ut cohaereat, siquidem fuerit ex hordeo (quia hordeum non ita bene rotari potest:) sed massa ex eo facta מתפרדת separat se, non ita firmiter cohaeret, Challa c. 3 ab initio. In hunc sensum exponit Raschi. Et sic in Gem. T. H., עד שתעשה גבלולין נבלולין. Rambam, עד שתתערב donec mista fuerit. Vide et in Menach. 67a. עיסה מגולגלת massa convoluta, subacta et subigendo absoluta, gl. שלא החמיצה, quam nondum fermentavit, Pes. 7a. vide et in Nid. 6b. ubi in gl. dicitur, גלגל בחולין והו גמר מלאכה לחלה h. e. גלגול in rebus communibus est absolutio operis ad challam. Sic dicit B. Ar.; Massa, quae plane est subacta, vocatur מגולגלת.

גל *cumulus, acervus: fluctus maris instar maximi cumuli convolutus:* כל גל וגל שבא עלי unusquisque fluctus qui me obruit, Jeb. 121a. טמון בגל absconditus in acervo: נמצא בגל inventus in acervo, Sota c. 9 in principio. Pl. שויתי קרוי פצחיא לְגַלִּין disposuisti urbes munitas in acervos, Jes. 25, 2. בגלי ימא in fluctibus maris, Zach. 10, 11. והמן גַּלּוּהִי et perstrepunt fluctus ejus, Jes. 51, 15. Et integre scriptum, וְגַלֶּיךָ עלי עברו et fluctus tui super me transiverunt, Ps. 42, 8. לְגַלֵּי ימא fluctibus maris, Ps. 104, 9.

גלא *janua,* vide supra in גלא.

גָּלָל *devolutio:* אבן גלל lapis devolutionis, Esr. 5, 8 i. e. maximus, qui portari nepuit, sed devolvi necesse habet. Quidam *marmoreum lapidem* explicant. Sic absque אבן significat *lapidem* ap. Tos.: שקל גללא פריוהי accepit lapidem, vulneravit ipsum, Sanh. 109b. אתא גלל ואפסקיה למוחיה venit lapis ingens, et divisit ipsi cerebrum, Chol. 63. כלי גללין vasa marmorea, alii ex seq. significatu, *vasa stercorea, ex stercore bovino facta*, quod in Arabia usitatum, vel ad sordes et inhonestos usus destinata, vide Kel. c. 2 et 10 ab initio, ubi consule Maim. Parah. c. 5.

Deinde, גַּלָּל, גַּלְלָא, et contracte גָּלָא *stercus, excrementum:* ut גַּלֵי תוריא excrementa boum, גלי אנשא excrementa humana, Ez. 4, 15. Et alia forma, sicut removent stercora, 1. R. 14, 10. Ap. Tos. ההופך את הגלל qui vertit stercus bovinum. Sic gl. צואת הבקר Bk. c. 3 in Misna.

גללין *convolutiones:* תלתי גללי מלחא tres convolutiones salis, i. e. grana convoluta salis, h. e. perparum salis, Chol. 112a.

גִּלְּין vide mox.

גֻּלְּתָא, גּוּלְיָא, גּוּלָּא, יוּלָּא *toga, pallium, vestimen-*

[61]) Gr. γλωχίον *cuspis, acumen*

*) Nam lixas et calones vocabant olim gelearios.

tum exterius, sic dictum, quod convolvatur, et complicetur; על ציצי דגולתהון peniculamento vestimentorum suorum, Num. 15, 38 in TgH. hebr. בגדיהם: Jon. ibidem, גוליתהון et גוליתהון. Sic, ונסיב גוליתה et accepit pallium suum, Num. 16, 1 Jon. Sic Deut. 22, 5. 12. Ap. Tos., גולחיה יאי pallium ejus pulchrum est, in Bb. 101a. גולחייכו שקלי vestimenta eorum cape: בגולידהן cum stolis suis, Br. s. 35.

Deinde גֻּלָּה *lecythus*, *lenticula*, Zach. 4, 3. Aff. וְגוּלָתָהּ et lenticula ipsius, ibid. v. 2. Item, *scaturigo*, *fons*: Huc pertinere videtur, לשכת הגולה conclave scaturiginis בור הגולה puteus scaturiginis, unde sc. aqua derivabatur in totum atrium, Midd. c. 5. V. et Erub. c. 10 in Misna.

גְּלִילָא *tractus*, *circuitus*, *confinium*: נפקין בגלילא מסדנחא egrediuntur in tractum Orientalem, Ez. 47, 8.

גְּלִי *species salicum*, Num. 21, 13 in TgH.

גְּלִי, גְּלִין *stipulae*. Vide supra in גיל.

גְּלִילִי, גְּלִילָא *Galilaea*, 1. R. 9, 11. 2. R. 15, 29. גְּלִילִי, גְּלִילָאָה galilaeus, רבי יוסי הגלילי Rabbi Jose Galilaeus, celebris ap. Tos. in historia evangelica passionis Christi „locutionis Galilaeorum" montio fit, qua Petrus in aula Cajaphae pontificis maximi fuit proditus. Ad ejus loci illustrationem in veteri historia hebraica quaedam etiam reperiuntur. Unde non extra oleas erit, ea hic producere ad lucem locis Euangelistarum inferendam. Matth. 26, 73. Paulo post accesserunt, qui astabant et dixerunt Petro: Et tu ex ipsis es: nam et locutio tua te manifestum facit. Marci 14, 70. Et rursus paulo post qui astabant dixerunt Petro: Vere ex ipsis es. Etenim Galilaeus es et locutio tua similis est. Cum itaque Petrum prodiderit locutio, quod natione Galilaeus esset, quaeritur, an alium sermonem locutus sit, quam ancilla, quae ipsum allocuta fuit? Videri id possit ex primo primae ancillae alloquio, quae ipsum foris in atrio sedentem accedens et alloquens, dicebat: „Et tu cum Jesu Galilaeo eras". Ad quod respondit: „Nescio quid dicas" i. e. non intelligo, quid loquaris. An vero eandem linguam aliter prolocutus sit, ut dialectis certis una lingua, toti nationi communis, differre et discriminari solet? Hoc voluit pater Hieronymus in Matth. c. 26 ad verba: „Nam et locutio tua te manifestum facit", ubi scribit: Non quod alterius sermonis esset Petrus, aut gentis et terrae: (omnes quippe Hebraei erant, et qui arguebant et qui arguebatur) sed quod una quaeque provincia et regio, habebat proprietates suas, et vernaculum loquendi sonum vitare non possit. Hanc sententiam et fere eadem verba postea repetiit venerabilis Beda in eundem locum notans: Non quod alia lingua Galilaei loquerentur, sed quod unaquaeque provincia et regio, suas habendo proprietates, vernaculum loquendi sermonem vitare non possit. Nicolaus de Lyra haec paulo explicavit plenius, in glossa sua ad Matthaeum scribens: Licet enim lingua hebraea sit una, tamen aliquo modo variabatur secundum diversitatem provinciarum et idcirco illi de Galilaea aliter loquebantur aliquo modo, quam illi, qui erant de Jerusalem. Sic lingua gallica una est, et tamen aliter loquuntur illi, qui sunt de Picardia, quam illi qui habitant Parisiis; et per talem varietatem potest percipi, unde aliquis sit oriundus. Galilaea ergo etiam utebatur lingua hebraica, sed quae dialecto a puriori hebraica disserebat, aut potius ab ea, quae tempore Christi Hierosolymis in usu erat. Pura enim hebraica erat duntaxat in sacris inter doctos, Pharisaeos, scribas, Rabbinos, doctores, magistros et eos, qui in cathedra Mosis sedentes populum docebant, et legem ac prophetas explicabant, tum eos, qui ad pedes ipsorum discendi causa sedebant. Etsi autem ex istorum numero ancillae duae, quae diversis vicibus Petrum allocutae fuerunt, aliique ex turba homines, Petrum verbis adorientes, et ternae negationi occasionem praebentes, non fuerunt, tamen Petrum ex sermone Galilaeum fuisse cognoverunt. Differentia ergo locutionis inter Galilaeos et Hierosolymitanos fuit, unde Petrus fuit agnitus. An ergo Galilaei purius aut elegantius, vel crassius hebraice locuti sunt? Posterius hoc historia prisca comprobat Talmudistarum, apud quos legitur in libro עירובין 53a. בני יהודה שהקפידו על לשתם נתקיימה תורתם בידם בני גליל שלא הקפידו על לשונם לא נתקיימה תורתם בידם homines Judaeae, quia accurati fuerunt in lingua sua, confirmata est lex illorum in manibus ipsorum. Homines Galilaeae, qui non accurati fuerunt in lingua sua, non est stabilita lex ipsorum in manibus illorum. Gl., שהקפידו בלשתם i. e. studebant loqui בלשון צח lingua pura et eleganti. Et mox: בני יהודה דייקי לישנא ומחנהי להו סימנא נתקיימה להו תורתן בידם בני גליל דלא דייקי לישנא וכו׳ homines Judaeae fuerunt accurati in lingua sua, et fecerunt sibi certa signa sive capita; propterea confirmata fuit in ipsis lex ipsorum: Galilaei non erant accurati in lingua etc. Et mox p. 2 אי איכא דמשאיל להך לבני יהודה דדייקי לישנא מאברין חנן או מעברין חנן, אכחו חנן או עכחו חנן ידעי i. e. si quis est, qui interroget homines Judaeae, qui polita lingua utuntur: מאברין docent (pronunciandum) an vero מעברין docent pronunciandum? (distincte scil. literis א et ע pronunciatis) sciunt illud. Et mox: בני גליל דלא דייקי לישנא מאי היא דתניא ההוא בר גליל דאמר להו אמר לטאן אמר לטאן אמרו ליה גלילאה שוטה הסר למירכב או חמר למישתי עמר למילבש או איטר לאיחכסאה i. e. homines Galilaeae, qui impolita lingua utuntur, quid de illis traditum est? quod Galilaeus quidam diceret cuidam, Judaeo scil. אמר לטאן חמר. Respondebatur ipsi: Galilaeae stulte, חמר ad equitandum, aut חמר ad bibendum: עמר ad vestiendum, aut איטר ad abscondendum ad mactationem? Sensus est: Galilaeum distinctas quasdam literas et voces in pronunciatione confudisse, vel pro una, et eodem sono protulisse, veluti אטר immar est *agnus*: עמר hamar, *lana*: חמר chamor, *asinus*: חמר chamar, *vinum*. Barbare haec Galilaei confundebant. Item ibidem: הדא איתתא דבעיא למיטר לחברתה תאי Quaedam mulier Galilaea cupiens dicere sociae (vicinae, aut amicae) suae, תאי דאוכלין חלבא thëi (vel sëi) deochelich chalovo, *veni et comedendum dabo tibi lac*, (invito te ad pingue lac comedendum) dicebat ad eam: שלוכתי חוכלין לבא schelochti, tochelich lovo,

prave sc. pronunciavit, et voces distinctas conjunxit, שלובחי pro שלוכחי, permutatis literis ב et כ. שלובא vox galilaea, idem quod judaice חברתה chavirta *socia, amica.* תוכליך tochelich, pro תאי אוכליך tei *veni,* אוכליך comedendum dabo tibi לבא lovo, pro חלבא chalovo, *lac.* Sic alia mulier Galilaea accedens judicem, dicebat ביתי Biri, (Ar. legit per Kaph, כירי chiri) pro קירי kiri i. e. κύριε *domine,* תאי חפלא דהוח לי וגנבוך מנאי tiphla quae erat mihi, genavuch furati sunt a me; nempe טבלא tabula, גנבוך pro גנבה furati sunt eam. Plura similia ibidem habentur; unde cum homines de terra Judaea בלשון חכמה scite et docte cum Galilaeis loquerentur, Galilaei eos non intelligebant. Judaeus interrogans viatores מאושפיזנא de hospitio, Galilaeus dicebat גבר פום רין חי Hospes salve. Nempe vocem אושפיזנא dividebant, אש pro איש isch i.e. גבר *vir:* פי i.e. פום pum, *os:* וא i.e. דין den *iste* vel *istud,* חי *vive, salvus, sis.* Galilaeorum ergo lingua crassa fuit, barbara, impolita et rudis, literas distinctas confundens, voces diversas inconcienne jungens, vocibus peculiaribus in Judaea inusitatis utens, sicque dialecto ab Hierosolymitanis discrepabat, ut non mirum fuerit, Petrum fuisse sermone suo proditum, et pro Galilaeo agnitum. Verisimile autem est, studio hic fuisse Galilaeo idiomate usum, ut sic quasi idiota aliquis et rudis plebejus e praesenti periculo evaderet, nec pro discipulo Christi agnosceretur. Nunquam enim alias ob impolitum sermonem reprehensus legitur, immo unus ex praestantioribus discipulis Christi et cordatioribus habitus fuit. Accedit, quod plerique alii discipuli Christi, Galilaei fuerint, Actor. 2, 7 et 1, 11. Christus etiam ipse, cujus conceptu, educatione, doctrina et miraculis, Galilaea, qraecipue nobilitata fuit, Galilaeus inde vocatus, juxta illud ad Petrum: Et tu cum Jesu Galilaeo eras, Matth. 26, 69. nunquam tamen talem sermonis objurgationem incurrerunt. Caeterum Galilaea duplex fuit, superior et inferior; illa olim dicta fuit גליל העליון, haec גליל התחתון, ut docent traditiones talmudices in lib. שביעית c. 9. Superior in tribu Naphtali et Ascher fuit sita, intra Jordanis decursum, Tyro, Caesareae Philippi, Capernao aliisque vicina. Haec erat illa Galilaea gentium, de qua Matth. 4, 15 quae gentibus contermina et magna parte cincta fuit, unde sine dubia propter frequentia cum gentibus commercia, linguam impuriorem habuerunt. Inferior Galilaea circa Tiberiadem et lacum Genasereth in tribubus Zabulon et Isaschar sita fuit. Haec longe major, fertilior, cultior et populosior fuit, unde et sermo in ea purior et politior, minusque a peregrinis impuratus. Vide Josephum de bello Jud. l. 3, c. 2.

גִּלּוּלִין *idola, stercorei dii:* ליח פלחי גלולין non sunt cultores idolorum, Num. 23, 21.

גּוֹלֶל, גּוּלָא *operimentum, operculum sepulchri, lapis sepulchralis:* עד לא יסתתם גוללא עלוהי antequam claudatur operculum super eo, Job. 14, 22 in Targ. secundo. Sic ap. Tos. עד שיסתתם הגולל donec obthuretur operculum sepulchri, Ketub. 4b Sab. 152b. אבילות מאימתי מתחלא מסתימת הגולל luctus (cordis) quando incipit? a clausura operculi, Sanh. 47b. Rabbi Moses ben Maim. scribit in comment. Oholoth c. 2. גולל הוא h. e. הכפוי אשר יכסו בו המתים גולל est operimentum, operculum, quo tegunt mortuos sive sit ex ligno, sive ex lapide, aut alia materia etc. Et mox: כסוי הקבר operculum autem sepulchri vocatur גולל, quod juxta illud sit lapis מתגלגלת advolutus super os sepulchri. Obadias de Bartenora, הגולל אבן גדולה ורחבה שסותמים בה פי הקבר מלמעלה מלשון וגללו את האבן h. e. גולל est lapis magnus et latus, quo obthurant vel claudunt os sepulchri superne, (lapis sepulchralis) ex significatione וגללו את האבן, Gen. 29, 3. Hinc illustrantur verba Euangelistarum, Matth. 28, 2: Ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας et Lucae 24, 2: Λίθον τὸν ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Intelligenda enim haec sunt de isto lapide, quem Hebraei גולל vocant. Amplius ap. Tos., אסור לפתוח הקבר אחר שנסתם הגולל vetitum est aperire sepulchrum posteaquam lapide sepulchri clausum est.

בְּגִלַּל מִן בְּגִלַּל ד *propter, occasione, causa:* *eo ut, propterea ut,* Ex. 19, 18. מן בגלל דיהימנון ut credant, Ex. 4, 5. מן בגלל למצערא יתהון ut affligerent ipsos, Ex. 1, 11. מן בגלל דמעכבין נדריהון propterea quod differunt vota sua, Eccl. 5, 3. ומן בגלל דאתני חלמא et propterea quod iteratum esset somnium, Gen. 41, 32.

גַּלְנִיתָא nomen propr. loci. Forte est *Galilaea:* מלחא גלנייתא sal galilaeum i. e. crassum. Tale enim ibi fiebat, Kidd. 62a. B. Ar. exponit: חוק כאבן durum instar lapidis, ex significatione גלל supra. Sic, מטה גלנייתא lectus galilaeus, i. e. plicatilis et versatilis, qui per partes complicari et ab uno loco in alterum deferri solebat, Sab. 47b. R. Salom. Gallice exponit טור"נדין. B. Ar. citat גיליתא. Et alicubi eodem sensu est כסא גלין sella plicatilis, qui corio obductus circumferebatur, Sab. 138.

גַּלְגַּל *granum,* vide גרגר in גרר.

גַּלְגַּל; גִּלְגַּל *rota, orbis, sphaera, globus, circulus: rotatio, stipula, gluma, quae in orbem agitur:* כגלגלא קדם עלעולא sicut rotatio coram turbine, Jes. 17, 13. Sic Ps. 83, 14. קל אכליותך בגלגלא vox tonitrui tui in orbe coelesti, Ps. 77, 19. Hinc apud Astronomos, *septem orbes planetarum appellantur* גלגלים *galgallim:* גלגל קטון orbis parvus, epicyclus. Ap. Tos.: Sapientes Israëlitarum dicunt: גלגל קבוע ומזלות חוזרין orbes fixi sunt, sed signa sunt mobilia. At sapientes populorum dicunt contrarium, Pes. 94b. Item *pupilla, orbiculus oculi:* דור המבול לא נתגאו אלא בשביל גלגל העין generatio diluvii non superbierunt nisi propter orbem sive rotationem oculi, Sanh. 108a. Secuti enim sint motum oculi sui ad libidinem. Aliter: in Nasir 51a. Duo mortui, qui una sepulti sunt, sc. nudi, נעשו גלגלים זה לזה fiunt convolutiones sibi invicem, i. e. perinde habetur, ac si quilibet eorum cum involucris sive vestimentis sepultus esset. Similem locum citat B. Ar. ex Nidd. 27b. Sed ibi legitur nunc גנגילון דהוה גלגל. בנו גלגל ac si esset rota intra rotam, Ez. 1, 16. Pl., חזו גַּלְגַּלַּיָּא aspectus rotarum, Ibid. בְּגַלְגַּלֵי ענלתיה rotis plaustri sui, Jes. 28, 27. אחרנושת גַּלְגַּלוֹהִי strepitus rotarum ejus, Jer. 47, 3. Praeterea ap. Tos. etiam

est *trochlea* vel *cochlea, instrumentum spirulatim et capreolatim ascendens, quo levatur et demittitur trabs torcularis*, eine Schraub- oder Trottspindel. Unde in jure Hebraeorum: vendens torcular non vendit simul asseres pressorios, את הגלגל cochleam et trabem, Bb. 67b. Vide et in Midd. c. 5 et de eo loco B. Ar. in בייר. Vide et infra in rad. גרר in גרנר, גרניר granum,

גַּלְגַּלִּי *orbiculare, sphaericum:* תנועה סבוביח גלגליח motus circularis sphaericus, More p. 2, c. 24.

גַּלְגָּלָה *rotatio, convolutio: commixtio,* quando de massa farinacea vel challa dicitur, ut in Challa c. 3.

גִּלְגּוּל[62] *revolutio, devolutio: orbiculus oculi, pupilla:* כגלגול די במציעות עינא sicut pupillam, quae est in medio oculi, Ps. 17, 8. לסקרב בגלגלי עינהי ut tangat pupillam oculi sui, Zach. 2, 8. ועל חזו גַּלְגַּלֵּי עיני חוי et super aspectu pupillae oculi serpentis, Jes. 11, 8. עינהי יחמסין בְּגַלְגַּלֵּיהון oculi ipsius contabescant in orbibus suis, Zach. 14, 12. Ap. Tos. etiam idem quod praecedens גלגלה, ut in Menach. 57a.

Ap. Ros., גלגול המתים *revolutio mortuorum* vel גלגול המחלות *revolutio cavernarum*, i. e. per cavernas, de qua mira Rabbinorum sententia. Nam credunt eos, qui extra terram Canaan in polluta gentium terra moriuntur et sepeliuntur, non resurrecturos in die judicii magni, nisi beneficio revolutionis, ut sc. per terrae penitissimos meatus revolvantur in terram Canaan. Ibi enim tantum resurgent. Unde reperiuntur, qui hoc nomine ante mortem eo proficiscuntur, ne post mortem hanc molestiam revolutionis experiantur. Vide tract. Talm. Ketub. 111a, ubi inter caetera: גלגול לצדיקים צער הוא אמר אביי מחילות נעשות להם בקרקע וכו' revolutio justis est dolor: dixit Abaj, cavernae factae sunt ipsis in terra etc. In Zohar col. 206. Non dat deus ipsis (mortuis sc.) animas, nisi in terra Israëlis, sicut scriptum est, „cum aperuero sepulchra vestra et educam vos ex sepulchris vestris, et introducam vos in terram vestram", Ez. 37, 13. דיתגלגלון תחות ארעא devolventur enim illuc sub terra etc. R. Sal. Gen. 47, 29. scribit ad haec verba Jacobi: „Ne sepelias me in Aegypto": quia post haec pulvis ejus convertetur in pediculos et quia extra terram mortui non reviviscunt, nisi per dolorem revolutionis per cavernas. R. D. Kimchi scribit Ez. 37, 12: dissensio est in verbis Rabbinorum nostrorum de iis, qui extra terram Israëlis moriuntur. Quidam dicunt, quod extra terram ascensuri sint ex sepulchris suis. Alii vero dicunt, quod ex sepulchris suis ascensuri sint in terram Israëlis per revolutionem et viam cavernarum. Huc respicit paraphrastes chaldaeus Cantic. 8, 5 his verbis: ואפילו צדיקיא דסיתו בגלותא עתידין למיתי אורח כוביא מלרע לארעא ונפקין מן חחות טור משחא quin etiam justi, qui mortui sunt in captivitate, venturi sunt per cavernas sub terra et egredientur sub monte olearum. In Midr. Tanchumah in princ. sectionis ויחי יעקב: Dicit R. Simon, si ita est, ergone pereunt justi, qui sepeliuntur extra terram? Nequaquam. Quid facit ergo deus benedictus? Facit ipsis cavernas in terra facitque illas instar speluncarum, per quas devolvuntur, donec perveniunt in terram Israëlis. Postquam in terram Israëlis pervenerunt, deus opt. max. indit ipsis spiritum vitalem et surgunt, sicut dicitur, „et ascendere faciam vos e sepulchris vestris" etc. Ez. 37, 13. In Th. Kil. c. ultimo in fine: An ergo abhinc Rabbini, qui moriuntur in captivitate, pereunt? Dixit Rabbi Simaj, deus perforat ipsis terram, et illi devolvuntur instar doliorum vini. Postquam in terram perveniunt, spiritus ipsorum redit ad ipsos. Quae est hujus rei ratio? „et collocabo vos in terra Israëlis et ponam in vobis spiritum meum et vivetis", Ez. 37. גלגול נשמות *revolutio animarum.* Scribunt Hebraei, animas ex uno homine in alium, ex homine in bestiam, etiam avem transmigrare. Vide R. Bechai par. ראת חברכה Caphtor f. 51b in Comment. De hac re Philippus Aquinas scribit in suo lexico: Sed ego non possum ferre, ut ista credantur juxta sensum literalem. Nam qui ea dixit, non ascendit sic in cogitationem ejus. Verum allegorica sunt haec ad terrendum peccatorem vel ad demulcendum corda, ut stabiliatur id quod scriptum est, „quia delectantur servi tui lapidibus ejus et pulveri ejus gratiam faciunt", Ps. 102, 8. Sic didici a praeceptoribus meis. Hactenus Aquinas. Exploditur etiam ab Abarbinele in Danielem, f. 50. גלגול שבועה *devolutio juramenti, cum juramentum alicui imponitur*, Kidd. 27b et 28a. Vide et Maim. in par. 4 הלכות טוען c. 1.

בַּיִת גִּלְגּוּל *locus erat in terra Israëlis notus, cujus ascensus admodum erectus et acclivis, descensus volubilis.* Unde, איזהו שבילי בית גלגול quae sunt semitae domus Gilgul? in Erub. 22b. Hoc est quod Guido *limitem loci tortuosi* explicat. Vide et Tahar. 6.

גֻּלְגֹּלְתָּא, גַּלְגַּלְתָּא *calvaria, cranium*, II R. 9, 35. Synecdochice *caput et caput pro homine, persona quoque:* עומרא לגולגלתא homer in caput, Exod. 16, 16 i. e. in singula capita, pro unoquoque homine: לְגֻלְגַּלְתֵּיהון per capita sua, Num. 1, 2. Item *capitatio,* כסף הגלגולת pecunia capitationis, i. e. census singulorum capitum, tributum capitatim impositum. Unde plur. גלגלאות capitationes, Midr. Echa c. 3, 7. Hinc quoque locus, in quo Christus fuit crucifixus, dictus fuit Golgotha, Γολγοθᾶ, ut in graeco scribitur, syrohebraice גגולתא Gagulto, i. e. locus calvariae, Johan. 19, 17, ubi ל unum elisum. Inter Magiae species erat olim quoque haec, quod per cranium ascendere fecerint mortuos eosque de rebus dubiis consulebant. Vide Sanh. 65b. Maim. in Hilchos עכ"ום 32a. Qui accipit cranium mortui et ei adolet, ac per illud divinat vel auguratur, donec audiat, ac si vox prodiret sub axillis suis submissa admodum, quae responderet ipsi.

גְּלִגִּילוֹן *cingulum involutum et implexum ex diversis filis*, Seder tahar. 87a. Edaj. 6b. In Ar. scribitur גלגליון, et explicatur ציציח.

גַּלְגִּיגָּא *eruca* herba: לכירצא חיורא ליתי ביורא גלגילא

[62]) Item metaphorice pro ambiguitate fortunae adhibetur, quo sensu usitatissimum est apud philosophos pro περιπέτεια, d. q. Arist. in Poet.

pro lumbricis albis afferat semen erucae, Gitt. 69b. In Ar. legitur גרנילא. Alibi גרגירא. R. Sal. passim explicat vernacule אורוגא i. e. *oruga*, quomodo hispanice vocatur eruca.

מְגִלָּתָא, מְגִלְתָּא *volumen, scheda, scriptum, literae, epistola, liber in membranam longam et latam scriptus, ut convolvi possit, quod olim erat usitatum:* וחקרי במגלתא et leges in volumine, Jer. 36, 6. Constr. סב לך מְגִלַּת ספרא tolle tibi volumen libri, v. 2. Ap. Ros., חמש מגלות quinque volumina. Sic vocantur quinque libelli, Cantic. Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther. Sumitur etiam synecdochice pro volumine Esther, et sic apud Masorethas, ut Ps. 99, 2 ad על כל העמים notatur: Bis reperitur, וכל מגלה et tota Megilla ipsi similis est, i. e. in toto libro Esther etiam bis reperitur. Sumitur etiam pro *tota sacra scriptura:* unde Ti. scribunt, כל התורה כולה איקרי מגילה דכתיב tota omnino lex, i. e. sacra scriptura vocatur Megilla, sicut scriptum est, במגילת ספר in volumine libri scriptum est de me, Ps. 40, 8. Gitt. 60a.

גלם[62] *convolvere, involvere*, hebraice. Ap. Tos., יכול יגלום עליו forte errabit in calculo cum eo vel decipiet eum in calculo, Bk. 113b. Sic explicant Hebraei.

גְּלִימָא[64], גּוּלְמָא, גֻּלָּם, *involucrum pallium, toga, stola, amictus exterior, cui homo involvitur et qui convolvitur et complicatur:* כְּגֻלַּם דשער sicut pallium villosum, Gen. 25, 25. וּגְלִימָא דבוץ וארגון et stola byssi et purpurae, Esth. 8, 15. Vulgo קפא kappa, inquit Kimchi in libro radicum: נקטי ליה בשפולי גלימיה prehendebant ipsum in fimbria pallii sui, Tan. 23b.

גְּלִימוּ per apocopam, pro גְּלִימוּת *involutio.*

גְּלִימָא *collis.* At Jobi 39, 21 ponitur pro hebraea voce, quae *vallem* significat, quod Elias miratur. In eodem capite v. 10 גְּלִימָתָא colles. Sic, דמחיל לגלימתא quae assimilantur collibus, Num. 23, 9 in Jonath. et Deut. 33, 15. לטכסא טוריא וגלימתא ad deprimendum montes et colles, Num. 14, v. 14 in Jon. Pro *valle*[65] etiam videtur usurpari Num. 21, 20 in Jon., ubi legitur, ומטוריא רמיא נחתן עמהון לגליתא et ex montibus altis descendebant cum ipsis in valles; nam in TgH. pro hac voce est לְגַחֲלִיָּא.

גַּלְמָתָא *colles*, hebr. גבעות Ps. 148, 9 et 114, 4. דמחילן לגלמתא quatuor matres, quae similes sunt collibus, Cant. 2, 8 vide et Gen. 49, 26 in TgH. Et ab alia forma, וגוּלְמָתוי יחורן et colles ejus albescent frugibus, Gen. 49, v. 12 in Jon. et TgH. מחור גולמתיה dealbat colles suos ex adipe robustorum, v. 11 in TgH.

גֻּלָּם, גּוֹלֶם *massa, materia rudis et informis quaelibet, nondum elaborata, et ad formam recipiendum apta:* Item *embryo:* Item *homo rudis et stupidus, quasi forma rationis et intellectus elegantiori destitutus.* R. David Ps. 139, 16. העץ נקרא גולם טרם שיעשה הכלי lignum vocatur *golem*, antequam efficiatur vas אשה גולם היא mulier massa rudis est, sc. antequam viro jungatur, qui elaborat eam, ut sit vas commodum, Sanh. 22b. גולמי כלי עץ טמאין massae vasorum ligneorum immundae sunt. גולמי כלי מחכות massae vasorum fusilium, Chol. 25a. בגלמי de (acubus) rudibus, inelaboratis, nondum perforatis, Sab. 52b. Item in Avoth c. 5. שבעה דברים בגולם ושבעה בחכם septem res sunt in homine rudi et totidem in sapiente etc., ubi Maim. scribit, גולם est homo, gradus quidem intellectus et morum habens, sed imperfectos et inordinatos, mixtos et confusos, et deficientes etc.

גּוּלְמִין *genus armorum fuit ad occidendum hominem*, idem forte quod גולפין, Esth. 9, 5.

גולמו הרג, in Gem. Sanh. 75a quod in Ar. scribitur ut una vox גלמהרג in glossa Gemarae גלמי הרג. R. Sal. interpretatur *lapidem muri*, ex sermone persico, quasi גולם lapis quadratus, הרג murus. In Ar. scribitur גולם *sigillum*, הרג *calx muri*[66], quasi dicere voluerit: cras mihi quisque vestrum afferat tantum calcis, quantum annulo capitur: nam murus ruptus est. Verba Gemarae, למחר אייתי לי כל חד וחד גולמו הרג.

גַּלְמוּדָה *solitaria, rejecta*, ex hebraeo גלמוד, Job. 3, 7. In Gem. scribitur, in maritimis urbibus vocatam fuisse menstruatam mulierem גלמודה *solitariam*, quasi dicas, גמולה דא avulsam a viro suo, Sota c. 7 in fine. In Br. s. 79. Quaedam mulier araba dicebat alteri, אני גלמודה אתון סחיא veni lavatum. Illa respondebat, ego sum solitaria, ac proinde non possum lavare; volens dicere, אנא נדה menstruo laboro. Unde didicerunt גלמוד in scriptura, idem esse quod נדה.

גַּלְמִישׁ, גּוֹלְמִישׁ *cedri species;* בקעתא דקיסא דגולמיש frustum ligni Golmisch, Num. 19, 6 in Jon. מן קיסי גולמיש ex lignis cedrinis, Cant. 1, 17. Sic ap. Tos. in Rh. 23a. Pl. כעולם גבר וחסין בְּגַלְמִישִׁין sicut juvenis fortis et robustus instar cedrorum, Cant. 5, 15.

גְּלִינֵי גַלָּא, גְּלִינֵי יַמָּא *tranquillitas maris*, in Jev. c. ult. TH.

גֻּלָּם גּוֹלֶם *forma, figura, typus.* Citat Guido ex Medr. Ps. 92, sed prave. Legitur enim ibi גולם, eo sensu, ut supra positum.

מְגוּלָּמַיָּא *cardines aut ferramenta januarum cava*, hebr. פתוח, 1. Reg. 7, 50. Kimchi explicat illic צירי הדלתות.

---

[62]) Origo, ni fallor, in cumulando et confluendo (cf. arab. جلم), ut rem *inarticulatam carentemque iis organis, quibus crescit et augetur* denotet. Hinc גלים toga, quae sc. homini adhaeret, quin cum eo conjuncta sit, גלמתא terra cumulata nec inter se cohaerens et גלם materia rudis.

[64]) Nonnullis est Persarum كليم, q. i. est.

[65]) Ita quidem permulta invenis vocabula, quae prout locum, quem loquentes tenemus, rem et contrarium hujusce rei denotant. Talem vocem grammatici arabici ضدّ vocant.

[66]) Vox גולם ap. Tos. usitatissima in causa fuisse videtur, quod descriptores ea ratione vocem separaverunt. Rectius enim compositam ex גל et מהרת esse diceres, ut *gil-muhrah*, ut habet Lagarde, conveniret; quam sententiam autoris Ar. merito si existimasset, ille de sententia sua recenti haud tantopere gloriatus esset.

גְּלוֹסְטְרָא *crassities rotunda, ut est caput clavi aut pes pistilli:* נגר שיש בראשו גלוסטרא pessulus in cujus capite est globus crassus, Erub. 101b in Misna. Glossa, cujus caput crassum est, ut pistilli usum praebere possit. Scribitur etiam per ק ab initio, קלוסטרא. *Claustrum* Munst. exponit, quasi sit vox latina. Sed נגר hoc in textu pessulum, claustri speciem significat. Vide et in TH. Schekal. 47a.

גְּלוּסְקִין, גְּלוּסְקָא *placenta, torta panis, massa farinae ad placentas conficiendas.* Pl גְּלוּסְקָאוֹת, ap. Ros. et Tos. frequens. Forte est a gr. γλυκύς per metathesin. Scribitur aliquando etiam cum ק ab initio, ut in As. c. 2 in TH.

גְּלוֹסְקָמָא *arca, capsa, scrinium: loculus, marsupium;* et posuerunt ipsum in feretrum, hebr. בארון, Gen. 50, 26 in Targ. Jon. Melius in TgH. per Cholem, גְּלוֹסְקָמָא. Est enim gr. γλωσσόκομον, quod in NT. legitur, Johan. 12, 6 et 13, 29. Ap. Tos. frequenti in usu est, et dicunt etiam per Daleth דְּלוֹסְקָמָא. Pl. התחיל פותח גלוסקמות incepit aperire arcas et sedebat, ut venderet merces, Vr. s. 30. Scriptum illic גלוסקאות, quod mendosum videtur.

גלע *humectare*, juxta R. Salomonem: אם יש בה מכה והיא יכולה להגלע ולהוציא דם si est in ea plaga, quae possit humectari ad educendum sanguinem, Nidd. 58b. Glossa, si sit in ea plaga sicca, והיא ראויה להתלחלח, quam conveniat humectari. Aliter in Ar. explicatur. Puto לְהִגָּלַע idem esse quod לְהִתְגַּלַּע *incidi, aperiri*, ut sanguis laesus, corruptus, et in tumorem collectus educatur, et plaga tanto citius curetur.

גַּלְעִינִין *grana, ossa vel lapides fructuum*, idem quod גרעינין per commutationem ר et ל. Ap. Tos. frequens est: קליפי אגוזים והגלעינין testae nucum et nuclei, Schev. c. 7. כל הגלעינין מיטמאות omnes nuclei sunt polluti, Okez. c. 2.

גלף *sculpere, exsculpere, insculpere, caelare.* Unde Graecis γλύφω. Praet. וּגְלַף על לוחיא et insculpsit tabulis, 1. R. 7, 36. Part. Pahul, גְּלִיפִין כתב מפרש exsculptos scriptura explicata, Ex. 39, v. 6 hebr. מפתחות. Fut. בְּגִלָּף דְּעָזְקָא תְּגַלּוֹף secundum sculpturam annuli exsculpes, Ex. 28, 11. ותגלוף עליהן שמהת et insculpes eis nomina, v. 9.

גְּלִיפָא, גְּלִיף, גְּלִיפָא *sculptura*, Ex. 28, 11. גליפא חריצתא sculptura recta, Psal. 16, v. 1. גליף דבריך sculptura verborum tuorum, i. e. expressio, manifestatio, Ps. 119, 130. גְּלִיפְיָהּ גרזין sculpturas ejus excindunt, Ps. 74, 6.

גְּלוּף *idem:* כגלוף דעזקתא sicut sculptura annuli Hag. 2, 24.

אַגְלָפוּת *idem:* Exod. 31, 5 et 35, 33. in Jon.

גּוּלְפָא *cantharus, urceus, vas testaceum:* אביי דייר גולפי Abbai ordinabat, disponebat vasa, cantharos, Kidd. 81a. Glossator exponit atrium, in quo conveniunt homines, sive concionis, sive nuptiarum causa. Illud ordinavit dispositione omnium vasorum: שקל גולפא על כתפיה accepit cantharum in humeros suos, Ned. 49b. אמר אבי שמא מכאן אורח ארעא למשבק איניש dixit Abai: forte hinc est consuetudo, ut relinquat homo urceum, cantharum et pellem (si nempe jumentum mactavit) in hospitio suo, Meg. 26a. בגולפי חדתי in vasis novis, Sab. 42b.

גּוּלְפָא *fustis capitatus, clava, teli genus, quo Hercules utebatur.* In Gem., שקל גולפא מחייה אריש accebit baculum, percussit ipsi caput, Sot. 13a. Gl. גולפא i. e. מקל. Idem quod קולפא, commutatis ג et ק. Pl. גּוּלְפִין, Esth. 9, v. 5.

גְּלוּפְקָרָא *stragula, stramentum crassum, laneum, et villosum:* ויגני בְּגְלוּפְקָרְיָהּ et dormiet in veste sua, Deut 24, 13 in Jon. Talm. גלופקרי וסדיני stragulae et sindones, Gitt. 70b. נוטל את הגלופקרין וסניח את הסדינין sumit stragulas et relinquit sindones, Sab. 151a. Gl. גלופקרין קומא בלעז.

גלקסינון *pellis melina vel taxea.* In Br. s. 20, ubi disputatur de vestibus pelliceis, quas deus Adamo et Evae dicitur fecisse; inter varias sententias dicit R. Schimeon ben Lakisch, גלאקסינון היו ex pellibus melinis fuerunt, quibus primogeniti utebantur. Vox est peregrina et incognita. Quod autem id significet, quod nos posuimus, videtur colligi ex R. Bechai f. 14 qui scribit ad vocem עור pellis: ואולי היה העור הזה עור תחש fortasis fuit pellis ista pellis melina, quae in usu erat tempore Mosis, qua arca tegebatur etc. Et in TH. Sab. c. 2, f. 4 ubi agitur de pellibus melium, ex quibus tabernaculum confici debebat, ut videre est Ex. 25, 5, ibi R. Juda dicit, illas vocatas fuisse טיינין a colore suo; R. Nehemia autem, גלקטינון. Pro hoc in MK. c. 1, v. 9 legitur, עורות החשים מה הן quidam sunt עורות תחשים? R. Jehuda dicit אלטינון. Sed R. Nehemia dicit גלטינון. In praecedentibus verbis legitur etiam גלבטינון, in simili significato. Voces sunt corruptae et peregrinae.

גלקטיקא *lectica:* ואפילו בגלקטיקא לא היה יכול להיטען etiam in lectica non potuit portari, MK. c. 9, v. 11. Pro hac voce corruptissime in Medr. Schir. c. 4, v. 8 scribitur בכל קריקה. Vide et ibid. c. 5, v. 4. Videtur esse ex lat. *lectica*: unde et sine ג ab initio reperitur, ut videre est in ordine לקט.

גלש *fervere:* מוּגְלָשִׁין *fervere facta, ferventia*, Pes. 37b. In Ar. legitur מי גלשין aquae serventes.

גְּלוּשׁ *recalvaster*, Lev. 13, 41 pro hebr. גבח: עורה גלשין pelles calvae, pilis vel lana detracta.

גְּלַשְׁלָשָׁן *idem*, ibid. in Jonath.

גְּלוּשְׁתָּא vel גְּלַשְׁלַשְׁתָּא *recalvatio, locus recalvus*, ibid. v. 42. Hebr. גבחת.

גַּלְשׁוּלַשְׁתָּא *idem*, Levit. 13, 42 in Jon.

גַּלְשַׁלַּשְׁתָּא *idem*, in Tg. Jon. v. 43.

גַּלְשׁוּשִׁיתָא, vide גבש.

גולחא גלת vide in גלל.

גַּמָּא *Gamma, litera Graecorum* Γ, *quae est* ד *Hebraeorum in versum:* כמין גמא vel, כמין גם juxta figurum Gamma. Frequens id ap. Tos. Et cum inserto Aleph, כמין גאם, Bb. 62a. Elias ex Rabbinis: משחין כהן הגדול כמין גם יונית ungunt sacerdotem summum instar literae Gamma Graecorum: סדר גַּמָּיו mensura Gamma ejus, i. e. latitudinis et longitudinis: utramque enim designat figura literae Γ, Bm. 28a. מפתח של גם clavis (figurae literae) Gamma Graecorum, Kel. c. 14.

נמא נָמָא *absorpsit, exsorpsit, exhausit*, hebr. גומא *juncus, scirpus, alga:* Talmudice דיחנאה: נָמֵי גומא ut attollat se juncus, Job. 8, 11. קני וגומא calamus et juncus, Jes. 19, 6. חיבותא דגומא arca scirpea, Ex. 2, 3. Pl. ושויתיה בגו גומיא et posuit eum in medio juncorum, ibid. in Jon. Sic. Gen. 41, 2 pro hebr. אחו carectum. Ap. Tos., והפקעת של גמי et involucrum ex junco Kel. c. 10. Guido notat גָּמֵי. Sab. 78a. Biccur. 85b.

גומא vide sup. in גום.

גְּמִיאָה *haustus, potus, sorptio*, Sab. 77a. Ex significatione verbi hebraici, הגמיאני pota me, bibendum, sorbendum da mihi, Gen. 24, 17.

מְגַמָּה *anhelitus, desiderium*, Ps. 27, v. 8 in Kimchi.

גומא, גומי *gummi, cujus usus ad conficiendum atramentum.* Alias prave scribitur קומום, Sab. 104b. Gitt. 19a.

גמגם גמנ vide infra in גמם.

גמד *constringi, arctari, corrugari, contrahi:* נָמוּד מסאניה strictus est calceus ejus, Pes. 111a. ארץ ישראל בזמן שיושבין עליה רווחא ובזמן שאין יושבין עליה נמרא terra Israel eo tempore, quo inhabitabant eam, erat lata, cum vero non inhabitant eam, est angusta, Gitt. 57a. גמרא ליה ומתחא ליה contrahit eam et diducit eam, Chol. 43. גבר נָמִיד בידיה דימינא vir constrictus manu dextra suo, Jud. 3, 15. Hebr. אטר conclusus. Sic vocatur Scaeva, qui sinistra pro dextera utitur, Jom. 69a. אמה גדומא cubitus contractus, brevis, קצרה, TH. Joma c. 4.

נָמָד *mensura cubiti, cubitus:* שני גמדים ומחצה duos cubitos et dimidium. Citat Ar. etiam אמה וגמרא ex Erch. 11a, sed ibi nunc legitur וגבוהה.

גומדין *vela, velamenta faciei, quibus Arabes faciem contra frigus obtegere et munire solent:* הגומדין של ערבין velamenta Arabum, Kel. c. 29. Dicuntur ita, quod mensuram cubiti haberent in longitudine et latitudine, ut scribit B. Aruch.

נמזו נָמְזוֹ *nom. propr. urbis*, 2. Paral. 28, 18. Hinc quidam Nachum dictus fuit Gimso vel Gamsu, ut quidam volunt: Ti. scribunt de eo: אמאי קרו ליה נהום איש גם זו דכל מילתא דהוה סלקא ליה אמר גם זו לטובה, Id est, quare vocarunt ipsum Nachum, virum Gamso? propterea quod ad omnia, quae ipsi acciderant, diceret, גם זו „Etiam hoc cedet in bonum", Tan. 21a. Sanh. 108b.

גמזוזין, נַמְזוּזִין *fructus similis ficubus:* In ME. c. 1, v. 5. אכיל חד גמזוז comedit ficum unicam. In TH in Ms. legitur eodem sensu, נַמְזוּזִינְיָא, et in Schevuoth c. 3 corrupte גמרייה. B. Ar., גמזין. Aliter etiam vocantur בנות שקמה *filiae sycomororum*, in Dem. ab initio. Arabice נומיה est sycomorus.

גְּמָזִיוֹת *rami, virgulta succisarum arborum*, (ut fiebat anno septimo), *quae ex trunco succrescunt.* Sic dicitur de siliqua graeca et amygdalis, in Pes. 55 et Men. 71.

גמט גַּמַטְרִיָא Rabbinis est *kabbalae species, qua ex diversarum vocum aequali numero, eundem sensum colligunt.* Ortum videtur esse ex gr. γεωμετρία; vel potius συμμετρία, *proportio, dimensio aequalis.* Sic ex illis verbis; „Ecce ego adducturus sum servum meum צמח germen", Zach. 3, 8 colligunt, per צמח intelligendum esse Messiam, qui debebat appellari מנחם Menachem, consolator, juxta illud, „Et longe recessit a me מנחם consolator", i. e. Messias, Thr. 1, 16 ut id in Talm. explicatur, tractatu Sanh. 98. Jam literae vocis צמח in numero valent 138 totidem etiam vox מנחם. Cum itaque propheta dixit, adducam servum meum צמח, perinde est ac si dixisset, servum meum מנחם, qui erit Messias. Meminerunt Aben Esra et Kimchi in Commentariis in Zachariam. In eundem sensum Jon. transfert: et servus meus Messias manifestabitur. Gen. 25, 21. ותהר רבקה אשתו et concepit Rebecca uxor-ejus. Hic אשתו continet 707 totidem אש וקש. Nempe ביח יעקב אש וביח עשו לקש, Obad. v. 18. Reuchlinus kabalae l. 3. Veneta cum triplici Targum. Gen. 11, 1. ויהי כל הארץ שפה אחת fuitque universa terra labii unius. Hic שפה אחת valet 794. Totidem לשון הקדש. Veneta cum triplici Targ. Gen. 49, v. 10. יבא שילה veniet Schilo; valet 358 ideoque per gematriam artem idem est quod משיח, quae vox eundem numerum continet. Dum itaque dixit Patriarcha, donec יבא שילה venerit Schilo, perinde est ac si dixisset, donec venerit משיח Messias. Eundem sensum confirmat triplex Targ. in eum locum. Pl. legitur in Pirke abhos, in fine c. 3. הלכת תקופות וגימטריאות פרפראות לחכמה i. e. rationem tekupharum (solstitiorum et aequinoctiorum) et gematriarum nosse, res minutulae sunt ad sapientiam, at rationem rituum legis nosse, corpus est sapientiae.

גמי vide paulo ante in גמא.

גמל *retribuere, rependere, referre bonum aut malum:* Praet. גָּמַל טובא עליכי retribuit bonum tibi, Ps. 116, 7. Cum aff. דְּגָמְלָנָא יי quod retribuit nobis dominus, Jes. 63, 7. דגמלנון כרחמוהי qui retribuit ipsis secundum misericordiam suam, ibid. די גמלת לנא quam retribuisti nobis, Ps. 137, 8. ארי גמלתני טבתא ואנא גמלתך בישתא ecce tu retribuisti mihi bonum, et ego retribui tibi malum, I S. 24, 18. ארי בישתא גמלך quia malum retulerunt tibi, Gen. 50, v. 17. Part. ואם גְּמָלִין אתון קדמי et num retribuitis vos mihi, Joël. 3, 4. גברי גְּמָלֵי חסדא אנון viri exhibentes misericordiam isti sunt, I Reg. 20, 31. Fut. יְגָמְלָנִי יי retribuet mihi dominus, Ps. 18, 21.

גְּמָלָא, גְּמָלָא, גוּמְלָא, נְמָלָא *compensatio, retributio, remuneratio, beneficium, benefactum:* גמלא דידיהון יתחב להון retributio manuum ipsorum reddetur ipsis, Jes. 3, 11. דמשלם גמלא qui retribuit compensationem, Jes. 66, 6. הגמלא אתון משלמין קדמי an retributionem vos rependitis mihi, Joël. 3, 4. Cum aff. דישלם לך יח גְּמוּלִיךְ qui reddat tibi retributionem tuam, Ps. 37, 8. Pl. מרי גְּמָלַיָא dominus retributionum, Jes. 35, 4. Cum aff. אתיב גְּמוּלֵכוֹן reddam retributiones vestras, Joël. 3, 4. Fem. כל גְּמוּלָן טבן omnes retributiones bonae, Psalm 116, 12.

גְּמִילוּת *idem:* ולמרחם גמילות חסדא ut diligas retributionem benignitatis, Mich. 6, v. 9. ועבד גמילות חסדא et exercuit beneficentiam, Esth. 1, 2 in Targ. secundo. Ap. Ros. גמילות חסדים *beneficentia, beneficium, ultro et liberaliter praestitum.* Hoc consistit

vel in facultatibus vel in corpore. In facultatibus, ut in elecmosyna, in lytro gratuito captivorum, vestitu nudorum et similibus officiis, quae pecuniis et facultatibus praestantur. In corpore, ut visitatione et consolatione aegrotorum, conductione mortuorum ad sepulturam, frequentatione nuptiarum. Hinc in lege nec modus nec mensura est, ut dicitur in lib. talmudico פאה Peah c. 1. At beneficentiae pecuniariae a Rabbinis statutus est modus, ut nemo teneatur ultra חמישית מן הריוח quintam partem lucri suarum facultatum conferre. Si quis amplius faciat, tanto censetur beatior. Est autem גמילות חסדים tale officium et beneficium, pro quo nulla exspectatur retributio ab eo, cui exhibetur.

מגירה מְגֵירָה *serra.* Pl. במגיריא serris, Jes. 7, 20.

מגררת מְגֹרֶרֶת *strigilis, pecten:* מגררתא דכספא strigilis argentea, Sab. 147b. Erant pectines fricatorii, ad defricandas sordes corporis.

גרגר גַּרְגִּיר *granum* [128], *bacca, acinus:* גרגר מלח

[127]) Inest haec significatio huic radici et in arab. et in syr. lingua.

[128]) De parvitate dictum quasi *sorbitio, deglutitio,* quod una sc. deglutitione glutiri potest.

granum salis: חרין חלתא גרגרין duae tresve baccae, Jes. 17, 6. Const. גַּרְגְּרֵי חטיהון grana tritici ipsorum, Deut. 32, 14 in Jon. Ap. Tos. שני גרגרין פרט duo grana uvarum sunt particulare, Peah c. 6. גרגר יחידי granum (uvae) unicum, singulare, c. 7. Aliquando, ר mutatur in ל, ut in aliis: בפילפל ובגלגל טלח cum pipere aut grano salis, Sab. c. 6 in Misna. In gl. scribitur idem esse quod גרגיר. Item *cumulus, acervus:* גרגיר של צרורות acervus lapillorum, Schev. c. 3. Sic in glos. Barten. et Maim. per גל explicatur.

גַּרְגִּיר, גַּרְגֵּר herbae nomen, quam glossator talmudicus passim appellat ארונא, vel ארונא *eruca, herba salax et amara:* בזרא דגרגירא semen erucae, גרגר של אפר eruca juncetorum vel pratorum, Schev. c. 3. Maser. c. 4. Pro eo etiam dicitur גלגילא. Vide supra.

גַּרְגְּרַיִן *putens*[129], hebr. באר: ut, גרגרין דעאן puteus gregis, Esth. 1, 3 in Tg. sec. ex significatione גרגותא, de quo sup. in ordine גרג.

גַּרְגָּן *gulosus, vorax, epulo, comessator*[130]: גרגרן בבשרא vorax carnis, Deut. 21, 20 in Tg. Jon. Id hebraice dicitur זולל בשר, Prov. 23, 20. Ap. Ros.: השוחה כוסו בבת אחת הרי זה גרגרן וכו' ebibens calicem suum vice una, est gulosus: duabus, via terrae est, i. e. civile, politicum: tribus, eorum est, qui crassi sunt spiritus, i. e. rusticum, Pes. c. 7 in fine. Fem. גַּרְגְּרָנִיתָא *epulatrix, voratrix, luxuriosa, gulosa:* ארום הויתי גרגרניתא nam eram luxuriosa, hebr. יוללה, Thr. 1, 11. Pl. גַּרְגְּרָנִיוֹת gulosae: Una ex quatuor proprietatibus mulierum, juxta illud, „et accepit de fructu ejus et comedit", Gen. 3, 6. Br. s. 45. Vide in עצל.

גַּרְגֶּרֶת *fistula gutturis, guttur, fauces*, Chol. c. 2 in Misna. Pl. גַּרְגְּרוֹת.

גַּרְגְּרוֹת vide supra in גרג.

גָּרַשׁ גרש *expulit, ejecit: repudiavit.* גרושה mulier expulsa, repudiata: מגורשת idem.

גֵּרוּשׁ vel גֵּרוּשׁ *dimissio, ejectio: repudium.* Pl. גרושין repudia.

גּוּרְיְשָׁא[131] *crista galli:* והיא מנקרא ליה גורישיה et perforat cristam ejus, gl. ברבלחו, Jalk. Jobi f. 154b. גֵּירוּתָא גרת *nomen avis immundae*, Nid. 50b. Chol. 62, 2. Ibid. f. 109 b. In Ar. scribitur גוריתא.

גַּרְתִּיקוֹן *pulvis argentariorum, quo defricant et dealbant argentum: tartarus, lapis crescens in doliis vini*, Sab. 50a. Quidam *resinam* interpretantur, quae argento illita, idem praestat, ut autor Aruch notat. Vide קרטיקון.

גּוּשְׁמָא[132] גֶּשֶׁם Σῶμα, *corpus quantum et tractabile, suis dimensionibus constans.* Vide Aben Esram Jes. 44, 41. רתח לבי בגושמי ebulit cor meum in corpore meo, Ps. 39, v. 4. עַד מַה דיתמר בשרך וגושמך donec consumatur caro tua et corpus tuum, Prov. 5, 11. דמוביד גושמיה נכוראה qui perdit corpus suum crudelis est, Prov. 11, 17. בגישמיה לא corpore suo non liberabitur vel evadet, Jobi 20, 20. גושמהון בלא נשמתהון corpus illorum sine anima ipsorum, Job. 38, 14. לגושמהון דסכלי corpori stultorum, hebr. לגו tergo, Prov. 26, 3. Pl. emph. גּוּשְׁמַיָּא דאתמסיאו corpora, quae contabuerunt. Ps. 88, 11. Ap. Ros. גשם חי corpus vivum, sentiens: גשם נזון corpus vegetabile: הגשם החמישי essentia quinta: גשם המדבר corpus rationale: הצומח vegetans: הדומם silens, i. e. insensibile, inanimatum.

נִתְגַּשֵּׁם *incorporari, incarnari:* דיתגשם בבטן qui incorporatus, incarnatus est in utero virginis, Abarbenel Jes. 52, 13. ההתגשם האל incarnatio dei.

גַּשְׁמִי *corporalis:* ענשים גשמיים poenae corporales: אורך חיים הגשמיים בעולם הזה longitudo vitae corporalis in mundo hoc.

גַּשְׁמִיוּת, גְּשְׁמוּת *corporeitas.* Sic Judaei in quadam precatione dicunt de deo, אין לו דמות הגוף non est ei figura aliqua corporis, nempe, להרחיק ממנו הגשמות ad removendum ab illo corporeitatem. Sic dicunt בהסתלק הגשמות יסתלק המקום sublata corporeitate, tollitur locus. ביטול הגשמות abolitio corporeitatis: הרחקת הגשמות remotio, rejectio corporeitatis. Et Elias in rad. שכן: Quando hoc verbum ad deum refertur, transfertur, ut alias communiter, per שְׁרָה, sed adjicitur ipsi nomen שכינתא majestas, praesentia divina, ut Num. 5, 3 et 35, 34, nempe, להרחיק הגשמות ממנו ut removeatur corporeitas ab eo, ne, scilicet, putetur deus habitare in coelo, ut homo corporalis in sua domo.

הַגְשָׁמָה *incorporatio:* כי מאמין ההגשמה nam credit incorporationem, More l. 1, c. 76.

גַּשְׁמָה Ap. Tos. etiam sumitur pro *poste januae:* דלת דליית לה גשמה janua quae non habet postem, Erub. 101. Gl. בית קיבול לציר הדלת שהוא כמלבן.

---

[129]) Quasi trahens ad se, post se, vel secum, uti Arabum جرّ, quod pro nubibus, quasi molem aquarum *trahentes*, adhibetur, item جرّة *aqualis hydria* ferendae aquae proprium, ad quam vocem et autor B. Ar. supra s. v. גרגותני spectare videtur.

[130]) A repetitis et multiplicibus motibus, quibus spiritus huc illuc trahitur atque iteratur, ut Arabum غرغر Latinorum gargarizo, Germanorumque gurgeln.

[131]) Rectius per ש גורישא legeres, ut Latinorum sit crista קְרִישְׁתָּא mutata litera ק in ג elisaque ת, ut in voce sq. גשמנקא d. q. paulo post.

[132]) Syr. ܓܫܡܐ, arab. جسم, cujus origo observante Willmetio in premendo constipandoque, (arab. جسم, ut rem compactam densamque denotet.

נְשׁוּם *pluviosus*, ex significatione heb. נשם *pluvia*. Hinc שנה שחונה ונשומה annus calidus et pluviosus, Joma 53b.

נשף Hinc adducitur in Ar. אנגשפא, sed in Gem. legitur איכשפא. V. ergo כשף.

נוּשְׁפַנְקָא [133] *annulus, annulus signatorius:* ומהחתם בנושפנקא דמלכא et signatum annulo regis, Esth. 3, 12. ואעדי מלכא ית נושפנקיה et removit rex annulum suum, Esth. 3, 10. Ap. Tos. וליחתמי בשיתין נושפנקי et ad obsignandum sexaginta sigillis, Sab. f. 66b.

גּוּשְׁפָּקִי *gausape, gausapina, pallium aut vestimentum pluvioso tempori conveniens.* Sic citatur in Ar. ex Gitt. 70b. Sed ibi in T. legitur גלופקרי, de quo supra.

נשק גּוּשְׁקָרָא [134] *stupa serici*, Sab. c. 2, ab initio: item, *furfur, panis furfuraceus:* חיוורתא ליכא נושקרא איכא albus panis non adest, furfuraceus adest, Gitt. 56a. Jalk. 302c. Gl. הבינוני מן הקמח. Ar. scribit, arabice vocari כושקר.

נשר נְשַׁר, גְּשָׁרָא [135] *pons:* גשר רעוע pons ruinosus sive fractus: בנו ליך יח כל גשרך exstruxerunt tibi omnes pontes tuos, Ez. 27, 5. גשרי נהרותא pontes fluviorum ipsorum, Nah. 2, 6. Sic Ti. אגישרא דשביסתנא juxta pontem Schevistanae.

גְּשׁוּרָא Sic adducitur hic ab aliis. Sed in Gem. legitur כשורא: Vide כשר.

גשש נשש גְּשַׁשׁ et in Pihel נִשֵּׁשׁ [136] *palpare, contrectare explorandi causa, explorare:* ונגשה et contrectavit ipsum, Gen. 27, v. 22 in Tg. Jon.

Deinde גּוֹשֵׁשׁ *impingere:* בומן שהספינה נוששת quando navis impingit; quasi dicas, terram attingit vel contingit, Challa c. 2. Tale videtur esse, וְגָשְׁתָּ אלפא et incidit, impegit navis in locum bimarem, Actor. 27. Hebr. explicant נוגעה בנושי העפר.

נְשׁוּשָׁא, נְשׁוּשׁ *explorator.* Apud Tos. והאידנא דשכיחי נשושאי nunc vero, cum inveniuntur exploratores, non potest abscondi argentum in terra, Bm. f. 42, 1. נשוש של ספינה lignum exploratorium navis, quo scilicet explorant nautae profunditatem aquae, an navis transire possit, in Sab. 125b.

נְשִׁישׁ In Savim c. 3. נשיש של מטה Autor Ar. scribit: Quidam est נשיש? *omnis lectus, qui juncturas habet et divulsus est a se invicem*, habet certa quaedam ligna oblonga, quae continent lectum, horumque lignorum unum *contingit* alterum et vocantur נשישין. Sic etiam, scribit idem, vocantur ligna, quibus utuntur chirurgi, quando quis crus fregit aut brachium, quae fracturae imponunt aut quibus membra fracta includunt et constrigunt.

נַשְׁתָּא *palpatio, palpabile*, Sab. 107b. Videtur sumi illic pro cute crassa, quae facile palpari potest. Vide et Chol. 122b. B. Ar. scribit נשתא הוא משמוש העור אם הוא רך או אשון gischta est *palpatio cutis, num mollis sit an dura.*

נַשְׁתָּא *siphon, fistula*, qua vinum e dolio, exhausto spiritu ore, extrahitur, quomodo totum vas exhauriri potest, si altera pars fistulae fundum petat, *instrumentum aurigis et vietoribus notum.* Nostri homines appellant einen Weinbieb. Ap. Tos. הדוא גברא דאסיק חמרא בנישתא בת נשתא אחא אנח ידיה אנישתא אסירא לכוליה חמרא quidam vir ascendere fecit (e dolio) vinum per fistulam filiam fistulae, (h. e. siphonem ejusmodi, duplici fistula constantem, quarum una est in illo vase e quo vinum hauritur, altera in eo, in quod immittitur.) Advenit Christianus et contigit manu sua fistulam: prohibitum redditum est totum vinum (quod sc. in utroque dolio erat) As. 72b. Vide et in praecedenti radice.

נת נָת *torcular:* Pl. גְּתוֹת torcularia, בשעת הגתות tempore torcularium, h. e. vindemiae, בעת הבציר, Chag. c. ultimo in Misna.

Deinde נָת *strues lignea, quae refert formam torcularis.* Sic in specie ap. Tos. vocatur *locus sive strues illa lignea, in qua olim comburebatur vacca rufa*, de qua Num. 19, quia formam torcularis referebat, juxta Rambam et Bartenoram, Sebach. c. 13, ab initio in Misna B. Ar. explicat: גומא היא בקרקע צורת נת fossa est in terra, formae torcularis, quae destinata erat ad combustionem vaccae.

Tertio נָת est *nomen proprium loci.*

אף הגתיות נַתְיוֹת *mulieres calcatrices, torcularlae:* מאחורי קורים etiam calcatrices post trabes (torcularium scil.), Br. s. 71, ab initio. Gl. הגתיות כו' נשים הדורכות בנת אחורי הקורות של בית הבד gattijoth *sunt mulieres, quae calcant in torculari, post trabes torcularis.*

נית נִיתָא *pecus*, vide suo loco.

נִיתִי *vis, violentia, superbia.* Sic adducunt hoc loco et certe in Gem. Bk. 114, 1, legitur בניתי, sed in gl. בְּגַיוָתָא, quod rectum. Nempe דדייני בניוותא qui judicant cum superbia, i. e. superbe, arroganter, pro libitu, non secundum justitiam, quod est a נאה.

[133]) Per metathesin vocis σφράγις ortum, ut nonnulli volunt. Magis autem eorum placet sententia, qui vocem ex Persarum أَنْگُشْتَبَانَه ortam putant elisa litera ج, ut in arab. voce كُشْتَبَان, neglectaque litera ر, ut saepe.

[134]) Persarum est خشکار *choskar*, panis furfuraceus.

[135]) Arab. جِسْر a verbo جَسَرَ vel جَسُرَ *durus, asper fuit*, ut nonnulli putant. Ego ad verbum جَسَرَ *ligavit, colligavit* vocem referre malim, ut pontem littora fluminis colligantem denotet.

[136]) Arab. جَسَّ, syr. ܓܫ *tetigit, attigit; tangendo inquisivit, tactu exploravit.*

Abbreviaturae literae ג*.

ג'*: 1) גבורה *potentia, robur.* 2) גדולה *magnitudo, excelentia.* 3) גזירה *edictum persecutionis.* 4) שלשה *tres.* 5) גאולה redemtio. 6) גדול grossus Polonicus.

ג"א*: 1) גור אריה et 2) גנה אגוז *tituli librorum.* 3) גאולה אחרונה *liberatio postrema.* 4) גזירת אלהים *praedestinatio divina.* 5) גבורה אלהים *omnipotentia divina.* 6) ג' אמות *tres ulnae.* 7) ג' אלפים *tres millia.* 8) גלות אדם *captivitas inter Christianos.*

ג"ב*: גלות בבל *captivitas Babylonica.*

גב"ם*: מי גרסין בשר שמן מוריים *aqua fabarum, caro pinguis, salmuria.*

גב"ד*: טמלי חסדים, בישנים, רחמנים *benefactores, verecundi, misericordes.*

ג"ג*: הלה הלה הלה 1) *tres, tres.* 2) גרש גרשים *Geresch, Gereschaim.* 3) גזירה גדולה *decretum calamitosum.* 4) גבורה גדולה *magna potentia.* 3) ג' גדולים *tres Grossi.*

גג"ת*: הפארת, גבורה, גדולה *magnitudo, fortitudo, decus.*

ג'ד*: 1) גבאים דמתא *collectores eleemosynarum urbis.* 2) גזר דינו constituta ejus poena.

גד"ם*: גדולת מרדכי *nomen libri.*

ג"ה*: גיהנם *Gehinnom* i. e. *vallis Hinnom.* 2) גזרה השם *decretum dei.* Cum servilibus בג"ה d. q. supra in בג"ה; item מג"ה decreto, ordinatione dei. 3) גיד הנשה *nervus luxationis.* De eo multiplex disputatio ap. Tos. apud quos etiam peculiare caput est, in quo de isto nervo agitur. Illud abbreviate sic citare solent: ut בפ"גה in capite Gid hanasche. Disputatio orta ex nervo Jacobi lusato in lucta cum angelo. Genes. 32, 32. 4*) גרסת הגאון *explicatio excellentis doctoris.* 5*) גבורת השם *potentia dei.* 6*) גדולת השם *magnificentia dei.*

גה"ס*: 1) גרסת הספרים *explicatio librorum.* 2) גרסת הסופרים *doctrina doctorum* (Rectius vocem גרסי per *lectionem* redderes. Editor).

גה"ת*: גלילת התורה *involutio legum.*

ג"ז*: 1) גם זו *etiam hoc.* 2) ג' זהובים *tres floreni.*

גז"ד*: גזר דין decretum judiciale.

זג"ה*: 1) גזרת המלך *decretum dei.* 2) גזירת המלך *decretum regis.* 3) גזרת השמד *decretum excidii.*

גז"ל*: גם זו לטובה. Etiam hoc bona est. (Vide lexicon in גמז. Editor).

ג"ח*: גמילות חסד *retributio beneficentiae, compensatio beneficii, beneficentia, benemeritum:* vel גמילות חסדא quod chaldaice legitur Mich. 6, 9, vel גמילות חסדים. Intelliguntur opera charitatis, quae homo homini pietatis zelo et studio praestat. Illa sunt vel indefinita ex lege, vel definita. Indefinita, ut quae corpore praestat visitando aegrotos, sepeliendo mortuos, aut relinquendo angulum agri pauperibus, et similia. Definita, quae pecunia fiunt, ut est redemptio captivorum, vestitio nudorum, cibatio esurientium et similia. Vide Pea c. 3. 2)* גלגל חמה *orbis solis.* 3)* גזרת חרם *sententia proscriptionis.* 4)* ג' חדשים tres menses. 5)* גדר חכמים *sepes sapientum.* 6)* ג' חטיבות *tres partes.*

ג"ט: Apud chronologos sunt literae numeri. Nempe ג *tertia,* et ט *nona hora* sunt perpetuae ad constituendam Tekupham i. e. aequinoctium autumnale mensis sive Septembris. 2)* ג' טפחים *tres palmi.* 3)* טל"ב *sors bona.*

ג"י: גלילה יד *revolutio manus tuae.* Usus ejus frequens est in epistolis familiaribus, quas sic periphrastice appellant, quod literarum figurae, aut scriptio ipsa, revolutis ductibus perficiatur: קבלתי ג"י epistolam tuam accepi. 2)* ג' ימים *tres dies.* 3)* גאון יעקב *nomen libri.*

ג"כ: 1) גם כן *etiam sic, itidem, similiter, pariter.* Ubique apud Rabbinos obvium. 2)* גם כי *etiam si* 3)* גם כאן *etiam hic.* 4)* גט כריתות *litterae divortii.*

גל"ה* גלגל התחתון *fines inferiores.*

גל"ה ע*: גלילי העליון *fines superiores.*

ג"מ*: 1) גלה מצרים *captivitas aegyptica.* 2) גזרה מלכות decretum regni.

ג"ן*: 1) גט נשים *literae divortii.* 2) גלגל נשמות *revolutio animarum.* 3)* גן נעול et 4)* גזרן נתן titulae librorum.

ג"נת: גמטריא, נוטריקון, תמורה *gematria, notarikon, temurah.* Tres sunt artis cabalisticae partes, quibus multa arcana comprehenduntur. Est autem gematria vox corrupta ex gr. γεωμετρία, quia vocem ratione numeri, qui ejus literis continetur, considerat. Altera notaricon, ex latinorum *noto, notatio, notarius, notariacum,* et considerat voces per se significativas, ita ut singulae ejus literae aliarum quoque vocum notae et characteres sint. Tertia, temurah, hebraica est, idem quod *permutatio* a מור unde המיר mutavit, permutavit. Has breviter explicabimus et exemplis illustrabimus.

Gematria est pars cabalistica, qua diversae dictiones eundem numerum literis suis exprimunt, sic ut una per alteram secreto modo explicetur. Exemplum primum, „Nam ecce ego adducturus sum servum meum Tzemach", Zach. 3, 8. Quid aut quis Zzemach? צמח valet 138, totidem valet מנחם Menachem, consolator. Hoc autem nomen Menachem numeratur a Cabalistis et Talmudicis inter nomina Messiae (vide nostrum Lexicon Hebraicum, in Rad. נחם) unde cabalistice per Tzemach intelligitur illic Messias. Hinc paraphrastes Chaldaeus transtulit etiam משיחא Messias. Vide Aben Esram in hunc locum. Secundum literae vocum יבא שילה Veniet Schilo, Genes. 49, 10, valent 358, totidem valet vocabulum משיח. Unde, donec venerit Schilo, perinde est ac si dixisset, donec venerit Messias, quomodo Chaldaeus paraphrastes transtulit. Notatum in margine Pentateuchi cum triplici Targum. Tertium, apud Prophetam legitur, בחמה רגזתי הזכור. In ira

misericordiae recordare, Abac. 3, 2. Hic רחם valet 248, totidem אברהם. Perinde ergo est, ac si dixisset: In ira recordare Abrahami et foederis cum ipso initi. Quartum, ותהר רבקה אשתו et concebit Rebecca uxor ejus, Genes. 25, 21. Hic אשתו valet 707 totidem אש וקש ignis et stipula. Per אש autem designatur Jacob, per קש Esau, juxta illud: Erit domus Jacobi אש ignis, et domus Esau לקש in stipulam, Obad. v. 18. Ergo occulte innuitur superiori dicto, Rebeccam tunc concepisse Jacobum et Esavum. Quintum, כף אחת עשרה זהב מלאה קטרת acerra una decem aureor umplena suffita, Num. 7, v. 14. כף per se volam aut manum significat; ea innuitur תורה lex, quae data de manu dei in manum Mosis plena קטרת suffitu, i. e. מצות תרי"ג 613, praeceptis. Nam קטרת valet 613, si ק in quaternarum numerum ד per modum Atbasch convertatur. Dividitur autem tota lex Mosis in tot praecepta. Hujus meminit R. Bechai Exod. 24, in Parascha Mischpatim. Sextum, והכסף נתן לך et argentum dabitur tibi, Esth. 3, 11. Hic כסף tantum valet, quantum עץ lignum, nempe 160. Voluit ergo Assuerus occulte significare, futurum, ut paulo post ipsi lignum detur, i. e. de ligno seu patibulo suspendatur. Septimum, כושית Aethiopissa nigra, per Gematriam valet 737, tantundem יפת־מראה pulchra forma. Inde, האשה הכושית mulier pulchra, Num. 12, 1, de uxore Mosis. Vide illic interpretes. En inventum subtile, non crete quale pueorum in faba. Miror quare in Hascuni, Gen. 11, 1, notatum sit, שפה אחת labii unius, per Gematriam esse לשון הקדש linguae sanctae. Nam illud 794 hoc 795.

Notaricon est, quando literae singulae vocis alicujus significativae, singulas alias dictiones connotant: ut, מכבי Macchabaeus, notat quatuor voces frequentes, מי כמוך באלים יהוה quis sicut tu inter deos, o domine? Ex. 15, 11. גן עדן hortus voluptatis, notativum est apud cabalistas harum vocum. נצח, דעה, עצם, נפש, גוף corpus, anima, os, scientia, aeternitas. אדם i. e. מרה, דם, אפר pulvis, sanguis, fel. שופר tuccina, שטן ואין נגע רע Satan neque ullus occursus malus, sc. obveniet nobis, Aʺδαμ, i. e. ἀνατολή oriens, δύσις occidens, ἄρκτος septentrio, μεσημβρία meridies, cujus et supra meminimus. Haec omnia cabalistice, in egregios sensus extenduntur.

Temurah est permutatio, quando una vel duae dictiones in unam vel plures alias, per literarum transpositionem, aut qualitatis inversionem, transmutantur. Hinc quidam eam vocant הפוך inversionem, quod literae invertantur, et aliter collocentur, aut nomen in verbum vertatur. Hujus generis sunt, יהוה בעזך ישמח מלך o domine in fortitudine tua laetabitur rex, Ps. 21, v. 2. Hic. ישמח, per metathesin literarum, est משיח, quasi dicere voluerit: In virtute tua laetabitur rex Messias. Item, ילך מלאכי לפניך ibit angelus meus coram te, Ex. 23, v. 23. מלאכי Angelus meus, nempe transpositis literis, מיכאל Michaël. Item, חרם anathema, per metathesin, est רחם misericordia, et aliter רמח vox symbolica numeralis valens 248, designans numerum membrorum in corpore humano. Nempe, si is, in quem anathema fertur, resipiscat et ferio poenitentiam agat, tum pro חרם anathemate, consequitur רחם misericordiam. Si non resipiscat, tunc חרם anathema invalescit, et intrat in רמ"ח ducenta 48, membra ejus, totumque hominem perdit. Item, בלעם בלק Bilham Balak, per metathesin sunt עמק בלבל, i. e. vallis confusionis. Hinc fiunt anagrammatismi nominum propriorum apud Latinos. Vide porro de his tribus speciebus Reuchlinum libro 3. Cabalae; item Bibliandrum in Comment. de ratione communi omnium linguarum pag. 77.

ג"ע: 1) גן עדן *hortus voluptatis, Paradisus:* opponitur ei גה' i. e. גי הנם Gehenna. Cum servili, גורש אדם יש שני גע"עליון expulsus est homo ex Paradiso: item, ם"גע sunt duo Gan Eden, i. e. Paradisi, Superior et Inferior, i. e. גני והתחתון horti. 2) גלוי עריות revelatio pudendorum. Sic appellant incestum, vagam, portentosam libidinem, ex Lev. 18. Cum servilibus, בג"ע. Per incestum, לג"ע ad. Vide amplius in ש"ד. 3)* ג' עדים tres *testes.* 3)* גליל עליון *fines superiores.*

ג"ע"ג*: 1) ג' טל ג' tria super tria (quadratum scil., in quo longitudo aequalis est latitudini. Eodem modo de quove numero dici licet ad indicandam extensionem rei: ut ח"ע quadratus cujus unum latus est *octo.* Editor). 2) גב על גב *dorsum super dorsum.*

ג"פ*: 1) ג' פעמים *tribus vicibus.* 2) ג' פרשיות *tres parschijot.* 3) ג' פסוקים *tres versus.* 4) גט פטורין *libellus dimissionum* s. *repudii.*

ג"פ"ת*: תוספות, פירוש, גמרא Gemara cum explicatione Tosephoh.

ג"צ*: 1) גבאי צדקה *collectores eleemosynae.* 3) גר צדק *proselita* justus (Vide in גר).

ג"ק*: גרסת קנטרים *lectio quaternionis.*

ג"ר*: 1) ג רביעית *tres quarta.* 2) גזירת רומיים *fatum Romanum.* 3) גזירה רעה *fatum malum.* 4) גאולה ראשונה *liberatio prima.* 5) גרסת רבנים *doctrina Rabbinorum.* 6) גורם רעה לעצמו sibi *ipsi malum contrahens.* (Hoc rectius additio ל, גר"ל scriberes).

ג"ר"ש: גירסת רבינו שמשון *lectio, doctrina Rabbi Simeonis est.*

ג"ש: 1) גירסת שמואל *lectio, doctrina Samuelis:* מג"ש ex lectione Samuelis. Nomen insignis doctoris. 2) גזרה שוה *ratio par, argumentum a pari:* מג"ש a ratione pari. Est unus ex tredecim modis, quibus lex Mosis explicatur. Exempli causa: Deposuit quis in alterius custodiam vestem, furto abripitur a praedonibus. Hic מ"גש ab argumento a pari, neuter tenetur rem commissam folvere. Vide interpretes Exod. 22. 3)* גי שנים *tres anni.* 4)* ג' שבועות *tres septimanae.* 5)* גלגול שבועה devolutio juramenti in alium (scil. si de una re jusjurandum debitum est ut et de alia re juret. Vide lexicon in גלגל). 6)* גזירת שמים *praedistinatio coelestis.* 7)* גורל שוה *sors* s. *portio aequa.*

ג"ש"לכה*: גדול שמו לטוב כל הימים *nomen ejus ad bonum semper est magnum.*

ג"ת*: גזר הענין *constituit diem poenitentialem.* 2) ג' תרגומין *tres versiones, Chaldaicae* V. T. Onkelos et Jonathan.

ג"ת"ת*: גבאים תלמידי תורה *collectores esse debent docti*

ד[1]

דָּא דָּה דָּא *haec, ista: hoc, istud:* דא לדא hoc ad illud, Dan. 4, 6. דא מן דא haec ab illa, Dan. 7, 3. Respondet in Tg. hebr. וה et זאת, unde et ה ipsi praeponitur: ut, הָרָא וכנא hac vice, Gen. 2, 23. יהי ביתא הדין וקרתא הדא sit domus ista et urbs haec, Jer. 26, 9. בְּהָדָא sic, hebr. כואת, I R. 7, 37. לדא יתקרי huic vocabitur, Gen. 2, 23, hebr. לואת: Hinc fit compositum אֵידָא quae? vel הֵיידָא הַיְידָא ut, אידא שעה quanam hora? 1 R. 22, 24. Masculinum ejus est דֵּין vel דן, de quo suo loco. Huc pertinet ex dialecto hierosolymitana, לְיֵידָא propter quid? ליידא מילא propter quam rem? quam ob causam? Est pro לְאֵידָא vel לְאֵידָא, sicut alibi legitur לְהֵידָא מילא. Occurrit saepe in TH. et explicatur in gl. לאיזה דבר. Sic יְדָא et haec, i. e. זאת. TH. Sab. c. 1. והיידינו et quod nam est? Idem quod ואי זה הוא TH. Pes. 32c.

דְּאַב דָּאַב *moestum esse*, hebr. Pahel Part. מְדָאֲבָן moerore afficiunt illum, Prov. 18, 8.

דָּאִיב vide infra in דוב. In Targ. tamen hieros. legitur וּדְאַב נפש et moerorem animi, Deut. 28, 65. pro hebr. ראבון.

דְּאָבָה *moeror, moestitia*, Jobi 41, 13, hebr. דַּאֲבוֹנָא hebr. דַּאֲבוֹנָא et contracte דְּבוֹנָא chald. *idem:* חדיך דאבונא exsultabit moeror, Job. 41, 13. עיקתא ודבונא אשכח angustiam et moerorem inveniam, Ps. 116, 3, hebr. יגון: Regia דְּוֹנָא מדבונא prae moerore, Ps. 119, 29, hebr. מחוגה. V. et דוה.

דְּאַג דָּאַג hebr. *solicitus, anxius fuit.* דְּאָגָה *solicitudo, anxietas, cura.* Rab. אל תתן דאגה בלבך ne dedas cor tuum moerori: multos enim occidit moeror.

דִּיאָטֵרִיטָא דיאט vide infra in דיט.

דְּאִין דָּאִין, et similia hujus formae, vide in דוך דון, et ubi media radicalis est Vav.

דְּאוּמָטִיקוֹם דאם. Sic ponit hoc loco Philippus Aquinas, ex Vr. s. 19 et explicat *laborantem oculis*, gallice morfondu. Locus ita habet: בעצלתים יסך המקרה „propter pigritias infirmatur contignatio", Eccl. 10, 18. על ידי שהאדם הוה מתעצל לכסות את ראשו כראוי יסך המקרה הרי הוא נעשה דאומטיקום, i. e. quando homo prae pigritia caput suum non tegit prout decet, tum infirmatur contignatio, h. e. fit דאומטיקום. Glossator explicat כפוף ראשו caput ejus fit incurvatum. Neuter etymologiam vocabuli est assecutus. Est gr. ῥευματικός *rheumaticus*. Unde scribendum non per Daleth, sed Resch ראומטיקום.

דָּאַר דָּאַר[2] *arare:* דארו דאריא ararunt aratores, Ps. 129, 3. Pravum videtur, et Regia habent דְּרוּ דָּרְיָא, quod melius. Nam et Am. 9, 13, legitur דריא aratores.

דואר *species testudinis vel bufonis.* In Sr. s. 15. מין צב הוא gl. ועזע את המדבר והראהו את הדואר. Vide aliter infra in דור.

דְּאָת דָּאַת *herbascere:* Fut. ex Aphel, תְּדַאֵי ארעא דתאה herbascere faciat terra herbam, hoc est proferat, producat, hebr. תדשא, Regia תְּדַאֵי: contractum est. Nomen enim integrum est דתאה, pro hebr. דשא, commutatis ש et ת, aut ת ad finem rejectum euphoniae causa. At דְּאִית vel דָּאַת quod legitur Prov. 12, 12 pro hebr. חמד desideravit, pravum est pro ראג, רגג, quod hebr. חמד passim respondet.

דָּב דב. Male hic ab aliis ponitur pro *insidiari*. Nam quae ex T. citantur, leguntur per ר, et sunt a רכה. Pro *fluere*, vide in דוב.

דְּבָא דָּבָא *apportare, affluere facere*[3]: Legitur in Jalk. f. 312 et Vr. s. 35, ad illud וכימין דבאך Deut. 33, 25. שכל ארצות דובאות כסף לארץ ישראל quia erant omnes terrae apportantes argentum in terram Israëlis, eo quod benedicta est in fructibus et omnes terrae sustentantur ex ea. Adducitur hoc idem a R. Sal. citato loco.

דְּבַב דָּבַב hebr. *loqui*. Part. דוֹבֵב שפתי ישנים loqui facit labia dormientium, Cant. 7, 9. Hinc dicunt Ti. כל תלמיד חכם שאומר דבר שמועה מפיו בעולם הוה שפתותיו דובבות בקבר discipuli sapientis, qui dictum aliquod insigne et celebre dicit in hoc mundo, ejus labia loquuntur quoque in sepulchro, sicut dicitur, דובב שפתי ישנים, Cant. 7, 9. Talm. Jev. 97a. Bech. 31b. Sanh. 90b. Gl. דובבות לשון[4] נעו דבר שמרתיח ומבעבע.

---

[1]) ד syr. ܕ quarta est litera alphabeti apud Hebraeos, Chaldaeos atque Syros et inde *quatuor* in numeris. In pronuntiatione respondet Persarum Arabumque ذ, ponitur vero saepissime et pro ز, quod per ד et ס *dsal* pronuntiatur. Hinc et Graec. ζ, quasi cum σ compositam dentalem per ד restituere solent. Uti Hebraeorum שׁ ex אֲשֶׁר, ita et Chaldaeorum דִּ ex pron. relat. דִּי ortum frequens in usu est: 1) pro ipso pron. utrius generis ac numeris *qui, quae, quod:* ut מאן דאמר *is, qui dicit*; unde et 2) nota genitivi est כמא דחמר *poculum vini.* 3) adhiberi solet pro Latinorum *acc. c. inf., ut* atque *quum, ibi* et *postquam*, ut ex permultis exemplis videndum.

[2]) Syr. ܐܪ̈ܳ, ܐܪ̈ quod gr. est ἡ ἄρις a ἀρόω *verbero*, ut *pugnatorem, adversarium* et *antagonistam* denotet.

[3]) Syr. ܐܒ̈, quod affine esse videtur hebr. זוב araboque ذاب *fluxit*, propr. *liquefactum fluxit.*

[4]) Inest quidem haec notio *movendi* sc. *vibrandi* לשון נוע, ut habet glossator, plerisque in דב sonantibus verbis, praecipue si res *flexibilis vibrando tremuloque motu sonum reddit.* Sic דִּבֵּר in Piel efficit, ut sonum reddat aer *vibratus* i. e. *locutus est*, ut, „vox vibrata in auribus" apud Senec. permultaeque aliae sententiae Latinorum, in quibus verbum *vibrare* de sonu edito adhibetur. Unde fit, ut hoc verbum et de tota oratione et de unica voce adhibere soleant Hebraei, item nec nisi de voce elata tantum ac quae audiri potest usurpent.

דְּבָבָא *odium, inimicitia:* בעיל דבבא *dominus vel autor inimicitiae*[5], i. e. *inimicus, hostis.* Sic vocabulum אויב in Tg. plerumque redditur, nec דבבא hoc sensu absque בעל reperitur: ונבוזראדן בעיל דבבא et Nebusaradan inimicus, Thr. 4, 12. כבעל דבבא sicut inimicus, Thr. 2, 4. תבעין סעיד מבעל דבבא petes auxilium ab inimico, Nah. 3, 11. Cum aff. עד אן יחרם בַּעַל דְּבָבִי quousque efferet se inimicus meus contra me? Ps. 13, 3. יח בעל דְּבָבֵיהּ inimicum suum, I S. 24, 20. Pl. לְבַעֲלֵי דְּבָבִין הוֹן לי in inimicos fuerunt mihi, Ps. 139, 22, et מן בעלי דבבא ab inimicis, Ps. 68, 24, et ודיי ובעלי דְּבָבַיָּא et inimici domini, Ps. 37, 20. ובעלי דבבי et inimicos meos, Ps. 18, 41. משיזבי מבעלי דבבי liberans me ab inimicis meis, ibid. v. 49. מכל בעלי דבבך ab omnibus inimicis tuis, Deut. 25, 19. יתבדרון בעלי דבבוי dispergantur inimici ejus, Ps. 68, 2. מבעלי דבביכון ab inimicis vestris, Num. 10, 9. מיד בעלי דבבנא e manu inimicorum nostrorum, I S. 4, 3.

דְּבָבוּת, דְּבָבוּ *idem:* ודבבו אשוי ביניך et inimicitiam ponam inter te, Gen. 3. 15. בלא דבבו sine inimicitia, Num. 35, 22. דבבות עלם inimicitia saeculi, i. e. perpetua, Ez. 35, 5. בעל דבבו *inimicus*, vel substantive *inimicitia*, Jes. 14, 21. בַּעֲלַת דְּבָבוּת *inimica:* לא תחדין בעלת דבבותי ne laeteris inimica mea, Mich. 7, 8, sic enim cum R. Davide legendum pro לא תחדון בעיל: nam in hebr. est אל תשמחי איבתי. Sic legendum v. 10. ותחזי בעלי דבבותי et videbit inimica mea. Per aphaeresin etiam quandoque reperitur בָּבוּ, quod vide in litera Beth.

דָּבוּב *inimicus, hostilis:* שני לגיונות קשין דבובין זה לזה duae legiones fortes inimicae sibi invicem. Citat Ar. ex Pesikta. Legitur in MC. c. 3, v. 11.

דְּבוּבָא, דִּבְבָא *musca*[6], hebr. זבוב: היך דבובא sicut musca, Eccl. 10, 1. Pl. דסגיאין כִּדְבוּבַיָּא quorum multi sunt, ut muscarum, Jes. 7, 18. וכל דבבי et omnes muscas, Deut. 14, 19 in Joh.

דָּבָה *fama*, sed in malum, ut hebr. *infamia:* יח דבהון בישא famam eorum malam, Gen. 37, 2.

דָּבָא, דּוּבָא, דּוּבָּא *ursus:* כדוב תכל sicut ursus orbatus, II S. 17, 8. דובא מכמן ursus insidians, Thr. 3, 10. ותורחא ודובא vacca et ursa, ubi perperam est ודיבא, Jes. 11, 7. ודובא מצריח et ursus clamans, Prov. 28, 15. Pl. ותפקא חרתין דּוּבִּין et egressae sunt duae ursae, II R. 2, 24. Ceterum ב legitur fere absque dagesch: praestaret cum dagesch, juxta formam hebraicam.

דִּבְרְנָיוֹת דבד[7] *cerasa*, i. e. ציראסי, ut scribit autor Ar.: aut juxta alios, *uvae, botri uvarum*, As. 39, 2. Misna 7. Alias cerasa dicuntur גרגריות, ut suo loco videre est. Quidam arabicum putant.

דָּבַח דבח *sacrificare.* Factum ex hebr. זבח. Pract. דָּבְחָה יצרא בישא qui sacrificat figmentum malum, Ps. 50, 23. Part. ותהי דַּבַּח et eris sacrificans, Ex. 20, 24. Pl. די אנן דָּבְחִין quae illi sacrificant, Lev. 17, 5. דבחין לעובד ידי אנשא sacrificant operi manuum hominis, Hoseae 13, 2. Fut. לך אֶדְבַּח דבח tibi sacrificabo sacrificium, Ps. 116, 17. אדבח קדמך sacrificabo coram te, Ps. 54, 8. Pahel דַּבַּח *idem.* Praet. די דַבְּחוּ quae sacrificarunt idolis Cananaeorum, Ps. 106, 38. לטעון דבחו idolis immolarunt, Hos. 12, 11. Part. על בטחא הוא מְדַבַּח in excelsis immolabat, I R. 3, 3. Pl. מְדַבְּחִין sacrificantes, ibid. v. 2. Fem. וּמְדַבְּחָן לטעוהין et sacrificantes idolis suis, I R. 11, 8. Infin. לְדַבָּחָא לעגליא ad sacrificandum vitulis, I R. 12, 32. לדבחא קדם יי ad sacrificandum coram domino, I S. 15, 15. Cum aff. בְּדַבָּחוּתֵיהּ יח דבחיא cum offerret sacrificia, II S. 15, 12. Fut. וְנִדְבַּח קדם יי et sacrificabimus domino, Ex. 8, 27. נדבח קדם אלהנא sacrificabimus coram deo nostro, Ex. 5, 8. תזדבחון קדם יי et sacrificabitis coram domino, Ex. 8, 27. Ex forma Aphel est מַדְבַּח *sacrificans*, Hos. 6, 6.

דִּבְחָא *sacrificium:* מן דבחא prae sacrificio, Pr. 21, 4.

---

minime vero de voce cogitata seu non elata (modo verbi אמר, quod pro cogitare אמר בלבו dixit in corde suo), dici liceat. Item significat hoc verbum *ducere* i. e. efficere, ut aliquis *moveatur*. Ita et plura alia vocabula hujusce etymi invenies, quae ad notionem vibrandi ac movendi referri possunt, uti sunt: דֶּבֶר pestis, morbus quidam, qui per aërem *vibratur*, pestilentia, (ut de eo morbo in Psalmis 91 verbum הלך ire, *se movere* adhibetur); דִּבְרוֹת *rates*, synecdoch. de gubernaculo, quo aquae maris fluminumque *vibrantur*, (vide Boch. Phal. p. 820); item מדבר desertum de fatis morganis, quae in aere *vibrantur*, dictum et דָּבָר denique, quod *pascuum* et *stabulum*, quae sonu pecudum se *moventium* strepitant, denotat, uti haec vox (in Micha 2, 12) cum voce המה *cum strepitu tumultatus est, strepuit, tremuit*, jungitur. Geminata litera ב, ut pleraque verba geminata, *intensionem* actionis *vibrandi* denotat, ut: דבב vehementius, quam opus est, aërem sonu *vibravit* i. e. *garrivit confabulatus est* neque nisi sonum attulit carentem omni sensu, ut ex nomine דָּבָה quod stultitiam denotat, videndum. Hinc vox דָּבְרָא pro *inimicitia* in chald. lingua, in cujus verbis videlicet nil veritatis nisi ipse sonus remanet, adhibetur. Porro de utrisque his verbis, de דבר nempe atque רבב, nomen formatum est pro insecto, quod *vibrando* aëre sonum edit, uti est apis a דבר et *musca* a זבב Inserto denique adjunctove א statum facile *flectendum movendumque* hoc etymon denotat, uti sunt: דאב *dolor, moeror* et דבא *senectus.* Cf. praeterea ירעת שלמה Salomonis Pappenheim in ירעה secunda et Willmetii lex arab. in نَبَّ et نَبَّ.

[5]) Unde nomen בעל זבוב de *mala cupiditate* daemoneque malo *Baal-Zebub* (vide notam praecedentem) ortum videtur, quae etymologia nominis Baal-Zebub magis placet, quam ea a nobis ipsis supra data. An et nomen idoli Akronitarum huc referri possit, quaerendum, nisi dicas pristinam dei cogitationem apud homines ex timore ortam esse, i. q. jam supra sub rad. אנש docuimus. Cf. praeterea in רחלא.

[6]) Vide in דבב. [7]) Cf. an. nost. supra p. 18 notam 46.

עלחא ודבח holocaustum et sacrificium, II R 5, 17. Pl. אתר די רכחין דְּבְחִין locus, in quo sacrificant sacrificia, Dan. 6, 3. Const. לְדִבְחֵי טעוחהון sacrificiis idolorum suorum, Num. 25, 2.

מַדְבַּח, מַדְבְּחָא *altare*, quasi *sacrificatorium* dicas: מדבח רב altare magnum, Jos. 22, 10. מרבחא altare, altare, I R. 13, 2. ותעבר ית מדבחא et facies altare lignorum Schittin, Ex. 27, 1. על מדבחא super altari, Gen. 8, 28. מרבח אדמחא altare terrae, terreum, Gen. 20, 24. מדבחא דנחשא altare aeris, aereum, II R. 16, 15. Cum aff. על מַדְבְּחִי super altari meo, Ex. 20, 26. Pl. שבעא מַדְבְּחִין septem altaria, Num. 33, 1. יח מַדְבְּחָךְ altaria tua, I R. 19, 10. Et fem. מַדְבְּחָתָךְ Ps. 84, 4.

דבך נְדְבַּךְ[8] *ordo, strues, series lapidum: paries, maceria:* נדבך על נדבך ordo super ordine, hebr. אבן על אבן, Hag. 2, 15. Pl. נְדְבְּכִין די אבן גלל ordines, strues murorum ex lapidibus magnis, Esr. 6, 4. נְדְבְּכִין עבידין להון parietes facti erant ipsis in circuitu, Ez. 46, 23 שבעה נדבכין septem strues, Zach. 4, 10. Emph. מלרע לִנְדְבְּכַיָּא sub ordinibus lapideis istis, Ez. 46, 23. Ap. Tos. ומצא נדבך אבנים et invenit struem lapidum, Sab. 125b. Haec in Ar. adducuntur in רבג et scribuntur מרבג. V. de hac voce Rambam in Mischnajoth Kel. c. 20, s. 5.

מַדְבֵּךְ *idem:* מדבך של אבנים, suc. c. 2 in princ.

דבל דְּבִילָא, דְּבִילְתָא[9] *palatha, massa ficuum vel caricarum:* ויהבו ליה בילם דבלתא et dederunt ei libram palathae ficuum, I Sam. 30, v. 12. וכנשו חמרא ודבילתא סני לחדא et collegerunt vinum et palathas ficuum multas valde, Jer. 40, 12, hebr. יין ויקיץ vinum et aestivos fructus: יסבו דבלת חינין accipiant palatham ficuum, II R. 20, 7. R. Sal. scribit hoc loco: quando ficus sunt recentes; vocantur תאנים: quando vero comprimuntur in massam rotundam, דבילה. Cum aff. ויח דְּבִילָתִי שפירתא et ficus meas bonas, hebr. וחנובתי, Jud. 9, 11. Sed וּכְרִבְלָא מתאנה sicut palatha ex ficu, Jes. 34, 4; in Venetis pravum est pro נְבְלָא deciduum. Nam in hebr. נוֹבֶלֶת. Pl. ומאה מנן דְּבָלְתָא et centum libras palatharum, II S. 16, 1, hebr. ומאה קיץ. Sic ומאתן מנן דבלתא I S. 25, 18. Ap. Tos. הריני נזיר מן הגרוגרות ומן הדבילות voveo me velle abstinere a caricis et a palathis, Nas. c. 2. דאכל דבילה קעילית qui comedit palatham Kehilaeam, Joma 76a.

דבלא, דְּבְלָא *olus.* Vide in גרד, גרידא.

דבל דְּבַל[10] *tenue:* unde סוכה מדובללת tugurium tenue, nempe ex paucis ramis factum, ideoque multum aëris et lucis transmittens, Suc. 22a, ubi de tuguriis agitur, quae Judaei mense Septembri incolunt: נמר מדובלל בכשר pardus tenuis carne, macilentus. Bech. 25a.

דבנא דִּבּוֹנָא vide supra in דאב.

דבק דָּבַק[11] *haerere, adhaerere, cohaerere, conjungi, conglutinari*, ut hebr. Praet. דְּבְקַת לארעיח גובא מעיננא adhaeret infimae foveae venter noster, Ps. 44, 26. ובבשרי דבקת גרמי et carni meae adhaeret os meum, Job. 19, 20. Part. ואית רחמא דָּבַק מן אח et est amicus conjunctior, quam frater, Pr. 18, 24. Pl. דָּבְקִין cohaerentes, Dan. 2, 43. Fut. ולא יִדְבַּק בידך et non adhaerebit manui tuae quicquam de anathemate, Deut. 13, 17. וידבק באחתיה et adhaerebit uxori suae, Gen. 2, 24. תִּדְבַּק בך adhaerebit tibi, II R. 5, 27. תדבק לישני למוריתי adhaereat lingua mea palato meo, Ps. 137, 6. תדבקון adhaerebitis, Jos. 23, 8. ותדבקון בשאר עממיא et adhaerebitis reliquis gentibus, v. 12. וידבקון בך et adhaerebunt tibi, Deut. 28, 60. Ithpehal אִדְבַּק *idem:* אדביק למוריני adhaeret palato meo, Ps. 22, 16. וְאִדְבָּק בדחלתא דיי et adhaesit timori domini, II R. 18, 6. אדבקת נפשי adhaeret anima mea legi tuae, Ps. 63, 9. ורות אחדבקת בה et Ruth adhaerebat ei, Ruth 1, 14. אדבקת בדהדותך adhaesi testimoniis tuis, Ps. 119, 31. ואתון דאדבקתון vos autem, qui adhaesistis, Deut. 4, 4. Jon. et Regia habent דְּדַבַּקְתּוּן ex Kal. Part. כמא דְמִדְבַּק זרוא sicut adhaeret cingulum, Jer. 13, 11. Aphel אַדְבִּיק *assequi, apprehendere, comprehendere, conjungere.* Praet. ואַדְבֵּיק יתיה et attigit eum, Gen. 31, 23. הלא אדביקו אבהתכון nonne assecuta sunt patres vestros, Zach. 1, 6. אדבקוהי assequebantur eum, II S. 1, 6. אדביקו נכסין assecuti sunt facultates, Ps. 73, 12. אדביקו לי כשדאי assecuti sunt me Chaldaei, Cantic. 5, 7. Part. pass. ולישנך מַדְבָּקָא et lingua tua conjuncta est (sc. faucibus) ad loquendum falsitatem, Ps. 50, 19. מדבק עובד כבש adjunctum erat opus extensum, I R. 7, 29.

דבק דָּבֵק, דָּבוּק *adhaerens, conjunctum.* Apud grammaticos est *nomen cum alio nomine constructum, in regimine alterius nominis positum:* מלין דבוקין vocabula constructa. Hinc י"ג מלין דבוקין בקמץ tredecim dictiones constructae desinunt in Kametz, Ex. 15, 2 in Masora, ad ותסרת.

דבק דָּבַק, דַּבְקָא *gluten, glutinum: viscus, viscum: ferrumen: junctura, commissura, cohaerentia:* סלקביל דבקא e regione cohaerentiae, I R. 7, 20. על דבקא

[8]) Nonnulli ad rad. נדף, cui, ut volunt, in aethiop. lingua notio inest conjungendi, vocem vertunt. Scribitur autem etiam per מ, מדבך, unde liquet מ et נ serviles literas esse radici דבך = דבק, quae *cohaerere, conjungere* significant, praepositas.

[9]) Syr. ܦܘܟܐ et arab. دَبَلَ *in unum coegit*, idque *rotundiore forma.*

[10]) Arab. دَبَلَ *contusus fuit, languit, diminutus, debilitatus fuit* geminata tertia radicali ل ad indicandam intensionem.

[11]) Arab. دَبَقَ, syr. ܕܒܩ, quae significationem habent eandem.

חקץ הוא glutino conjungit illud, Jes. 41, 7. Pl. בין שריתא דָּבְקֵי inter juncturas loricae, I R. 22, 34. Pro *visco* vide in T. Chol. 21a.

דִּבּוּק *adhaesio, adjectio, conjunctio:* עובד דבוק opere adjectionis vel adhaesionis, I R. 7, 30. בדיבוק חבירים in collegio sociorum, condiscipulorum, Rab.

מְדֻבָּק *idem:* ibid. v. 36. Item *axilla, quasi junctura brachii cum corpore:* ut, תחות מדבקי ידך sub axillis manuum tuarum, Jer. 38, 12.

הַדְבָּקָה *idem,* apud Rabbinos.

דְּבָקוּת *idem:* יהיה דבקותנו בשם erit conjunctio nostra cum deo, R. Levi Pr. 3. *Constructio,* apud grammaticos.

דבר דָּבַר [12] *ducere, abducere, agere, ductu certo regere, gubernare: capere, abducere, sumere abducendi causa.* Hoc modo respondet hebraeo לקח, quando ad hominem refertur: priori modo verbis נהג et נחה. Praet. ויי דָּבַר רוח קדומא et dominus adduxit ventum orientalem, Ex. 10, 3. יתי דבר me duxit, Thr. 3, 2. ודבר יי et assumsit dominus, Gen. 2, 15. ודבר אבימלך ען et accepit Abimelech pecudes, Gen. 20, 14. ודבר ית כל ניתוהי et abduxit omnes pecudes suas, Gen. 31, 18. ודברת אחתא et sumpsit mulier ista, Jos. 2, 4. ודברתא ית בנתי et abduxisti filias meas, Gen. 31, 26. דברתנא sumpsisti nos, Ex. 14, 11. ודברת ית אבוכון et assumsi patrem vestrum, Jos. 24, 3. Imper. דָּבַר לך cape tibi, Gen. 14, 21. דבר כען ית ברך sume nunc filium tuum, Gen. 22, 2. דבר ואזיל duc et vade, II R. 4, 24. ודברו ית אבוכון et accipite patrem vestrum, Gen. 45, 18. Infin. לְמִדְבַּר ית דוד ad accipiendum Davidem, I S. 19, 14. ולמדבר ית חמרנא et ad accipiendum asinos nostros, Gen. 43, 18. Fut. וְאֶדְבְּרִנֵּיהּ et accipiam eum, II R. 6, 13. מן מדבחי תדברנה ab alteri meo sumes eum, Ex. 21, 14. Pahel דַּבֵּר *idem:* Praet. וְדַבַּר בעושניה et duxit fortitudine sua austrum, Ps. 78, 26. דברני qui accepit me, Gen. 24, 7. דברני שובנני assumit me, liberat me, Ps. 18, 17. ודבריה לחקל סכותא et duxit eum in agrum speculationis, Num. 23, 14. ודברנון et accepit eos, Gen. 32, 23. ודברת שרי et accepit Sarai, Gen. 16, 3. דַּבְּרוּ duxerunt, I S. 30, 20. דברת היך ענא עמך duxisti sicut pecudem populum tuum, Ps. 77, 21. Part. יהי מְדַבַּר להון erit ducens ea, Jes. 11, 6. Infin. cum aff. לְדַבָּרוּתְהון באורחא ad ducendum eos in via, Ex. 13, 21. Imper. דַּבַּר ית עמא duc populum, Ex. 32, 34. יי דבר יתי domine duc me, Ps. 5, 9. דַּבְּרוּהִי accipite eum, I R. 20, 33. Fut. וְאַדְבְּרִנָּךְ מתמן et accipiam te inde, Gen. 27, 45. ידבר ית בניכון filios vestros accipiet, I S. 8, 13. ידבר כלכא דאתור sic ducet rex Assyriae, Jes. 20, 4. ויבר ית אחוכון et adducat fratrem vestrum, Gen. 42, 16. ומתמן יְדַבְּרִנָּךְ et inde assumet te, Deut. 30, 4. יְדַבְּרִנּוּן ducet eos, Jes. 49, 10. ונדבר ית ברתנא et accipiemus filiam nostram, Gen. 34, 17. Aphel part. דְּמַדְבַּר היך ענא ארונא דיוסף qui duxit tamquam gregem arcam Josephi, Ps. 80, 2. Pl. מַדְבְּרִין ית עגלתא חדתא ducebant plaustrum novum, II S. 6, 3. Fut. אַדְבְּרִנָּא ביומי טליותנא ducam te, Cant. 8, 2. יַדְבְּרִנָּךְ ducit nos in diebus pueritiae nostrae, Ps. 48, 15. די יַדְבְּרִנָּךְ ad quas ducet te, Deut. 28, 37. וידברנך יי חמרא et ducet te dominus jugiter, Jes. 58, 11. דיתמי ידברון asinum pupillorum ducent, Job. 24, 3. הנון ידברוני illa deducent me, Ps. 43, 3. ידברנון שנאיהון educent eos hostes ipsorum, Am. 9, 2. וידברנון עמטין et accipient eos populi, Jes. 14, 2. Ithpehal הוא בחוביה אִתְדַּבַּר ipse in iniquitate sua captus est, Ez. 33, 6. Ithpahel ואתדַּבַּת אסתר et ducta est Esther, Esth. 2, 8. ואדברת אתתא et ducta fuit mulier, Gen. 12, 15. דאנא מדבר מלותך quod ego assumar de te, II R. 2, 10. עד דלא אדבר מלותך antequam assumar de te, ibid. v. 9.

דָּבָר *verbum: res, negotium: aliquid, quicquam,* hebraice et rabbinice: דבר על *propter rem, propter, causa, ratione.* Ap. Tos. דבר אחר *res alia, res peregrina,* ἄλλοτοτον. Sic honestatis causa tecte de variis rebus id usurpant: ut, אוכלי דבר אחר פסולי לעדות comedentes rem aliam, inepti sunt ad testimonium, Sanh. 26b, gl. rem aliam, i. e. *eleemosynam publicam Chistianorum.* Suspecti enim sunt de corruptione. Vide ibi. פגע בדבר אחר קשה לדבר אחר qui incidit in rem aliam, periclitatur de re alia. Primum de *porco,* alterum de *lepra* intelligendum, qua ut sues affectae sunt, ita quoque eos afficiunt, qui ipsis vescuntur, Sab. 129b. V. ibi R. Sal. et infra in rad. חזר, חזיר. De lepra usurpatum etiam legitur in Pes. 112b, et in Git. 70a. עבד ליה להאוא נכרי לדבר אחר ואיתסי fecit illud isti gentili ad rem aliam, et sanatus est, gl. דבר אחר חוטראנא ad lepram: porcus maculatus, sive punctis latis respersus, quod hebraice טלוא dicitur, Sab. 110b. אמר רבן גמליאל בשלושה דברים אוהב אני את הפרסיים הן צנועין באכילתן וצנועין בביית הכסא וצנועין בדבר אחר dixit Rabban Gamaliel: propter tres res amo ego Persas, modesti sunt inter edendum: verecundi sunt in loco secreto: verecundi in re alia, Ber. 8b. בית הכסא vocatur locus, in quo venter exoneratur, cui rei natura pudorem adjunxit, ut in loco tecto fiat et secreto, unde et nos *locum secretum* vocamus: in re alia, i. e. בחשמיש in coitu, usu et ministerio lecti conjugalis: Hinc etiam dicunt, חלה ליה קורא לדבר אחר ואיהו דידיה עביד appende tenerum palmae porco, is quod suum est, faciet, ibid. 43b. Sententia proverbialis est, qua dicitur, suum cuique esse pulchrum, suum cuique opificium placere, suam quemque artem delectare, ita ut etiam coriarius in sordido suo opificio voluptatem capiat. Id deus hominibus sic implantavit, ne ullum opus hominum vitae necessarium inter homines desideraretur. Sic suis opificium volupe est, se in luto volutare, aut excrementa comedere. Utut ergo sus lota et mundis rebus ornata sit, aut delicatus cibus ei praebeatur, tamen in luto se volutabit, aut in excrementa incidens ea comedet.

[12]) Pleraque ad hanc rad. pertinentia vocabula vide in רכב.

Sic enim est natura ejus ואומנותו et opificium ejus. In Ar. in קר quarto citatur et explicatur: appende tenerum ramum palmae sui, ut sc. eum comedat, והוא לרידיה אויל ea tamen ad id, quod ejus proprium, abit et comedit excrementum. Homines vitiis dediti, etiam gravissime moniti, ad vitia sua relabuntur, quia ea pro virtutibus habent et illis delectantur, tanquam pulchro opificio. Rabbini pluraliter forma fem. dicunt, עשרת הַדְּבָרוֹת decem verba, i. e. *decalogus*, *decem praecepta*. Biblice דְּבֵרוֹת, Deut. 33, 3, cujus singulare esset דִּבְרָה, formae בַּקָּשָׁה petitio.

דְּבַר chaldaice, *idem*. Pl. דִּבְרַיָּא דאוריתא verba legis, Ps. 147, 19. דִּבְרָךְ verba tua, Ps. 119, 9.

דִּבּוּר *verbum, oratio, sermo, articulatus proprie, qui ex ore loquentis diserte prodit*, quomodo a דָּבָר, quod generalius est, et *omnem rem* comprehendit, distinguitur: In Tg. tamen latius usurpatur: מן קדם דבורא a sermocinatione, Ez. 1, 24. 25. קל דבורא הוה שמע vocem sermonis audiebat, Ex. 33, 11 in Tg. Jon. לא אתנשי דבורך non obliviscar sermonis tui, Ps. 119, 16. Gen. 28, 10 in TgH. דהוה דבוריה מתחמרא למללא עמיה quia fuit verbum ejus (dei sc.) desiderans loqui cum eo. In Tg. Jon. est absolute דִּבּוּרָא ὁ λόγος desiderabat loqui cum eo. Lucem accipiunt verba illa ex Br. s. 68, ad verba, כי בא השמש vide illic. Locus Targumi est observatu et consideratu dignus, quare dicat, „verbum cupiebat loqui cum Abrahamo", id quod in Br. dicitur, deum voluisse loqui cum eo. Ap. Ros.: הדבור שליה השכל sermo est nuncius mentis: הדבור מצוי בנשים loquacitas existit in mulieribus, Br. s. 70. Ap. Ros. cum articulo praepositivo ה, κατ' ἐξοχήν sumitur pro *verbo dei scriptis comprehenso:* ut, על פי הדבור juxta praescriptum verbi divini: הדבור פירוש ממנו ex verbo dei explicatio est: Item pro *decalogo*, seu *promulgatione legis:* ut, שכן ישנו לפני הדיבור quia sic fuit ante promulgationem legis, Jev. 5b. Pl. דִּבּוּרִים sermones, chaldaice עשרת דִּבּוּרַיָּא decem verba, i. e. praecepta, Ex. 34, 28 in Jon. Cum aff. דִּבּוּרְךָ verba tua, Ps. 119, 17.

דִּבּוּר *idem:* דִּבִּירָא קדמאה verbum, i. e. praeceptum primum, Ex. 20, 2. Pl. דִּבִּירַיָּא האלין יח כל omnia verba ista, ibid. v. 1.

דַּבָּן *loquax, eloquens:* לא נבר דברן אנא non sum vir eloquens ego, Ex. 4, 10 in Jon., hebr. איש דברים. Fem. דַּבָּנִית *loquax, dicax, verbosa, garrula, loquacula, locutuleja:* אשה דברנית mulier loquacula. Hinc Ri.: Schelomit filia דברי Dibhri (de qua Lev. 24, 11) sic dicta fuit, quod esset דברנית garrula. Pl. דַּבָּנִיּוֹת, Br. 50, 3 et in Deut. rab. s. כי תצא.

דְּבִיר *liber*, in lingua persica. Hebraice liber dicitur, סֵפֶר, unde et urbs olim dicta fuit Hebraeis קריית ספר, Jud. 1, 11. Ap. Tos.: כאן קארו פרסאי לכפרא דביר quomodo vocant Persae librum? *debhir*[13]. Unde id? ex eo quod scriptum est: „et nomen Debhir antea fuit urbs Sepher", Jud. 1. 11. In As. 24b. Beth Jacob fol. 176. Inde Kimchi id adducit in libro Judicum.

דַּבְרָא *ductus:* ודברא כדברא דיהוא et ductus iste est sicut ductus Jehu, II R. 9, 20. Plur. cum aff. מכבשי דַּבְרֵיהוֹן de semitis ductuum earum, Jud. 5, 20.

דַּבְרָא *ager, desertum:* אין לן פירי בדברא non sunt nobis fructus in deserto, Tan. 4a, i. e. in agris. Nam et hebr. מדבר de loco pascuoso dicitur: כשורא בדברא trabs in agro asse, sc. venditur, Bb. 11a. דפיק בדברא fodit in agro: דקאי בדברא quae stat in agro: אית לן בירא בדברא est nobis puteus in agro, Beeh. 8b.

דֶּבֶר *pestis:* Rabbini dicunt: בשעה דבר כנוס רגליך ובעת רעב פוֹר רגליך tempore pestis collige pedes tuos: sed tempore famis disperge pedes tuos. H. e. tempore pestis contine te domi et hominum conversationem, quantum fieri potest, vita, ne forte ab illis inficiaris. Sed tempore famis exi in publicum, et discurre hinc inde, ad comparandum vitae necessaria etc. In hunc sensum legitur in T. Bk. 60b. תנו רבנן דבר בעיר כנס רגליך tradunt Rabbini nostri: si grassetur pestis in civitate, collige pedes tuos, sicut dicitur, „vos vero non egredimini quisque ex ostio domus suae usque mane", Ex. 12, 22. Item, „vade populo mi, ingredere cubicula tua et claude ostium tuum post te, absconde te paululum ad momentum, donec transcat ira", Jes. 26, 20 etc. Sic mox: יצב בעיר פוֹר הגליך si sit fames in civitate, disperge pedes tuos, sicut dicitur: „et fuit fames in terra et descendit Abraham in Aegyptum et peregrinatus est illic", Gen. 12, 10. Item, „si dixerimus, ingrediamur urbem, fames est in urbe et moriemur ibi", II R. 7, 4 etc.

---

[13]) דפתר, *Defter, membrana* quidem, cui aliquid inscribitur, quam vocem, ut Vir amplissimus Relandus suspicatur, punctis diacriticis male collocatis infra vocem, quae supra poni debebant, Talmudici דפיר *Debir* legebant librumque a Persis *Debir* appellari dicebant. At vero Talmudici de pers. voce דפתר talmudicam דפתרא pro *charta Pergamena* adhibent, unde liquet eos nec propriam significationem nec sanam pronuntiationem vocis persicae Defter latuisse: quamobrem altera ab eodem data explicatio magis arridet, quae est, vocem chald. סַפְרָא, i. e. *liber* a Talmudicis prout סַפְרָא, quod *scriptorem* denotat, pronuntiatam esse, unde factum, quod סַפְרָא persice דביר *Debir* quod est *scriba* vel *scriptor* appellari dicant. (Cf. an. paulo infra in דביהו). Neque abstinere possum, quin et cetera verba praeclari Viri addam, quoad et in hac voce et in enucleanda voce jam supra (in ארכי) tractata pertinent. Pergit enim scribere: „Chaldaeus interpres reddit קריאת כפר per קריאת ארב urbem ἀρχείων, uti ego existimo, i. e. *archivorum*, ubi sc. acta publica aut multa vetustatis monumenta descripta asservarentur; quod ipsum de hac urbe Judaei tradunt". Adducit etiam Cl. Schikardi sententiam vocem ארכי ad Arabum Persarumque تاريخ, i. e. *chronicon*, *annales* vertentis, quae sententia magis placet quam illa a Buxtorfio s. v. ארכי data.

Mox iterum: דבר בעיר אל יהלך באמצע הדרך מפני שמלאך המות מהלך באמצע הדרכים quando pestis est in urbe, non ibit homo in medio viae, quia angelus mortis ambulat in medio viarum: דכיון דיהיבא ליה רשותא מסני לחדריא quia enim ipsi potestas data est, publice incedit etc.

דְּבָרִי *pestilentialis, pestiferum.*

דַּבְרָא *trabs:* חוי תרנגולי ברברא vidit gallinas in trabe, Sab. 35b. Gl. בקורה.

דִּבְרָתָא *captura, quae abducitur*, hebr. מלקוח, Num. 31, 26. 27.

דְּרָא *idem.* In Gem.: אתא דמא מבי דרי דכבי provenit sanguis e media serie dentium, Jom. 84a. תמניסרי אלפי הוה דרא octoginta mille fuerunt ordines justorum coram deo, Suc. 45b. Hebraice sic usurpatur טור, unde ט in ד leniorem literam mutatum videtur.

דּוּרָא *onus.* Exemplum vide infra in דלא.

דּוֹר *dolor:* גרגר מלח לדורשיני granum salis pro dolore dentium, Sab. 65a. Scribitur ut una vox et explicatur in gl. לחולי השנים. Forte est ex latino corruptum.

דּוּרָא *vermes*[30], *lumbrici:* או שאחיה אותן דורא במעיהן aut vivificabo eas (sc. carnes), ut fiant vermes in visceribus ipsorum, Bem. rab. 7 ad Num. 11, 20. והיה לכם לורא. Alias דַּרְנָא est *vermis*, ut infra videre est: et infra דִּירָה legitur pro *vermiculo frumenti*, in דיר.

דּוֹרָה, דּוֹרָיָה, דּוֹרָאָה *donum, munus.* Ex gr. δωρεά: ניתן דורייה לעולם datum est donum hominibus, Br. s. 53. Alii legunt דרורייה *libertas:* באו כל המלכים כלן לכבדו והביאו דוראות venerunt omnes reges ad honorem exhibendum ei et attulerunt munera, Sr. s. 5. וה משלח לזה דורות et hic mittebat illi δῶρα, munera, dona, Br. s. 85 in fine. Cummunius dicunt alias דורונות, דורון, vel דורונית.

דַּוָּר, דַּוָּאר[31] *praefectus* vel *magister cursorum, ad quem literae omnes deferuntur, quique singulas in suum locum procurat:* דאתא דקביע בי דואר במתא ubi constitutus est certus praefectus cursorum in urbe, Sab. 19a. Maim. in Hilch. Sab. c. 6, hoc ita explicat: אם ישב במדינה אדם קבוע שהוא מקבץ האגרות ושולח אותם לכל מדינה ומדינה עם שלוחיו si sit in urbe homo certus, qui colligat literas easque in singulas provincias et civitates per tabellarios suos mittat: נקיטנא לי זימנא לבי דואר constitutum mihi est certum tempus a magistro cursorum, citatus sum ab ipso ad praefinitum tempus, As. 26a. Vide et Bk. 114a. Videtur etiam posse exponi בֵּי דַּוָּאר, *domus cursus publici.* Huc pertinere quoque videtur מר דוראי domine praefecte mei, Pes. 25b. V. et supra in דאר.

דּוּרָא *nom. propr. loci, seu vallis in Babylonia, in qua Nebucadnezar erexit imaginem auream*, Dan. 3, 1. In hac valle leguntur resurrexisse mortui (de quibus apud Ezechielem cap. 47) in Tg. Cant. 7, 9. Desumptum id ex Talmud Sanh. 92b, ubi inter cetera: מנהר אשל עד רבת בקעת דורא a fluvio Eschel usque ad Rabbat vocatur vallis Dura.

Deinde est *nomen lapidis pretiosi*[32], *cujus usus in pavimento regio fuit:* דדורא דכרכי ימא רבא et lapis dura civitatum maris magni, i. e. qui ex civitatibus maritimis affertur, Esth. 1, 6, ut est in Venetis. Regia דורא דכרכי ימא רבא. Hebr. vocatur דר. Porro de hoc lapide in Gem. legitur: Raf dixit: דר vocatur, quasi דרי דרי ordines, ordines; quod scilicet multi ordines lapidum pretiosorum in loco isto per circuitum fuerint dispositi. Samuel dixit: lapis pretiosus est in civitatibus maritimis, qui דרא vocatur. Si quis eum medio triclinio inferat, lucem praebet accumbentibus (instar meridiei, ut est in gl.). Qui de schola R. Ismael fuerunt, docuerunt, sic dictum, quod proclamet דרור libertatem[33] omnibus mercatoribus, Meg. 12a. Libertatem, sc. ab omnibus tributis et vectigalibus, glossa.

דַּיָּר, דַּיּוֹר, דַּיִּיר *incola, habitator, peregrinus, advena:* דיר ותושב אנא עמכון peregrinus et inquilinus sum apud vos, Gen. 23, 4. Pl. הרי דַּיָּרִין הויתון ecce peregrini fuistis, Ex. 22, 20. דַּיָּרֵי ביתי incolae domus meae, Job. 19, 15. Hebr. גרי ביתי. Item דַּיְּרָא *eremitae:* דיירא בר דיירתא peregrinus filius peregrinae, Bech. 30a, hebr. גר בן גיורא.

דַּיּוֹר, דַּיּוֹרִי *idem:* דיור תותב peregrinus incola, Ex. 12, 45 in Jon. pro hebr. תושב. V. et v. 19, ubi ponitur pro hebr. גר. Sic ap. Tos. אמרו הנך דיורי dicebant isti incolae.

---

[30]) Fortasse per ד, דוא legendum (Resch et Daleth propter similitudinem formae facillime inter se permiscuntur), ut Arabum sit טע, cui haec inest significatio.

[31]) Ipsa terminatio, ait Relandus, suspicionem injicit vocis persicae. Judaei explicant per *praefectum cursorum* vel *tabellariorum.* Persis טאור *praefectus* quivis, gubernator.

[32]) *Lapidis sphaerici* quidem a forma rotunda (vide paulo infra), quae gemmis inest, dictum.

[33]) Ita quidem et Plinius ex Sotaco Lib. 37c: „Per illas, inquit, quae nigrae sunt et *rotundae* urbes expugnari et classes, easque baetulos vocari". Vocem *baetulos* (gr. βαίτυλος) enim recte Boch. (Phal. p. 786) ad vocem nostram חר vertit, ut orta sit ex אבן חר.

דִּיר, דִּירָה, דִּירָא, דֵּירָא *habitatio, habitaculum, domicilium, hospicium: caula ovium: casa pastorum:* לדיר רעין in casam pastorum, Jer. 49, 19. אנא דברתך מן דירא ego sumpsi te de caula ovium, II S. 7, 8. Pl. mascul. וְדִירִין לעניכון et caulas pro ovibus vestris, Num. 32, 24 in Jon., pro quo in Hier. corrupte est וְדִירָנִין, pro וְדִירָנִין. Fem. דִּירָן, unde constructe, דִּירָנָת מדברא habitacula deserti, Joël. 1, 19. Sic c. 2, 22. דירות בית מישרי רעין caulae domus habitaculorum pastorum, Jer. 33, 12. Ap. Tos. כי מטא להההוא דיירא cum pervenisset ad illud hospicium, Sanh. 109a. Ap. Ros. נכנסות לדיר להתעשר ingrediuntur in caulam, ut decimentur, Kimchi Joël 1, 19. Dicunt etiam Ri. דירה נאה אשה נאה ומטה מוצעת לחלטיד חכם domicilium pulchrum, uxor pulchra et lectus commodus conveniunt sapienti. Item ג' דברים מאריכין ימיו של אדם אשה נאה כלים נאים דירה נאה tria sunt, quae prolongant dies hominis, uxor pulchra, westimenta pulchra et domicilium pulchrum.

דִּיוּרִין *mansiunculae, habitacula*, Suc. 10a.

דָּרָא, דָּרְתָּא *atrium*, hebr. חצר, cui in Tg. respondet. ועמודי דַּדָּרָתָא et columnae atrii, Num. 3, 37. עד דרתא דרתא אחרנתא atrium aliud, I R. 7, 8. לדרתא רבתא ad atrium magnum, ibid. v. 9. Constr. וּלְדָרַת בית מקדשא דיי in atrio domus sanctuarii domini, I R. 7, 12. Cum aff. בְּדָרָתֵיהּ in atrio suo, II S. 17, 18. Pl. מן דָּרָתָא ex atriis, Ex. 8, 13. בדרת מקדשך in atriis sanctuarii tui, Ps. 84, 11. בדרת בית אלהנא in atriis domus dei nostri, Ps. 92, 14. Cum aff. ישרי דָּרָתָךְ habitabit in atriis tuis, Ps. 65, 5. ועולו לקדמוי לְדָרָתוי et introite ante eum in atria ejus, Ps. 96, 8. Ex alia forma: בכמני דַּרְדָּתָיָא in insidiis atriorum, Ps. 10, 8, ac si ת esset radicale. Ap. Tos. חבל על דליח ליה דרתא ורעא לדרתא עביד vae, cui non est atrium et portam atrio facit, Sab. 31b et Jom. 72b, atrium, i. e. timor domini: portam facit, h. e. studio legis divinae operam dat. Perperam locatur studium in verbum dei sine reverentia dei. Haec clavis est, quae portam reserat et intromittit in penetralia voluntatis divinae. Sunt qui ad דרת referant, quasi ת sit radicale.

דַּרְיוֹתָא *vetula, quae diu in mundo habitavit.* Guido ex Vr. s. 20. Legitur ibi, ווי על ברי דריותא quod in gl. explicatur: vae filio ebriae, i. e. consternatae et perturbatae hujus mulieris, a רוה. Guido: vae filio vetulae seu anus hujus. Prior expositio fortassis melior.

מָדוֹר *habitatio, habitaculum:* מדור קושטיה habitaculum veritatis ejus, Jer. 31, 23. מדור ירודין habitaculum draconum, Jes. 34, 13. למדור גמלין in habitaculum camelorum, Ez. 25, 5. דמדור בית שכנתך בשמיא cujus majestatis domicilium est in coelis, Ps. 90, 1. ממדור מלאכיא ex habitaculo angelorum, Ps. 78, 25. Cum aff. להוא מְדוֹרָךְ ut sit habitatio tua, Dan. 4, 22. בית מְדוֹרֵיהּ locum habitationis suae, hebr. משכן, Jes. 22, 16. ולטטית מדוריה et maledixi habitaculo ejus, Job. 5, 3. במדוריהון in habitaculis suis, Jes. 22, 18. די מדרהון quorum habitatio, Dan. 2, 11. Fem. pl. שחין בְּמַדּוֹרָתָא incurvant se in habitaculis, Job. 38, 40, hebr. במעונות.

מָדוּרָא *pyra, rogus*, ut hebr. מדורא דאשתא דלקה בה pyra ignis succensa est in ea, Jes. 30, 33. Emph. מדורתא, Erub. 101a.

דּוּשׁ דּוֹשׁ[34] *triturare, conculcare*, ut hebr. Part. דָּיְשִׁין ברגליכון conculcatis pedibus vestris, Ez. 34, 18. קטילי עממיא conculcantes occisos populorum, Zach. 10, 5. Fut. אֲדוּשׁ ית בשרכון triturabo carnem vestram, Jud. 8, 7. וְתִדְרוֹשְׁנַהּ et triturabit eam, Dan. 7, 23. Ithp. infin. וּלְאִתְדָּשָׁא עוּרתי et ad conculcandum atria mea, Jes. 1, 12. Fut. וְאִתְדָּשָׁא תִּתְדָּשׁ et triturando triturabitur terra, Jes. 24, 3. וְיִתְדָּשׁוּן מואבאי באתרהון et triturabuntur Moabitae in loco suo, כמא דְּמִתְדָּשׁ חבנא בטינא sicut trituratur palea in luto, Jes. 25, 10. Sumitur etiam ap. Tos. pro *silere, tacere:* unde sententia, טוביה דשמע ואדיש חלפוה בישתיה מאה felix ille, qui audit et conculcat, i. e. tacet: transeunt enim mala ejus centum, Sanh. 7a. Sic enim plurima avertit, quae ipsum obruerent, si in contentiones se demitteret, aut divulgaret audita. Sic in TH. Pea. c. 1. f. 15c. סבא סבא אכול ואדיש דכלביא אכלין מרשין mi senex, comede et tace: nam et canes comedunt et tacent. Videtur esse locutio proverbialis. Nam cum olim quidam patrem suum gallis pinguibus et delicatis cibaret, ut ita praeceptum quintum impleret et annexam promissionem consequeretur; tum, patre quaerente, undenam habes ista mi fili? respondit סבא סבא etc. Sed hac ratione pro filio גן עדן haeres factus fuit גיהנם.

דִּישׁ, דִּישָׁא *tritura, conculcatio*, Lev. 26, 5. וחהון להון לדיש et eritis ipsis in conculcationem, hebr. למרמס, Jes. 28, 18. כעפרא לדיש sicut pulverem ad trituram, concultationem, II R. 13, 7, hebr. לדוש. Cum pron. בְּדִישֵׁיהּ in trituratione ejus, dum triturat, Deut. 25, 4.

אִתְדָּשָׁא *trituratio, conculcatio*, Jes. 22, 7. Nomen ex infinito.

דְּוָשָׁא (דוושא) *tritura:* דדוושא להכא מעלי להתם eo quod tritura hinc prodest illinc, Bb. 22b.

Secundo est *assuescere:* דשנן בה assuevimus in eo sive ipsi. דָּשׁ *assuetus, assuetum, consuetum, tritum:* כיון דדש דש quia sic assuevit, esto: ואם היה דש בעירן si fuerit consuetum in civitate sua, licitum est, Meg. 24b. Vel, si ipse notus fuerit et cives ejus jam assueverint eum audire etc.

דָּוָשׁ[35] *consuetudo.* Citatur in Ar. ex Ber. 16. Sed ibi nunc aliter legitur et omnino haec vox abest.

דות דות *conceptaculum aquae ex lapide vel ligno:* לתוך בור או לתוך הדות in puteum aut cisternam,

---

[34]) Syr. ܕܘܫ, arab. داس *pedibus calcavit, conculcavit, obtrivit.*

[35]) De *calcando* dictum, uti talm. הרגל, quod *consuetudinem* denotat, ab hebr. רגל.

Rb. 27a, gl. בור et דוח idem sunt: בור constat fossa: דוח aedificio super terram, vernacule צישטערנא cisterna: המוכר את הבית ולא את הדוח qui vendit domum, sed non cisternam, Bb. 64. Vide et in Kel. c. 5. Ohol. c. 11.

דָאִית Proverb. 12, 12 in Venetis pravum est pro דָאג.

דְחָה[36] *impellere, depellere, expellere, propellere,* in Tg. Ap. Ros. latius est *confutare, refutare, rejicere, arguendo alterius opinionem depellere:* item *violare de sabbatho, cum ejus sanctitas operando depellitur et impellitur.* Praet. cum infin. מְדַחַי יחי impellendo impulisti me, Ps. 118, 13. ואם בדבבו דְחָחִי et si per inimicitiam impulerit eum, Num. 35, 20. Part. דָּחֵי impellens, Ps. 35, 5. Infin. לְמִידְחֵי יח כל בעלי דבבך ad expellendum omnes inimicos tuos, Deut. 6, 19 in Jon. Fut. אֶדְחָנָּךְ ממקומך expellam te de loco tuo, Jes. 22, 19. כד יְדַחֵי יי אלהכון יתהון cum expulerit dominus deus vester illos, Deut. 9, 4 in Jon. Pass. Ithpe. infin. יח רגלי מֵלְאֶדְחָיָא et pedes meos ab impellendo, ne impellantur, ut cadant, h. e. a lapsu, Ps. 116, 8. Fut. יְדַחְיָן ולא יוסיפון לסקם impellentur et non pergent surgere, Ps. 36, 13. Sic enim legendum pro יִדַּחְיָן.

Ap. Ros. זה מדחה קושיא של זה hic repellit, i. e. refutat objectionem istius: דוחה את השבת pellit sabbathum: לא דוחה שבת non pellit sabbathum. Sic sunt quaedam opera in sabbatho licita, quibus sabbathum non impellitur, vide Kimchium I S. 21, 6. דחויה היא שבת אצל סכנת נפשות כשאר כל המצות pulsum est sabbathum juxta periculum vitae, ut reliqua omnia praecepta, Maim. par. 1 in statutis de Sab. c. 2. Veluti aegrotus periculose aegrotans curari potest juxta praeceptum medici vel chirurgi: ספק נפשות דוחה את השבת dubium vitae pellit sabbathum, ibid. אין דוחין נפש מפני נפש non pellunt animam propter animam, Ohol. c. 7 in fine. Non interimitur infans propter matrem, sc. in partu, ut ipsa in vita conservetur: אבן שנדחה אידחה projectus est lapis, Erch. 30b. Videtur proverbialiter ibi sumi, fere sicut apud Latinos: jacta est alea: כל המדחה מטתו חבירו זה משובח quicunque expellit lectum mortui sui, is recte facit, i. e. qui festinat efferre et sepelire mortuum suum. Excipiunt tamen ibi patrem et matrem, Mk. 22a. Maim. in hilch. Abhel c. 4.

דְּחִיָּה, דִּיחוּי *depulsio, propulsio, impulsio:* דחיית האויר propulsio aëris: דחיה המולד depulsio novilunii i. e. translatio ejus in sequentum diem. Sic דחיה apud astronomos est ὑπέρθεσις, ὑπέρβασις, *translatio unius diei in alium,* ut diei festi in sabbathum, ne duo festi dies concurrant etc. יש דיחוי לענין השבת est depulsio in re sabbathi, i. e. licet pellere sabbathum.

דַּחֲנִין *cantiones* aut *instrumenta musica:* vel *musici,* Dan. 6, 18 sic dicti, quod tristitiam *depellant,* aut quod *exhilarent* animos, a חדה, per transpositionem literarum, ut R. Saadias notat.

דַּחֲנָן *mensa:* Pl. דַּחֲנָנוֹת *mensae,* ap. Ros.

דְּחַד idem quod חָדָה *laetari:* מְרַחֲדִין לֵיהּ הַדְרַחְדִין exhilarando exhilarabitis eum, Deut. 15, 14 in Jon. juxta scholiasten quendam hebraeum.

דְּחַךְ *irridere, subsannare.* Fut. יִדְחַךְ ridebit, Job. 9, 23. ידחך להון subsannabit eos, Job. 22, 19. Idem quod supra דקך.

דְּחָכָא *irrisio, subsannatio:* דשתי דוחכא היך מיא qui bibunt subsannationem veluti aquam, Job. 34, 7. Elias דהבא.

דְּחַל[37] *timere, metuere, vereri, pavere.* Respondet in Tg. hebraeis פחד, ירא. Praet. ארי דְּחִיל למיחב בצער nam timebat habitare in Tzoar, Gen. 19, 30. ארעא דעממי דחילת terra populorum timebat, Ps. 76, 9. ארי דחילת quia timebat, Gen. 18, 15. איכדין לא דחילתא quomodo non timuisti? II S. 1, 14. ארי דחילית quia timui, Gen. 31, 31. ולא דחלו מן קדם אלהא et non timuerunt deum, Ps. 55, 20. כד דחילא cum illae timerent, Ex. 1, 17. ומה דין לא דחלתון et quare non timuistis? Num. 12, 8. לא דחלנא מן קדם יי non timemus dominum, Hos. 10, 3. Part. מן דָּחֵל חע quisquis timens et pavidus est, Jud. 7, 3. גבר דחיל חטאין vir timens peccata, I R. 2, 2. Sic I R. 1, 42. 52 i. e. pius, reverens dei: eum enim quisquis reveretur, is quoque peccare veretur. V. Kimch. I R. 2, 2. לב דחל cor timens, pavidum, Deut. 28, 65. ודחל מפוקדנא et qui timet a praecepto, Prov. 13, 13. Pl. דְּדָחֲלִין מנך qui timent te, Ps. 119, 63. דְּחַלְיָא דיי timentes domini, Ps. 135, 20. Constr. דְּחֲלֵי חטאה timentes peccatum, Jes. 55, 13. Cum aff. לְדָחֲלָוי timentibus ipsum, Ps. 111, 5. Fem. אתתא מְדַחֶלֶת חטאין mulier timens peccata, II R. 4, 8, hebr. אשה נדולה. Infin. ואוסיף שאול לְמִדְחַל et perrexit Saul timere, I S. 18, 29. ולא למדחל מן קדם יי ut non timeant dominum, Jos. 22, 25. Imper. דְּחַל מן אלהא דְּחִילוּ מן קדם יי time deum, Pr. 3, 7. timete dominum, Ps. 34, 10. Fut. לא אֶדְחַל מטעותא דעם non timebo a contentione populi, Ps. 3, 7. לא אדחל מבישתא non timebo a malo, Ps. 23, 4. לא תדחל אברם ne timeto Abram, Gen. 15, 1. לא תְדַחֲלִי idem fem. Gen. 21, 17. לא ידחל non timebit, 112, 7. מן לא יחחל מן קדמך quis non timeat te? Jer. 10, 7. אשקלון ויחדחל videbit Aschkalon et timebit, Zach. 9, 5. מטול היכנא לא נדחל propterea non timebimus, Ps. 46, 3. לא תדחלון ne timeatis, Deut. 20, 3. ידחלון מן קדם יי timebunt a deo, Ps. 33, 8. ידחלון מנך timebunt te, Ps. 72, 5. Pahel דַּחֵל *terrere, exterrere, perterrefacere:* וידחלנני et exterruit me, Dan. 4, 2.

דְּחִילָא, דְּחִיל *terribilis, formidabilis, timendus, reverendus,* hebr. נורא: ut, מה דחיל ומשבח אתרא הדין quam terribilis et laudabilis est locus iste? Gen. 28, 17.

---

[36]) Arab. دحا (ult. و et ى).

[37]) Hebr. חל, syr. ܕܚܠ.

in Jon. יי עלאה דחילא dominus excelsus formidabilis est, Ps. 47, 3. אלהא רבא ודחילא deus magnus et formidabilis, Deut. 7, 21. Pl. למעבד דְּחִילָן ad faciendum terribilia, Ps. 45, 5.

דְּחִילָא, דְּחִילָה substantive *timor*, *tremor*, *metus*, *pavor*: ודחילו גבריא דחילא רבא et timuerunt viri isti timore magno, Jon. 1, 10.

דְּחַלְתָּא, דַּחֲלָתָא *idem*: דחלתא ורחיתא אתין לי timor et tremor veniunt mihi, Ps. 55, 6. אין חפש דחלתא si multiplicasses timorem, Job. 15, 4. פלחו קדם יי דחלתא colite dominum in timore, Ps. 2, 11. ליח דחלתא דיי באתרא הדין non est timor domini in loco isto, Gen. 20, 1. Cum aff. דַּחֲלַתֵּיהּ דאלהא timor domini, Pr. 10, 27. ויח דחלתי אתן בלבהון et timorem meum dabo in cor eorum, Jer. 32, 40. אתרחק מדחלתך elongatum est a timore meo, והוה דחלתהון et est timor eorum, Jes. 29, 13. Pl. דַּחֲלָתָא דמותא terrores mortis, Ps. 55, 5.

דְּחִילוּ *idem*: מה דחילו אתרא הדין quantus terror est (in) loco isto, Gen. 28, 17. Sic exponendum notat R. Sal., etsi in hebr. sit מה נורא quam terribilis.

דַּחֲלָא [38] *idolum*, *deus falsus*, sic dictus, quod homines illum ceu verum deum timeant: דחלא דליח בה idolum, in quo nullo est utilitas, Hos. 8, 6. At Deut. 32, 15 in TgH. sumitur pro deo vero, וכפרו בדחלא תקיפא דיפרק יתהון et abnegarunt deum fortem, qui redemit eos. In Jon. abest דחלא. Pl. דַּחֲלָן דכסף idola argentea aut idola aurea, Ex. 20, 23 hebr. אלהי כסף deos argenteos: דחלן דמתכא deos conflatiles, Lev. 19, 4.

דְּחִילִין *lecticae*, *pilenta*, Jes. 66, 20. Sic adducit id hoc loco Elias, sed nostra exemplaria habent ר ab initio.

דַּחֲלוּלִין *terricula*, *terriculamenta*, quae forma humana in agris vel arboribus ponuntur ad abigendas aves, Bb. c. 2 in fine.

דְּחַן דֹּחַן [39] *milium*, Ez. 4, 9 et Chald.

דּוֹחִינָא *idem*, Num. 15, 19 in Jon.

דָּחַם דְּחַם *arctare*, *premere*, *comprimere*, *imprimere*, *figere*, *firmiter ponere*. R. Sal. per לחץ exponit in Jevam. 42a et alibi per דחף, ibid. 103. מה הדס וה דחום בעלים quid est myrtus? ipsa est pressa foliis. Sic Jacob patriarcha fuit דחום בבנים pressus filiis, i. e. multos liberos habuit, Vr. s. 30. דכרעא עליה דחים quod pes ipsi firmiter impressus sit, incumbat, Jev. 102a. מאן דחליץ צריך למדחסיה לכרעיה qui est exutus calceo (levir sc., qui non vult ducere uxorem fratris defuncti) cum oportet premere pedem suum in terram, Jev. 103a. Hinc legendum judico, וְיִדְחַם רגליה בארעא et figet pedem suum in terra, Deut. 25, 9 in Jon. pro וְיִחַדֵּם. Scribitur et per ש aliquando. Exemplum vide in TH. Bra. c. 9 mox ab initio.

דְּחוּם, דְּחָמָה *compressio*, *pressio*, *pressura*: משום דחסה propter pressuram, Jev. fol. 42, 1.

דַּחַף דְּחָף *depellere*, *deturbare*, ut hebr. ותדחף אדיה et impellat manum suam, Deut. 19, 5 in Jon. Sic citatur in Ar. ex TgH. Deut. 6, 19. לְמַדְחָף יתי בעלי דבבך ad depellendum inimicos tuos. Sed in nostris libris legitur לְמַדָּחֵי.

דְּחִיפִין *impulsi* i. e. *festinantes*, Esth. 3, 15 et 8, 14 in Tg. sc. hebr. דחופים.

דָּחַק דְּחָק [40] *premere*, *urgere*, *festinare*: *repellere*, *depellere*: Praet. ולא דַחַק למיעל neque festinavit occumbere, hebr. ולא אץ, Jos. 10, 13. וּדְחַקַת יח ריגל בלעם et pressit pedem Bileami, Num. 22, 25 in Jon. ארי דַּחֲקַתְּיהּ quia premebat eum, Jud. 14, 17. ודחקת מעיקי et pressi inimicos meos, Ps. 7, 5. ודחיקו מלאכיא בלוט et presserunt, urserunt angeli Lothum, Gen. 19, 15. מימר קדישא דישראל דחיקו sermonem sancti Israëlis repulerunt, Jes. 5, 24, heb. נאצו. Hinc alias respondet hebr. רחק: et inde וְדָחֲקוּ in Regiis: דחקו ושעבדו presserunt et subegerunt Israëlitas, Jud. 10, 8, hebr. וירעצו. Part. דמצראי דָּחֲקִין qua Aegyptii premunt ipsos, Ex. 3, 9. Ithpe. ארי אִדְּחַק עמא quod oppressus esset populus, IS. 13, 6. Sic legendum וְאִדְּחַקַת et compressit se, pro אִדְּחַקַת, Num. 22, 25 in Jon. אדחיק ביומא ההוא pressus fuit eo die, IS. 14, 22.

דְּחִיק *pressum*, *angustum*: דחיק מלסובר angustius erat, quam ut sustineret, IR. 8, 64 hebr. קטן minus. Pl. fem. ולשכתא עליתא דְּחִיקָן et conclavia superiora angusta erant, Ez. 42, 5, hebr. קצרות. Ri. לשון דחוק sermo pressus, concisus.

דּוֹחֲק *angustia*, *coarctatio*. Est *signum* quoque *virginitatis*, vide Maim. in Hilch. Ischut c. 11 et Schulchan Aruch: בדוחק arcte, stricte.

דְּחִיקוּת, דָּחִיקוּת *pressio*, *oppressio*, *pressura*, *angustia*.

דְּחַק דְּחוֹק, דּוֹחֲקָא *idem*, hebr. לחץ Ex. 3, 9. ברחוק בעיל דבבא in oppressione inimici, Ps. 43, 2. מגו דחוק פולחן דמצראי ex medio pressurae servitutis

---

[38]) Proprie *timor*, *deus*, *qui timetur* juxta illud poëtae: „Primus in orbe deos fecit timor“. (Vide in אגש et רבבא). Ita et Jacobus Labanum allocutus Deum verum in sententiam illius פחד *timorem* vocat (Gen. 31, 42. 48), et in Psalmis (76. 12), ubi de gentilibus Deo dona ferentibus agitur, in illorum sententiam pro Deo nomen מורא adhibetur. Imo ipsum nomen Dei veri יה, quod veterrimum omnium Dei nominum existimo, elisa litera ל, ex hebr. ילה arab. ولع *tremuit*, *stupuit*, *pavore percussus fuit*, ortum, ut *numen tremendum*, ὁ φοβερός, denotet, unde fit, ut hoc nomen nonnisi in carminibus solemnibusque orationibus, in ceteris autem scripturis ibi tantum adhibeatur, ubi de exstinguente Dei vi atque potentia delente (Ex. 12) est sermo.

[39]) Ita quidem Kimchius vocem per מי"ל i. e. milium reddit. Rectior autem sententia R. Salomonis videtur, quae vocem per פנ"ץ i. e. *panicum* explicat, ut sit Arabum دخن, quod idem significat.

[40]) Arab. دحق, syr. ?, *pressit*, *ursit*, *vexavit* aliquem.

aegyptiacae, Ex. 6, 6. גלי קדמי יח דוחקא manifesta est coram me pressura, Ex. 3, 9. Ri. שעת דחק hora pressionis, afflictionis, calamitatis. T. משום דוחקא propter pressionem coetus ecclesiae, Gitt. 45a.

דִיטַנְמָאָה דטג vide infra in ליט.

דְטוֹלְמוֹסִין דטל in Br. s. 40. עלו דטולמוסין למקרב למסאנא דמטרונא ingressi sunt *Detolmosim*, ut tangerent calceum matronae (nempe Sarae). In gl. scribitur, autorem Ar. explicare טולמוס per איש בליעל ורשע *virum nequam et impium*. Sectione 52, ubi eadem verba leguntur circa finem, monet glossator, R. Salomonem in c. 1, Keth. adducere aliam lectionem, nempe, טודמיסין, quod idem sit ac אנשים רקים *homines nauci*. In TH. in Keth. c. 7, circa finem leguntur haec verba sic: עלו דטלמסן למנע לסמה דרמטרונא. In Jalk. 26 legitur דְטוֹלְמוֹסָא ex forma syriaca. Quidam explicant *libidinosi*. Videtur esse factum ex gr. τολμήεις vel τολμητὸς, *audax, temerarius*, ac proinde ד esse servile.

דִּי דִּי *qui, quae, quod: utriusque generis et numeri*, respondens heb. אשר. Item *quod conjunctionaliter*: די הן quod si, Dan. 2, 9. Indicat et *genitivum casum*: די דהב auri, ibid. v. 23. די ליה ejus v. 20. עד די usque dum (hebr. עד אשר diceres) v. 9. די לא ut non, v. 18. על די supra vel magisquam. Compositum בְּדִי *quum*, Dan. 3, 7. כדי הא perinde ac, Dan. 2, 43. וכדי et quum Dan. 5, 20. Cum pron. et aliis vocibus initio conjungitur: דרקיעא דשמיא in firmamento coeli, Gen. 1, 15. כל אילנא דבה אבא omnem arborem, in qua est fructus arboris, ibid. v. 29. דִידִי i. e. אשר לי vel שלי qui mihi, h. e. *meum, mei*. Sic, דִילִי Ps. 35, 14. דִילָךְ *tuum*, דִילֵיהּ *ejus*: מדידיה לדידיה inter se invicem: דִילָן, דִילָנָא *nostrum*, דִלְכוֹן *vestrum*, דִידְהוֹן vel דִידְהוֹן, et per apocopam דידהו *illorum* et sic deinceps.

כְּדִי vide in litera Kaph.

דַּי דַּי *sufficientia, sufficiens, satis*: Cum aff. דַּיּוֹ sufficientia ejus, sua: דַּיָּם sufficientia ipsorum. די למבין intelligenti satis, Ri. יותר מדי plus quam satis, plus aequo, nimium: כְּדַי quantum satis est; דיינו sufficientia nostra: לא דיינו non satis est nobis.

דֵּיבָא דִּיב *lupus*: contractum est hebr. זאב, cui respondet et ex quo ז in ד mutatum est: זדור דיבא עם אמרא habitabit lupus cum agno, Jes. 11, 6, ubi Regia habent דובא, quod ursum significat. Pl. כְּדֵיבֵי רמשא sicut lupi vesperarum, Jer. 5, 6. Soph. 3, 3. כדיבי חטפי חטוף sicut lupi rapientes praedam, Ez. 22, 27.

דִּיגוֹן דִּיג vel potius דִּיגָן διάγων, *diagon, diagonum, duorum angulorum*, Bb. 164b. Sic טריגון τρίγωνον, טטריגון τετράγωνον, פנטיגון πεντάγωνον quinquangulum. V. et Nas. 8b *.

דְּיָה דְּיָא, דַּיְיתָא *milvus*, aut juxta quosdam, *vultur*, ut hebr. Deut. 14, 13. Sed et hebr. חסידה *ciconia*, a Jon. transfertur דייתא חורתא milvus albus, Lev. 11, 19. Sic in TgH. Deut. 14, 18. Et ap. Tos. in Ketub. 50a. Chol. 63.

בַּר הַדְיָא itidem *nomen avis*. Citat B. Ar. ex Chol. 63. Sed ibi legitur nunc בר חיריא. In Vr. s. 5. דדין בר הדיא הוא צופה מאכלו מי"ח מיל. Gl. scribit esse *speciem accipitris*.

דַּיְיכִי idem videtur esse quod דיכי: ut, כיום דיהי sicut die hoc, Gen. 25, 33 in Jon.

דְּיוֹתָא דְּיוֹ דִּין[41] *atramentum*, Jer. 36, 18. כתב בדיו si scripserit atramento, Sab. 104b. בדיותא טרפא si pulmo fuerit niger, sicut atramentum, vetitus est, Chol. 47b. In capitulis patrum c. 4. הלומד ילד למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר חדש: והלומד זקן למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר מחוק: qui discit puer, cui similis est? Atramento scripto in charta nova: qui vero discit senex, cui similis est? atramento scripto in charta rasa. Pl. כמה דיואות משתפכות quot atramenta, i. e. quantum atramenti effusum est, MS. s. 27.

דַּיֵּית *atramentare*, id est, *atramento maculare*: מדייתה ליה בדיו atramento maculavit, vel conspersit illud, Bb. 163a, ubi perperam scribitur מטייט, similiter טיוטא per ט ubique, aut sic patitur permutatio harum literarum ד, ט et ת. In Ar. explicatur *atramento interpungere*.

Deinde דיו *milvus, vultur*, idem quod דיה supra, Metzia f. 24b.

Tertio, דיו *duo*, gr. est δύο, unde melius legeretur דיו: דיו וגי duo paria: אוהה שבת של דיו וגי היתה illa requies duorum parium fuit duplex, Sab. 13b. In Ar. citatur tamquam una vox, דיוגי. דיו פרצוף duplex facies, bifrons, quomodo Judaei fingunt Adamum primo fuisse conditum, Erub. 18a.

דִּיוּטָא, דִּיוּטָה *tabulatum, conclave, coenaculum*, T. דיוטה העליונה שלי tabulatum superius meum, Bb. 63a et 148. היו שתיהן בדיוטא אחת si ambae fuerint in tabulato uno, Sab. c. 11 in Misna. ואלה שלא יקיצו הם עתבי י' אשר ירדו לדיוטה התחתונה של גיהנם et illi, qui non expergiscentur sunt derelinquentes dominum, qui descendunt in conclave infimum, gehennae, R. Saadias Dan. 12, 2. Sic in MT. Ps. 9, 18, ad haec verba, ישובו רשעים לשאולה notatur: לדיוטי התחתונה שכשאול in conclave infimum quod est in sepulchro. Adducit haec eadem Kimch. quoque in suis comm. Pro דיוטי in Br. s. 68 est לאמבטה התחתונה, et alibi לבוטי, in Br. s. 86. Pl. שתי דיוטאות זו כנגד זו duo tabulata, unum oppositum alteri, Erub. 88a. ארבע דיוטות זו למעלה מזו quatuor tabulata, unum altius altero, in Jalk. Num. 15.

דִּיוּטְנָמָא vide infra in ריט.

דִּיוֹטְרוֹן *gemina spelunca*, hebr. מכפלה, quomodo

*) דיאביטש, διαβήτης, *morbus, quem diabeten mellitum* vocant, vel, ut alii volunt, *homo, qui eo morbo laborat*. V. Michlal Jofi s. v.

*) דיו *dies* a. q. etiam nomen trahit. Legitur in TH. As.

[41]) Arab. دَوًى, ut putat Willmetius s. v. دوى.

vocata, quae Sarae in sepulchrum cessit. Videtur esse gr. ex δύο et ἄντρον, quasi *duplex antrum:* vel ex δεύτερον, q. d. *secunda vel altera*, sc. *spelunca.* וקברו אותה בדיוטרין שלו et sepeliverunt eam in gemina spelunca ejus, Br. s. 62.

דִּיוָמְרִין *duae columnae.* In Gem.: quid est דיומדין? R. Jeremias respondit, דיו עמודין duae columnae, Erub. c. 2 init.: sic ergo vox contracta est ex duabus. V. et in Suc. 4b.

דִּיוָמָן. Sic citatur in Ar. et aliis et explicatur *sufficientia.* Error est. Nam legendum דמיון i. e. *similitudo, simile.* Verba autoris hebraei, ביקש ליתן לישראל דמיון לנחל quaesivit dare Israëlitis similitudinem fluminis, Num. 24, 6, quod citatum in Jalk. ex Tanchuma.

דִּיוָמָם *nomen fluvii* vel *fontis, cujus aquae salsae et utiles ad balnea.* In Gem.: אסור לעמוד בקרקעיתה של דיומס מפני שמעמלת ומרפא prohibitum est stare (in sabbatho) in fundo Dejomas: propterea quod calefacit et sanat. Et paulo post: כל ימיה של דיומסת omnes dies fontis Diomasith sunt undecim, i. e. tot diebus in iis balneandum, ut sanitatem producant, Item, חמרא דפרוגייתא ומים דיומסת קיפחו עשרת חשבטים מישראל vinum prugiathinum et aquae (i. e. thermae) Diomasith absciderunt decem tribus ab Israëlitis, Sab. 147b. Hoc est voluptates et deliciae perdiderunt decem tribus. R. D. Kimchi et R. Sal. legunt ad Jes. 28, 1. חמרא דפרוגיתא ומיא דדורמסקית. In Ar. scribitur דומסית, et explicatur, *thermae, aquae calidae e terra prodeuntes.* Sic est idem cum דימוסין, דימוסיאות, de quo infra in דמס. Citatur in Ar. etiam, אלך לדומסית למקום נאה ומים יפים ex Avoth Rabbi Nathan. Sed in nostris libris haec vox non adest.

דיוסטוסו *creditor, foenerator, mutuo dans aliis pecunias pro foenore:* משל לאחד שלווה מן דיוסטוסו simile hoc est ei, qui mutuo accipit a foeneratore, in Sr. s. 31 ab initio. Est ex gr. δανείστης, unde scribendum דניסטוסו. Hoc est, quod Munst. et Guido ponunt: דיוסטרום *pronus:* impertinenter plane et prave.

דִּיוֹסְטָר *bilaterale, bilaterum, duorum laterum.* Compositum ex דיו δύο et סטר latus: היך סיפא דיוסטרא sicut gladius duorum laterum, i. e. anceps, qui utrinque scindit, hebr. חרב פיפיות gladius duorum orum, Ps. 149, 8. Alibi iste dicitur סיפא דתרין פומין gladius duorum orum, δίστομος, Pr. 5, 4. במפסלת דיוסטר ascia ancipiti, Ps. 74, 6. Ap. Tos. הדיוסטר instrumentum bilaterum, Kel. c. 20. Sumitur ibi pro instrumento certo textorum, quale est *panus.* Vide interpretes.

דִּיוֹסְקִיָא, vel potius דיוסקיא *bisaccus, duplex, geminus saccus, mantica, pera.* Gallice *besace, bissac,* italice *bisaccia.* Est ex דיו duo, et סק סקא saccus. Sic autem scribitur in Ar.: in Gem. autem et alibi apud Hebraeos scribitur varie, דיסקי, דסקיא, דיסקיא. Ap. Tos.: qui ossa (mortuorum) defert ex uno loco in alium, לא יתנם בדסקיא non ponet ea in bisaccum etc., Ber. 18a. In gl. exponitur מרצוף saccus coriaceus utrinque dependens, quali pecuniae in equis ferri solent: דייסקי מליאה ספרים mantica plena libris, TH. Ber. c. 3. אשכחו דיסקיא מליאה מיעות invenerunt bisaccum plenum nummis, Sab. 142b. כשהיתה דיסקייא מופקדה ביד אחרים cum sarcina patris ejus (in quo sc. pecunia ipsius erat) deposita fuerit penes alios, Bk. 105a. מחלוקת בשק ודיסקיא dissensio est de sacco et bisacco, Bb. 78a. Hinc patet, differre a simplici sacco. In Tg. מלי ית דיסקי גובריא עיבורא reple bisaccos virorum istorum frumento, Gen. 44, 1 in Jon. hebr. אמתחות. Sic כד אנן מריקין דיסקיהון cum illi evacuarent bisaccos suos, והא גבר קטר כספיה בדיסקייה (hebr. שקיהם saccos suos): et ecce quisque loculum pecuniae suae reperiebat in bisacco suo, Gen. 42, 35 in Jon. B. Ar. scribit arabice vocari אלכרג. V. aliter infra in דסק.

דיוסקום vide in דסק.

דִּיוּפַי *uter vinarius, per quem vinum ex uno vase in aliud traducitur:* vel, *instrumentum illud victotorum, quo vinum ex orificio vasis educunt, quando aere orę extracto, vinum sponte effluit, quamdiu altera pars vinum contingit.* Compos. ex דיו et פי, quasi שתי פיות *duo habens ora, vas duorum orum*, Erub. 104a. In TH. in fine Erub. legitur pro eo דיובט, quod videtur esse compositum ex דיו et חבית elisa gutturali.

דיופוטא *amphitapa, stragulum utrinque formam unam referens, tapes, tapetum.* Citat sic B. Ar. ex Vr. s. 30, sed pro eo in nostris libris legitur טפיטא.

דיופיטון *pellucidus, translucidus.* In Jalk. 259b. כשאתם נכנסים לארץ אין אתם צריכין כלי זיין לא קובע ולא דיופיטון quando ingressuri estis terram, non indigebitis armis, non galea lucida et tersa seu laevigata. In gl. marginali explicatur ב' נרות בכל צד duo lumina in unoquoque latere. Est gr. vel ex δύο et φῶς, φωτὸς: vel ex διαφαίνω, vel διόπτομαι etc.

דִּיוּפוֹלִין *duo principes* vel *praefecti urbis, duumviri.* In T. Tan. 18b. לא זזו משם עד שבאו דיופוליה מן העיר non recesserunt inde, donec venerunt duumviri de civitate et cerebrum ejus baculis colliserunt; gl.: שני שרים. B. Ar. explicat, שני שלוחים duo legati, q. d. דיו duo, פולין legati.

דיופלוסטון *duplex palatium, amphitheatrum.* Sic Ar., juxta quem videtur esse corruptum ex δύο et παλάτιον: מי שלא ראה דיופלוסטון של אלכסנדריאה quicunque non vidit amphitheatrum Alexandriae Aegypti, non vidit gloriam Israëlis, TB. Suc. 51b. Pro eo melius, ut opinor, legitur in TH. Suc. cap. 5. כל שלא ראה דיפלי איסטבא של אלכסנדריאה quicunque non vidit duplicem stoam seu porticum Alexandriae etc. Sic esset compositum ex διπλόος et στόα, q. d. διπλόστοαν. Et haec etymologia melius arridet.

דִּיוּפְרָא, דִּיפְרָא *arbor bifera*, quae bis in anno fert fructum, gr. δίφορος, Dem. c. 1. Schevi. c. 9. In Gem.: מאי דיופרא quid est דיופרא? אילן

עושה דיו פירות כשנה arbor ferens duos fructus in anno, Erub. 18a.

דִּיוֹקָנִי, דִּיוֹקָנָא *effigies, imago.* Videtur esse ex δύο et εἰκών, q. *duplex imago*, per se et alterius rei quam refert: בדיוקנא דיו מהלך גבר in imagine dei ambulat homo, Ps. 39. 7. hebr. בצלם. In Jon. נעביד אדם בצלמנא בדיוקננא faciamus hominem in imagine in similitudine nostra, hebr. כדמותנו Gen. 1. 26. et mox v. 27. בדיוקניה in imagine sua. Plur. בְּצִיּוּרִין וּדְיוֹקְנִין cum figuris et imaginibus, Levit. 26. 1. in Jon. Ap. Tos. דמות דיוקני נתתי בהן similitudinem imaginis meae indidi eis, Mk. 15b. נסתכלת בדמות דיוקני בדיוקני עצמה לא תסתכל vidisti similitudinem imaginis meae, imaginem meam ipsam non videbis, Bb. 58a. דיוקנו אני רואה imaginem ejus ego video, Jom. 69b. Pl. דְּיוֹקְנָאוֹת: unde illa juris constitutio: כתב המהלך תחת העורה ותחת הדיוקנאות אסור לקרותו בשבת דיוקנה עצמה אף בחול אסור לחסתכל בה: scriptum procedens sub figura, aut sub imaginibus (personarum, aut rerum gestarum) vetitum est legere illud in sabbatho: imaginem autem ipsam etiam in die profano vetitum intueri, Sab. 148a.

דְּיוּתָא vide supra in דיו.

דְּיוּתָקָא *familia, genus, cognatio*, Bm. 59b. in proverbio quod in זקף.

דייט דִּיטִי, דִּיטֵי. Sic adducitur in Ar. et aliis, sed in Gem. ubique legitur דיוטא, de quo paulo ante in ordine דיו.

דְּיָטַגְמָא, דְּיָאטַגְמָה, דְּיוֹטַגְמָא διάταγμα, *exemplar, descriptum, copia vel dupla alicujus scripti, exemplum: edictum, mandatum.* Legitur in Tg. Esth. pro voce פתשגן. Forma fem. דיטגמאה דכתבא לאחיהבא exemplum literarum ut detur, Esth. 8. 13. qua forma quandoque uti solent Judaei in inscriptionibus suarum epistolarum. Sic cap. 4. 8. דיטגמא דכתבא למהוא exemplum epistolae ut detur, cap. 3. 14. Ri. scribunt etiam דְּיוֹטַגְמָא, ut apud R. Salom. דיוטגמא ישנה exemplar antiquatum, Deut. 6. 9, ubi amplius R. Salom. דיוטגמא מצות המלך שבאה בכתב diatagma est mandatum regium oblatum scripto. דיאטגמה כתובה וחתומה diploma scriptum et obsignatum.

דְּיָאטַרְטָא, דְּיָטַרִיטִין διάτρητον, *diatretum.* Id, juxta quosdam, Graecis dicitur *calix caelatus et tornatilis*, Latinis *toreuma*, quod similiter a Graecis mutuatum est. Stephanus mavult, *calices pertusi et fracti.* Hebraei exponunt, *vasa vitrea pretiosa, pocula crystallina.* In Sr. s. 27. שמרו לי ב כוסות הללו ואיא דיאטריטה custodite mihi duo ista pocula diatreta. In Br. s. 25. et 19. משל לזגג שהיה בידו קופה מלאה כוסות ודיטריטין simile est vitriario, coram quo erat cista plena poculis et diatretis. In ME. c. 1. V. 7. אלו כוסות דיטרירטא של כלי זכוכית שרואין על פניהם בהם ישן היקרין ככלי זהב ista pocula diatreta vitrea, in quibus vident umbram faciei suae, sunt aeque elegantia et pretiosa, ac vasa aurea. Sic dicunt Graeci διάτρητοι κύλικες. Apparet ergo Hebraeos per diatreta intelligere *vasa vitrea pretiosa, pocula crystallina.* Unde mirum, cur Munst. et Guido posuerint, דיו רושין *mendici.*

* דיך Vide mox in דך.

דַּיְלָא, דַּיְלָא (δοῦλος) *famulus, minister, qui ad mensam ministrat*, Pes. 86b. אמר ליה רב יהודה לאדא דיילא dixit R. Jehuda ad Adam famulum, As. 40b. Bk. 119a. Gl. explicat per שמש *minister, famulus.* Hujus Adae mentio quoque in Juchasin fol. 31. 2, ubi itidem דיילא dicitur esse idem quod שמש דרבנן. Item *telonarius, praefectus telonio vel tributis exigendis.* Hoc sensu legitur in proverbio quodam; אי בר אחתיך דיילא תהי חוי בשוקא קמיה לא תחליף si filius sororis tuae exactor tributorum fuerit, cavene in platea coram ipso transeas, in Jom. 18a. gl. שומר המכס.

דִּין דִּין vide mox in דן. Alia hujus formae vide supra in דון.

דִּיסָא דִּים *triticum contritum* vel *contusum:* item *pulmentum triticeum aut simile:* הדין דיסא היכדין מעלי למיכלה istud pulmentum quomodo est comedendum? Ned. 49b. דיסא דחיטי palmentum ex tritico: דשער ex hordeo. Gl. Rabbenu Nissim, דיסא מאכל של חטים מבושלים, h. e. דיסא est *cibus ex tritico cocto.* In Ber. 36b. explicatur in R. Sal. *triticum contusum in mortario:* דיסא גרידא triticum contusum, siccum, absque mixtione sc. mellis, vel alius liquoris, ibid. אידי ליה דיסא ולא אכל attulit ipsi triticum contusum (vel pulmentum ex tritico contuso), sed non comedit, Bez. 14b. V. et As. 38a.

דִּיסְפָּק sic adducitur hic, sed perperam. Nam legendum דיספק, de quo in ordine רסק.

דיספי vide in ordine דיו.

דַּיָּא, דַּיִּין *caprea, pygargus, capreae silvestris species*, Deut. 14. 5. pro Hebr. דישן. Vide et supra in דוץ: דְּיָצְתָּא דרחמרא caprea gratiae, hebr. יעלת חן, Prov. 5. 19.

Secundo est *scutum:* דיצת חערביים scutum arabicum, Kel. c. 24. In gl. dicitur esse parvum admodum et cor, sive pectus tantum obtegens.

דִּיצְפֵי. Mendose hic adducitur ab aliis. In Gemara est דאציפי, quod vide in דצף.

דִּיקָא דִּיק δέκα *decem*, Ber. 56b. V. in קפא.

דיקולונוס *causidicus, advocatus.* Est gr. δικολόγος: שני דיקולונוס due causidici stabant coram Adriano, Jalk. in Legem, f. 221c.

דיוקנא vide supra in דיו.

דייקתא *nomen lapidis pretiosi.* Forte *hyacinthus*, Br. s. 79. in fine.

דייקלרא. Legitur in TH. Ber. c. 3. ובלבד דלא יעביד בדרדין דייקלרא modo ne faciat sicut iste דיוקלרא. In glossa explicatur, מכר שלשלאות שחולין בהם הנטיפות משאר תכשיטין והוא מלשון קולר.

דִּיקוֹמְנִין *imagines, figurae sculptae vel pictae*, Jalk. f. 169. Forte est corruptum pro איקונין *icones* ex graeco.

דִּירָה דִּיר *vermiculus frumenti*, Parah c. 9.

דִּיר, דִּירָא vide supra in דור.

דִּיר *limbus, lorica, labium*, Exo. 25. II. 24. in Onk. et Jon., pro hebr. זר, quod vulgo *coronam* ver-

tunt: דיר דדהב limbus aureus. Veneta quoque habent דֵּיר et interdum זֵיר, minus recte cum Chirek.

דַּיָּת דִּיָּת [42] *sudare, transsudare, exsudare, quomodo vas sorbet humorem et extrinsecus exsudat:* חזינא להו דמדייתי video ea (vasa), quod transsudant, i. e. humorem extrinsecus emittunt, Pes. 30b. Hinc videtur esse, חחותוי דַּיָּתִין רשיעיא sub eo sudant improbi, Job. 9, 13. Legendum שָׁיְהִין curvantur, vel שָׁהַיִן. Vide et supra in דִּיו.

דַּיְתָא vide supra in דיה.

דִּיָּתִיקִי διαθήκη, *testamentum, tabulae extremae voluntatis de haereditate.* Gl. talmudica explicat: שטר צואת שכיב מרע *literae praeceptionis sive mandati*, sc. ultimi, quibus homo praecipit, quid post mortem suam de bonis relictis fieri velit, ex locutione, צו לביתך „praecipe domui tuae" II R. 20, 1, vide et H S. 17, 23. Ap. Tos. דייתיקי מתנה testamentum donationis, Mk. 18b in Misna, Bm. 13a et 18a. איהו דייתיקי quare dicitur דייתיקי? quasi דא תהי קיים hoc (quod sc. hic scriptum est) erit ratum et firmum ab hoc tempore et post mortem meam, Bm. 19a. Bb. 135b. משה עשה דייתיקי Moses fecit testamentum: דייתיקי מבטלת דייתיקי testamentum (posterius) irritum reddit testamentum (prius), Bb. 152b et 135b. Pl. אידי ואידי דייתקאות utrumque est testamentum, Bm. f. 19b.

דיוחקא vide supra in דיו.

דֵּיכִי, דִּיכִי, דִּיךְ דֵּךְ *hic, is, iste.* Ponitur in Tg. pro hebr. זה: ut, בית אלהא דך domum dei hanc, Esr. 5, 17 et 6, 7. 8. מרי חלמיא דיכי אתא dominus somniorum iste venit, Gen. 37, 19. לכיפא דיכי in petra ista, Jud. 6, 20. עם עולמא דיכי cum puero isto, Zachar. 2, 4. מן הוא דיכי quis est ille? Zach. 4, 10. והאן דיכי סברי et ubi est ista spes mea, Job. 17, 15. אין לא דיכי מן הוא si non est hic, quis est, Job. 9, 24. דְּמָן *idem, et generis communis:* צלמא דכן רב imago ista magna, Dan. 2, 31. קרנא דכן עבדא קרב cornu istud gerebat bellum, Dan. 7, 21. Fem. דָּךְ *haec, ista:* קריתא דך urbs ista, Esr. 4, 13. Assumit אי ab initio, ut alia similia: אִידָךְ *ista, illa:* כאידך לשנא sicut ista locutio: תנא אידך traditio ista vel alia: פתח אידך incepit aliud: ואידך פירושה et alterum est explicatio ejus.

דְּכָא דְּבָא, דְּכָה, דְּכִי, *purum, mundum esse, purum, mundum habere* vel *judicari.* Idem quod hebr. וכה, commutatis pro more ז et ד. Respondet et hebr. טהר, quod idem est. Part. cum aff. דְּכִינָא מנך purior sum te, Jes. 65, 5 pro דְּכֵי אֲנָא. Fut. וְיִדְכֵּי et mundus erit, Lev. 11, 32. אם מן דעבדיה ידכי גבר num prae eo, qui fecit ipsum, mundior est quisquam? Job. 4, 17. וחדכי מסואבת דמהא et mundabitur ab immunditate sanguinis sui, Lev. 12, 7. לא תדכין non eris munda, Jer. 13, 27. קדם יי תדכון coram domino mundi eritis, Lev. 16, 30. וידכון et mundi erunt, Num. 8, 7. Pahel דַּכֵּי *mundare, purificare, purum habere* vel *pronunciare:* חלף דדכֵּיתיך pro eo quod mundavi te, Ez. 24, 13. Part. infin. et fut. לְדַכָּאָה כגבר דמצרף ומדכי כספא וידכי בני לוי ad mundandum, sicut vir, qui conflat et purificat argentum, purificabit vos, Mal. 3, 3. Alia forma infiniti לְדַכָּיוּתָהּ ad mundandum eum, Lev. 13, 7. לדכיותהון ad mundandum eos, Num. 8, 7. לדכותיה ad mundum pronunciandum illud, Lev. 13, 59. לדכיותה ad mundandum eam, Ez. 39, 14. Fut. אֲדַכֵּי יתכון mundabo vos, Ez. 36, 25. תדכי יתי mundato me, Ps. 51, 4. במא ידכי טליא יתּ אורחתיה quonam mundabit puer vias suas? Ps. 119, 9. Ex Aphel fut. וְאֲדַכֵּי יתהון et emundabo eos, Ez. 37, 23. Ithpahel מתוכחי וְאִתְדַּכֵּיתּ et purus sum a peccato meo, Prov. 20, 9. דלא אדכינא סניה quod non mundati sumus ab eo, Jos. 22, 17. Part. דְּמִתְדַּכֵּי quae emundatur, Lev. 14, 28. ארעא לא מדכיא terra non mundata est, Ez. 22, 24. והיא מתדכיא מסובחה et mundata est ab immunditia sua, II S. 11, 4. Imper. fem. הִתְדַּכִּי immunis esto, hebr. הנקי, Num. 5, 19 in TgH. Futur. וְאֶתְדַּכֵּי et mundabor, Ps. 51, 9. ותדכון et mundabimini, Ez. 36, 25.

דַּכִּי, דַּכֵּי *purus, mundus,* Lev. 13. דהב דכי auro puro, Ex. 25, 11. כל עופא דכי חיכלון omnem avem mundam comedetis, Deut. 14, 20. Emph. בין מסאבא לְדַכְיָא inter immundum et mundum, Ez. 22, 26. Constr. וּדְכֵי אידיה et purus manibus suis, Job. 17, 9. Fem. בעירא דַּכְיָא bestia munda, Gen. 7, 2. ויח מנרתא דַּכְיְתָא et candelabrum purum, Ex. 31, 8. דמחילה ליונתא דַּכְיְתָא quae similis es columbae mundae, Cant. 2, 14. Melius legeretur דְּכִיתָא attritae, a radice דכך. Pl. תרתין צפרין חיין דַּכְיָן duos passeres vivos mundos, Lev. 14, 4. Emph. דַּכְיָתָא mundas, Gen. 27, 15.

דְּכוּתָא, דְּכוּת, דְּכוּ *purgatio, purificatio, mundatio:* תחיב בדם דכו sedebit in sanguine purificationis, Lev. 12, 4. Cum aff. יומי דכותה dies purificationis ejus, ibidem. ברכותיה in emundatione sua, Lev. 14, 32. לדכותיה ad emundationem sui, ibid. v. 23.

מְדֻכּוּתָא *idem,* Esth. 3, 8 in Tg. sec.

דִּכְנָן *caulae,* Num. 32, 24 in Jon. est דִּירִין, unde alterum mendosum videtur pro דִּירָן.

דְּכַךְ דְּכַךְ unde geminatum דכדך *conterere, contundere:* דכדך לארעא חיתי atterit in terram vitam meam, Ps. 143, 3. Fut. יְדַכְדֵּךְ conteret, Ps. 10, 10, hebr. ידכה. Ex Ithp. וּמִתְדַּכְּאִין et conteruntur, Job. 34, 25.

דְּכִיךְ *contritum, attritum:* Fem. רוחא דְּכִיכְתָא spiritus contritus, Prov. 17, 22, hebr. נכאה attritus.

דוּכָן דְּכַן [43] *suggestum, suggestus,* ἀκροατήριον, *locus excelsior in templo aut synagoga vel scholis, unde peroratur, legitur, aut publica sacra et solennia peraguntur:* במפרסהון ידיהון על דוּכָנָא cum extendunt manus suas super suggesto, Num. 6, 23 in Jon. קדם דוכן לואי ante suggestum Levitarum, Ez. 42, 12. על דוכן קודשא super suggesto sancto, Ps.

[42]) Nonnulli ad gr. διαῤῥέω, *perfluo*, vertunt.

[43]) Persice دکان, quod idem significat.

134, 2. Ex hoc Levitae benedicebant populo, ut ex illo apparet: וקיטין על דוכניהון ומברכין לעמא et stant in suggesto suo ac benedicunt populo, Cant. 3, 7. Ap.Tos. כל כהן שאינו עולה לדוכן עובר בשלשה עשה omnis sacerdos, qui non conscendit suggestum (quando sc. benedicit populo), transgreditur tria praecepta affirmativa, Sot. 38b. ריש דוכנא caput suggesti, in Bb. 21a. Sic appellatus fuit secundarius praeceptor in scholis, qui diligentius observabat primarii doctoris aut professoris publici doctrinam eamque ab auditoribus reposcebat et secundo inculcabat. Capiebat autem pro eo labore mercedem a singulis, nec eligebatur, nisi auditores essent quadraginta et amplius. In Ar. scribitur esse arabicum: הלויים משוררים על הדוכן Levitae canebant super suggesto, Am. 5, 23 in Raschi.

דַּכּוֹן *locus elevatus in foco et cavus, cui ollae imponuntur subjecto igne:* דכון שיש בו ביח קבול קדירות focus, in quo est locus receptionis ollarum, Kel. c. 7. In gl. scribitur sic dici, quod sit elevatus locus instar דוכן suggesti.

דַּכָּן vide supra in דך.

דֻּכְסִין *dux.* Pl. חמנין דוכסין octoginta duces, Cant. 6, 7. עם דוכסי מלכא cum ducibus regis, Esth. 5, 11. Ap. Tos. תנו לי דוכוס אחד date mihi ducem quendam, gl. שופט *judicem*, Sanh. 39a. מפיק דוכסין ומעייל דוכסין ejicit duces et introducit duces, h. e. deponit veteres et novos in eorum locum assumit, Br. s. 67 f. 53b et MK. 112a.

דּוּכְסוּת *ducatus.*

דַּכְסַמֵינִי *receptaculum, conceptaculum,* sc. *aquarum.* Est gr. δεξαμένη. B. Ar. sic citat ex Jelam.: „accipe baculum", Num. 20, 8, „ad aquas lenes deducit me", Ps. 23. Quia puteus factus erat unicuique tentorio דכסומני in conceptaculum aquarum, ne opus haberet quisquam se fatigare et aliunde aquam petere. Addit B. Ar. explicationis loco: שביל היה עשוי המים והיה הולך עד אהלו semitam faciebat aqua et ibat ad tentorium uniuscujusque. Hinc ponunt Munst. et Guido, דכסמן *limes, semita, via.* Sed nec B. Ar. nec illi originem vocis intellexerunt. In meo tamen exemplari verba ista h. l. non reperio.

דוכסן. Hinc citat iterum B. Aruch ex Jelam.; ואברהם זקן „et Abraham erat senex", Gen. 24, 1. וכן שלמה כיון שהזקין חולי דוכסן [44] שנאמר ויהי לעת זקנת שלמה נשיו הטו את לבבו et sic Salomon, cum consenuisset, morbo affectus visus est, sicut dicitur: et fuit tempore senectutis Salomonis, uxores ejus inclinaverunt cor ejus, IR. 11, 4. Nec istud exemplum reperio in meo exemplari. Guido explicat, *petulans, lascivus, effeminatus* *.

דוכסוסטום *pergamenum, membrana, vel certa membranae species.* Tres enim numerant Hebraei species pergameni, גויל קלף דוכסוסטום, de quibus sic scribit Rabbi Moses ben Majemon in הלכות תפילין c. 1. שלש עורות הן גויל וקלף ודוכסוסטום tres sunt pelles, nempe גויל et קלף, et דוכסוסטום. Quomodo? accipiunt pellem bestiae aut animalis alicujus, et auferunt primo ab ea pilos, deinde saliunt eam sale, postea aptant eam cum farina, galla et similibus rebus pellem contrahentibus et indurantibus. Et haec species vocatur גויל. Deinde accipiunt pellem postquam pilos sustulerunt dividuntque eam secundum crassitudinem ejus in duo, (pro more coriariorum) ita ut fiant ex ea duae pelles, una tenuis, quae videlicet est versus pilos et altera crassior, quae est versus carnem, hasque similiter aptant sale, farina, galla et similibus; vocaturque tum ea pars, quae versus pilos erat קלף, altera vero, quae versus carnem, דוכסוסטום. Haec Majemon. Idem scribitur plane in Schulchan Aruch p. 1, num. 32, s. 7. Tephillin scribebant super קלף, et Mesusos super דוכסוסטום. V. autores citatos et T. Sab. 79b. Men. 32a. Vocabulum est peregrinum. Potest deduci a gr. διχάζω *in duo divido,* quasi διχαστὸς, διχαστὸν, *pellis divisa in duo,* secundum definitionem Hebraeorum: vel ex δύο et ξεστὸς vel ξυστὸς, quasi dicas, *bis rasus* vel *utringue rasus,* ut sic fere idem sit quod παλίνξεστος vel παλίμψηστος.

דכסוסיא [45] *eques urbis, conductitius publicus, qui nomine magistratus huc illuc mittitur, cum necesse est.* In Gemara מאי דכסוסיא פרשא דמתא quid est דכסוסיא? eques urbis: in Meg. 27a.

דָּכַר דֶּכֶר *recordari, meminisse, memorem esse,* idem quod זכר hebr. Praet. יִדְכְּרוּ צדקות justorum suorum recordatus est, Ps. 9, 13. ידכר יתנא לטב dominus recordatus est nostri in bonum, Ps. 115, 12. Fem. ex forma Pehil ולא דְכִירַת et non recordata est, Thr. 1, 9. דלא דְכַרְתְּנוּן quorum non recordaris amplius, Ps. 88, 6 in Neb. et Regiis: ואן דְכַרִית et si recorder, Job. 21, 6. Part. cum aff. וְדָכַרְנָא יתי קימי et recordor ego foederis mei, Gen. 9, 15. Plur. כד הוינא דְכָרין ית ציון cum essemus memores Tzijonis Ps. 137, 1. Const. וּלְדָכְרֵי פקודוי et iis, qui recordantur praeceptorum ejus, Ps. 103, 18. Pass. דְכִיר קדמי memoratur coram eo, ibid. v. 14. הוו דְכִירין fuerunt memores, Zach. 10, 9. Fem. הות דְכִירָא ירושלם memor fuit Hierusalem, Thr. 1, 7. Infin. מָדְכַּר תדכר recordando recordabitur, Thr. 3, 20. Fut. אֶדְכַּר recordabor, Ps. 77, 4. אדכר עובדי אלהא recordabor operum dei, ibid. v. 12. בדיל דתדכר ut recorderis, Deut. 16, 3. Cum aff. וְתִדְכְּרִנַּנִי et recorderis mei, Job. 14, v. 13. לא הדכרין עוד non recordaberis amplius, Jes. 54, 4. ידכר כען מלכא recordetur nunc

---

[44]) Gr. διξὸς (jonice pro διτσὸς) *duplex*, ut haec vox in Jelam. Gen. 21, legitur, i. e. duplici morbo Salomo affectus est, senectute videlicet ac petulantia.

*) Item vox הכסן in TH. Bm. c. 3, pro *honore* atque *gloria* sumitur ad gr. δόξα spectans.

[45]) Vox composita, ut nonnulli volunt, ex דך heb. זה *hic* et סוסיא *equus*, quasi diceres, *equus semper paratus, si eo opus esset.*

rex, II S. 14, 11. בדיל דתדכרון ut recordemini, Num. 15, 40. ידכרון נסוי recordabuntur miraculorum ejus, Ps. 22, 28. Ithpehal praet. וְאִדַּכַּר שמשון יח אחתיה et recordatus est Samson uxoris suae, Jud. 15, 1. לא אִדַּכַּרְתְּ non es recordata, Jes. 17, 10. אדכריה דינך recordatus sum judiciorum tuorum, Ps. 119, 52. אין אִדַּכַּרְתִּיךְ על דרגשי si recordatus sum tui super strato meo, Ps. 63, 7. ולא אדכרו בני ישראל et non recordati sunt filii Israel, Jud. 8, 34. ולא אדכרו יח non recordati sunt miraculi manus ipsius, Ps. 78, 42. Imper. אִדַּכַּר כען memento quaeso, II R. 20, 3. אדכר ענוי נפשי memento afflictionis animae meae, Thr. 3, 19. אדכר רחמך recordare misericordiae tuae, Ps. 25, 6. Fut. לא יְהַכַּר עוד non memorabitur amplius, Jer. 11, 19. לא ידכרון עוד non memorabuntur amplius, Jerem. 31, 34. Aphel praet. אַדְכַּר שמי recordatus est nominis mei, Jes. 49, 1. Part. מַדְכַּר יח סורחני אנא peccatum meum ego commemoro, Gen. 41, 9. Et ex forma Pahel, מְדַכֵּר חובי אבהת רשיעין recordans peccatorum parentum impiorum, Ex. 20, 5 in Jon. Infin. בדיל לְאַדְכָּרָא ut memoret nomen meum, II S. 18, 18.

Apud Tos. רחמנא ידכריניך לשלם deus misericors recordetur tui ad pacem. Sic olim alloquebantur et salutabant aegrotantes, hebr. השם יפקדך לשלום dominus visitet te ad pacem, Sab. 12b. ואתא ר' עקיבא לאדכוריה et venit Rabbi Akivah, ut eam (doctrinam) ipsi in memoriam revocaret, As. 46b.

דְּכַר *mas*, *masculus*: דכר ונוקבא masculum et feminam, Gen. 1, 27. דילדתא לדכר parientis masculum, Lev. 12, 7. Pl. דְּכָרִין חקדיש קדם יי masculos sanctificabis coram domino, Ex. 13, 12.

הִיפַּרְכִיָא ὑπαρχία, *praefectura, provincia:* מהיפרכיא להיפרכיא de provincia in provinciam, Bb. fol. 91a.

הַפַּתַּח הפת vide in פתח.

הוּצָא הצא vide supra in הוץ.

הוּצְנֵי חצנין *fasciculi,* הוצני פשתן fasciculi lini viridis, Suc. 12b.

הקן *sanguinem emittere, venam secare.* Vide קן.

הָקֵשׁ. Vide infra in קשש.

הֲרֵי הר *en, ecce,* Rab.[61].

הָרַג *occidit, interfecit,* hebr. Hinc in Tg., Praet. fem. הָרְגַת כפנא occidit fames, Thr. 1, 20.

הָרְגִין *interfectores, homicidae,* Bk. 113a.

הָרוּג *occisus, interfectus.* Ap. Tos. כגון שבא הרוג ברגליו sicut cum venit interfectus pedibus suis, Ker. 24a. הרוג occisus, i. e., qui occisus dicitur. Is aperti mendacii testes, qui id dicunt, redarguit. Philippus Aquinas dicit esse locutionem proverbialem: הרוגי מלכות occisi vel interfecti regni. Sic vocantur illi, qui propter salutem publicam et gloriam dei sponte se morti objiciunt, ut sua morte מלכות regnum, h. e. respublica vel ecclesia conservetur. De his dicunt, quod tanta illorum sit excellentia, ut nullus juxta illos possit consistere. Vide Pes. 50a. et Maim. in הלכות יסודי תורה c. 5.

הֲרִיגָה *occisio.* In specie etiam sic vocatur *occisio cum gladio,* quae erat una species poenae criminalis ex quatuor generibus mortis, quibus olim Judaei sontes suos affecerunt. Vide Sanh. 52b.

הרגינן.[62] Sic scribunt: in Gemara legitur per ח ab initio. Vide illic.

הוּרְדָא הרד[63] *tigillum,* eine Latte, Bb. 6a.

הִרְדּוֹלִים, הרדולה *hydraula, hydraulis, musicum instrumentum, quod Vitruvius, teste Valla, etiam organum* vocat, unde et *organum hydraulicum* apud Ammianum Marcellinum. Derivatur sine dubio ex gr. ὕδραυλις, unde melius scriberetur literis transpositis הדרולוס. Ap. Tos. הרדולים לא היה במקדש מאי הרדולה אמר אביי טבלא גורגנא מפני שקולו ערב ומערבב את הנעימה h. e., non fuit hydraulis in sanctuario: (quid est hydraula? Abhai dixit tabula organica vel instrumentum organicum) quia sonus ejus est confusus et confudit suavitatem seu harmoniam, Erch. 10b. Pro גורגנא in Ar. est גורגנא, quod citra dubium est *organa, organon.* Deinde הרדולים scribitur cum Mem in Gem., pro הרדולים, ut recte in gl. monetur. Scribitur etiam quandoque cum א a initio. In TH. Suc. c. ultim. רשב"ל אמר עוגב זה ארדבלם חני רבן שמעון בן גמליאל לא היה ארדבלים בירושלים מפני שהוא סודח את הנעימה R. Schimeon ben Levi dicit, עוגב (quod interpretes exponunt organum) est hydraulis. Tradidit Rabban Schimeon: non fuit hydraulis Hierosolymis, quia corrumpit suavitatem. In gl. marginali dicitur esse מין כלי זמר שקולו עב ומערבב את הנעימה instrumentum musicum, quod fortem admodum reddat sonum, ac proinde omnem suavitatem et harmoniam confundat. Quod vero dicitur, הרדולים idem esse quod עוגב, eo facit etiam quod in Br. s. 23. legitur ad Gen. 4, 21: „Ipse fuit pater omnium contrectantium כנור ועוגב citharam et organum; i. e., ארדיבלי ובירבלין hydraulas et בורבלין. Pro בורבלין legitur iterum in Br. s. 50. כרבלין per Kaph ab initio, quod possit esse κρέμβαλα, crepitacula vel κύμβαλα cymbala. Amplius in Tg. שבחו יתיה בהרדובלין ובאבובין laudate eum cum hydraulis et fistulis, Ps. 150, 4. in Psaltrio Nebiensis. Regia, בַּהֲרִיבָלִין hebr. במנים ועגב.

הוֹרְדוֹס, הורודוס *Herodes:* מלכות הורודוס regnum Herodis: מעשה הורודוס factum Herodis. Sic citat B. Ar. ex Sanh. 66b, ubi nunc pro eo legitur מעשה הדודים. Intelligitur actus obscoenus rei venereae, quem glossa sic describit, מרדד ומקשה אברו בבשרה מבחוץ דהיא אינה נהנית שבא על נערה לאחר מיתה. B. Ar. scribit de Herode. Conf. Bb. 3b.

יוני הירדסי, הרדסי. Inde יוני הרדסיות vel יוני הרדביאות *columbae domesticae sive cellares, quae domi educantur.* Juxta Hebraeos, *columbae herodianae.* Videamus loca. In Chol. in capite, quod incipit שלוח הקן (h. e., dimissio nidi, quia in eo agitur de praecepto illo mosaico, Deut. 22, 6. „Quum occurrerit קן צפור nidus avis coram te in via, in quavis arbore aut super terram, in quo sunt pulli vel ova, et mater cubet super pullos, aut super ova. non accipies matrem cum filiis: שלח תשלח dimittendo dimittes matrem et pulles capies tibi"; mox ab initio scribitur in Misna: ושלוח הקן עינו נוהג אלא בעוף ואינו נוהג אלא בשאינו מוזמן איהו שאינו מוזמן כגון אוזין ותרנגולין שקיננו בפרדס אבל אם קננו בבית וכן יוני הרדסיות פטור משילוח h. e., et dimissio nidi, (h. e., lex illa de dimittendo nido) non valet nisi de avibus, et quidem nonnisi de avibus non praeparatis (i. e., quae non habent nidum in aedibus et domibus ab ipsismet, vel ab hominibus pro illis praeparatum, quaeque adeo sunt in hominis potestate) quaenam sunt illae aves non paratae? E. G. anseres et gallinae, quae nidificant in hortis. Sed si nidificent in domo, ut et circa columbas domesticas, liber est (homo) a dimissione (h. e. non obligatur ad dimittendam matrem.) Hactenus Misna. Gl. R. Salomonis, יוני הרדסיות i. e. שדרכן לינדל עם בני אדם quae solent educari cum hominibus, domesticae. Rambam, מיוחסים אל הורודום המלך שהוא התחיל לגדל יונים בבתים denominantur ab Herode rege: quia ipse incepit educare columbas in aedibus. Bartenora: על שם הורודום a nomine Herodis, qui solebat eas educare, vocantur הרדסיאות herodianae. Rambam in Hilchos Sche-

[61]) Exstat et aliud הרי in Bk. 2a, quod gr. est ἀρά, *noxa, damnum.*

[62]) gr. ὀρεύγανον *origanum.* *) הרגו gr. ὄρχις, *testiculus, testes* Bech. 8. A. n. עבי legit, quod vide.

[63]) Fortasse gr. χόρτος, commutata gutturali, ut saepius.

chitha c. 13. verba haec Misnae suis verbis exprimens, pro יוני הרדסיות substituit, ויונים שקננו בביח. Gemara super praecedentem Misna; R. Chija et R. Simeon dissentiebant de hac voce, חד תני הרדסיאות unus dicebat herodianae, alter dorsianae. Qui dicit הרדסיאות, denominat eas sic ab Herode: qui vero dicit הדרסיאות, denominat eas a nomine loci ipsarum. Deinde memoratur ibi, quod edoctae fuerint acclamare Herodi קירי קירי, hoc est κύριε, κύριε, domine, domine. Cum autem aliquando una esset, quae clamantibus caeteris קירי קירי, taceret, monitam ab altera, ut idem quod illae faceret, exclamasse קירי כירי h. e., dominus servus, q. d. ille, quem vos pro domino habetis est servus, et hac de causa jugulatam fuisse etc. Iterum in T. Sab c. 24. in Misna: אין נותנין מים לפני דבורים ולפני יוני שבשובך אבל נותנין לפני אווין ותרנגוליא ולפני יוני הרדסיאות non ponunt aquam coram apibus et coram columbis, quae sunt in columbario, (i. e. columbis silvestribus, quae palumbes vocantur; quia hae, ut et apes sibi ipsis de potu prospiciunt) sed ponunt coram anseribus, gallinis et coram columbis domesticis. Glossatores eodem modo exponunt hic, ut in praecedenti loco. B. Ar. in יון primo locum priorem ex Chol. adducens, hoc פירוש sive hanc expositionem subjicit; המלך הורודום הביא יונים מן המדבר וגדל אותם בישוב ונעשו חרבות ונקראו על שמו הורדוסיות ומאן דתני דורסיאות על שם המקום שהביאם משם i. e., rex Herodes adduxit columbas ex deserto et educavit eas in terra habitata factaeque sunt educatio, (h. e., cicures, edoctae, mansuetae vel factae sunt soboles vel propago scil. peculiaris:) vocataeque fuerunt secundum nomen ejus herodianae. Hactenus B. Aruch. Hinc liquet, hallucinatum esse in horum verborum expositione virum clarissimum et alias perspicacissimum D. Joh. Drusium, dum ex columbis istis cellaribus sive herodianis fecit herodianos illos, quorum mentio Matth. 22, 16. *Nam in praeteritis ad dictum Matthaei locum scribit:* In Lexico Juris Ebraici vocantur הורדוסיות herodiani, de nomine Herodis et דורסיות dorsiani a loco, unde abducti fuerunt. Erant autem natione graeci. Autor lexici, qui B. Ar. Ebracis: Herodes rex adduxit Graecos e deserto et educavit eos in terra habitabili, fecerruntque חרבות. Videtur hoc velle, instituerunt certum ritum. Quis ille ritus? Herodis, qui eos aluerat, natalem celebrabant, quo die etiam lucernas accensas et violis coronatas in fenestris ponebant. Hoc primum: deinde credebant eum Messiam esse. Et in commentario posteriori ad voces N. T. c. 23. Quinam fuerint Herodiani, quaesitum a doctis: variae sententiae; ego, quam reperi apud autores hebraeos, eam ponam. In Lexico Juris lego, Herodianos Graecos fuisse, dictos autem ab Herode, qui primus eos traduxit ex deserto ad locum habitatum educavitque. Ponam verba hebraica, deinde reddam, ut sonant ad verbum, הורודום המלך וכו' i. e., Herodes rex adduxit secum Graecos ex deserto et educavit eos in terra habitata et fecerunt sectam: vocatique sunt de nomine ejus Herodiani. Haec Drusius, quam ipsius observationem adducunt Isaacus Casaub. Exercit. I. contra Bar. Num. V. Beza in majoribus annotationibus et alii. Sed deceptus fuit D. Drusius. Nihil enim tale vel per somnium Talmudicis, vel Autori Aruch, in mentem unquam venit; יוני illic non est legendum יְוָנִי Graeci; sed יוֹנֵי columbae. Nam quid negotii Herodianis vel Graecis cum anseribus, gallinis, palumbibus et apibus, cum quibus illic conjunguntur יוני הרדוסיות? Quo sensu illi excipientur a lege illa mosaica de dimittendo nido avium? Deinde חרבות ibi non significat ritum, religionem vel sectam: sed educationem. Fons erroris est, quod D. Drusius Aruch tantum, non ipsum Talmud inspexerit, ubi ex circumstantiis omnibus evidentissime liquet, non agi illic de hominibus, sed de avibus. Haec occasione hujus vocis הרדסיות.

הַרְדָּפָה vide in רדף.

הירדופנין *species herbae amarae, cujus usus etiam fuit in esu Paschatis,* ut videre est in Talm. Pes. 39a. Gl. hic notat, quosdam id explicare אלוישנא. Herba haec fuit bestiis venenata et lethifera: דאכלה הרדופני bestia, quae comedit herbam hirdophnem, Chol. c. 3. in Misna. Rambam hic notat; הירדופני est herba, quae bestias, si eam comedant, interficit, nihil vero nocet hominibus. Sic et Bartenora. Hinc in Gem. quoque scribitur, סם המות דבהמה היינו הירדופני venenum lethiferum bestiis est הרדופני. Sic etiam vocant Hebraei lignum illud, sive arborem illam, qua Moses dulcavit aquas amaras, Exod. 15, 25. Volunt autem lignum fuisse amarum, adeo ut miraculum in miraculo, ut loquuntur, factum fuerit, dum ligno amaro, aquae amarae dulces redditae fuerunt. Hinc legitur in Jalk. f. 73b. ויורהו יי׳ עץ „et docuit eum dominus lignum"; Rabbi Jehosua dixit: hoc fuit lignum salicis. R. Elieser dixit, fuit lignum oleae, quod nullum lignum sit eo amarius. R. Jehosua filius Calvi dixit, זה עץ של הרדופני fuit lignum hirdophne. Gl. hic est; הרדופני est arbor, quae crescit juxta aquas, et flores profert similes liliis, quae amarae admodum sunt, et bestiis lethiferae. Desumpta est haec explicatio ex Ar., qui scribit vernacule a quibusdam vocari סנגיגו. In Sr. s. 50. legitur הרדפוני, literis transpositis. In Jonathane, Ex. 15, 25. scribitur per א ab initio: Et oravit Moses coram domino, et ostendit ei dominus arborem amaram דְּאַרְדִּיפַנִי, cui inscripsit nomen illud magnum et gloriosum, qua projecta in aquam, dulces factae sunt. Iterum in Targ. Jon. Gen. 30, 37. respondet hebr. וערמון platanus vel castanea. Sic enim ibi legendum וְאַרְדְּפוּי pro וְאַרְדְּפַנִי. Mentio hujus arboris quoque fit in Gemara Suc. 32b, ubi scribitur הֵירְדוּף. Videtur esse ex gr. δάφνη, *laurus.*[64]

[61]) De eo inter alia quoque dicitur illic, quod sit bestiis venenata et lethifera. Videre itaque ex vocum aliqua

הרהון הַרְחָה *matula urinaria.* In Br. s. 39. circa finem: חמן קריין לפועלא טבא עמידה ולהרהון של מיטי רגלים עמילה illic vocant opus bonum עמידה et matulam urinarum עמילה. Varia hic est lectio. In Ar. contrario modo citatur, לפועלא טבא עמילה ולהרהון של מיטי רגלים עמידה. Rabbi Moses bar Nachman in legem f. 146a. pro עמידה legit עמירה. Vide eum illic fuse. In TH. Sab., ubi idem locus exstat, pro ולהרהון legitur ולרחוץ של מיטי רגלים עמידה: et in As. 43a. לרחון של מיטי רגלים, sine He ab initio. Est vox corrupta.[65]

הַרְהָן vide in הרן.

הָרַהַר *cogitare, scrutari, speculare.* Plerumque sumitur in malum. Praet. ברעיניה הָרַהַר בסלין verum in cogitatione sua cogitavit verba, heb. חטא איוב בשפתיו peccavit Job labiis suis, Job. 2, 10. וְהָרְהרוּ עמא בלבביהון et cogitarunt populus in cordibus suis Num. 21, 6. in Jon. hebr. וידבר העם באלהים. Part. גבר מְהַרְהֵר חטאין vir cogitans peccata, Deut. 29, 18. hebr. שרש פרה ראש. Pl. ולבב מְהַרְהֲרִין et cor speculantium, hebr. נמהרים inconsideratorum, praecipitum, stultorum, Jes. 32, 4. ורי אתון מהרהרין et quod vos cogitatis, Ez. 11, 5. et 20, 32.

Ap. Ros. et Tos.: אין להרהר אחרי מעשי השם non est cogitandum post opera Dei, h. e. non sunt scrutanda opera Dei, sc. curiosus et ea quae latere nos voluit: כל המהרהר אחר רבו כאלו מהרהר אחר השכינה quicunque sinistre cogitat contra praeceptorem suum, perinde est ac si cogitaret contra deum, Sanh. 110a.

הִרְהוּר *cogitatio:* בהרהור לבי אנא אויל in cogitatione cordis mei ego ambulabo, heb. בשרורות לבי, Deut. 29, 19. בהרהור לבהון in cogitatione cordis ipsorum, Jerm. 7, 24. מקריות הירהור ליליא ab accidenti cogitationis nocturnae, Deut. 23, 11. in Jonath. דסליקו היהרהרו יצרא qui abstulerunt cogitationem concupiscentiae, Jes. 62, 10. בתר הרהור לבהון post cogitationem cordis ipsorum, Jes. 57, 17. יסקון הִרְהוּרִין על לבך ascendent cogitationes in cor tuum, Ez. 38, 10. למכפרא על הרהורי לבא ad expiandum pro cogitationibus cordis, Lev. 6, 2. in Jon. 'V. et Ps. 64, 7. Cum affix. וידע הִרְהוּרַי et cognosce cogitationes meas, Ps. 139, 23. Et ab alia forma, הַרְהֲרִין Dan. 4, 2.

Rabbini: משתקוץ משנתך אל יפנה לבך בהרהורים רעים quando expergisceris a somno tuo, non convertet se cor tuum ad cogitationes malas: nam הרהור מביא לידי מעשה cogitatio impellit ad ipsum opus, in Orchoth chajim: Item הרהורי עבירה קשו מעבירה cogitationes peccati graviores sunt ipso peccato, Joma 29a. quo innunt, concupiscentiam peccati aut sceleris alicujus vincere et superare, difficilius esse, quam corpus ab ipso facto continere, sicut odorari carnem assatam gravius est, quam propositam carnem videre: facilius ab esu abstinet homo, quam desiderium ex odore supprimat.

הַרְוִיפֵי הַרְוִי *seminis vel herbae genus, exitialis bestiis,* scribit glossator talmudicus, in Pes. 39a. Autor Ar. exponit vernacule *philtro*, *philtrum* et vult idem esse quod ארופתא, de quo in ארז. In parvo Ar. exponitur germ. Meerrettig. Munst., Guido et caeteri explicarunt *incoctilia, vas aeneum.*

הַרְוַק *claudere, includere ut lateat, occultare, abscondere:* דהוה מהרוק בביתא qui absconditus erat in domo, qui latebat in aedibus, Ned. in fine: דהרפיה באדרונא quem occluserat in cubiculo, Bk. 85a. ubi vitiose legitur דהדקיה.[66] Nam Scholiastes in fine Nedarim citat eum recte ad praecedentis exempli confirmationem.

הַרְוִיקָא *porta:* In Gem. בי הרויקי חייב בשני מזוזות locus harsike obstrictus est ad duas מזוזות schedas: מאי בי הרויקי בית שער הפתוח לחצר quid est locus Harsike? locus portae apartae versus atrium, Men. 33b. בי pro בית apocopa frequens, locus portae, i. e. porta magna atrii, quae in ingressu primo est.

הַרֵי *ecce, en:* הַרֵינִי en me, ecce ego. Exponitur et interrogative, *nonne, nunquid?*

הָרְיָת *nom. propr. urbis,* quae hebraice vocatur כלח Gen. 10, 10. 11. in TH.

הַרַךְ vide in הרך.

הורמיז הרם[67] *Hormis, nomen daemonis,* Sanh. 39a. In Bb. 73a. legitur per Nun, הורמן בר לילחא

---

affinitate possit esse *rhododaphnen*, de qua similiter Plin. lib. 16 c. 20: Quamvis herba dicatur sabina rhododendron, ut ex nomine apparet, a Graecis venit. Alii nerion vocarunt, alii rhododaphnen sempiternum fronde, rosae similitudine caulibus fructicosum. Jumentis caprisque et ovibus venenum est. Idem homini contra serpentium venena remedium. Buxt. in spicilegio.

[65]) Gr. est οὐρερόν.

[66]) Litera Daleth, ut saepius, confusa videtur. Legendum itaque דהרקיה (ubi Daleth servile est) vocemque הרקי referre potes ad gr. ἐρύκω, cui notio inest *inhibendi* et *claudendi* ad locum illum talmudicum aptissime quadrans.

[67]) Lectio confusa sensusque inde ambiguus atque turbatus partim ex similitudine figurae Saïn et Nun finalis, partim ex eo orta, quod commentatores et lexicographi omnia הורמיז sonantia vocabula ad unum etymon cogere et quasi unam vocem tractare voluerunt. At ego juxta sensum explicans sequentem obtineo lectionem sequentiaque distinguo vocabula: Primo הורמיז de quo in Sanh. 39. *Persarum est* هرمز *genius bonus, principium bonorum.* Haec illic אמר ליה הוא אמגושי לאמימר מפלנך לעילא והורמיז מפלנך לתתא דאהורמיז h. e. dixit magus quidam (qui, ut ex compluribus ejusdem sententiis eodem loco commemoratis elucet, bona ab alio ab alioque deo mala creata putat) Talmudico Amemar (qui et bona et mala ab uno eodemque deo creata affirmat) partem tui superiorem הורמיז inferiorem אהרימיז creavit. Dubitari nequit, quin ibi de Hormasde, qui bona, partes igitur corporis praestantiores, uti sunt caput et cor, ac de Ahrimano, qui genitalia ceterasque viliores corporis partes creaverit, sermo sit. Corrigendus igitur ille locus et primum nomen per Saïn (הורמיז), alterum per Nun

Hormin filius Noctis, daemonis feminae, sed gl. notat legendum per Sajin. Alibi est *nom. propr. viri*, Git. 11a, ubi additio notat, nomen daemonis legendum per Nun, nomen viri per Sajin.

הָרְמָן, הָרְמָנָא[68] *licentia, facultas, potestas: mandatum, decretum*, ונפק סטנא בהרמנא מן קדם יי׳ et egressus est Satan cum potestate a conspectu domini Jobi 1, 12. et 2, 7. Ap. Tos., קבל עליה הרמנא דמלכא susccpit in se potestatem regiam, gl. שלטנות, Git. 57b. הרמנא דמלכא הוו נקיטי licentiam regis acceperunt, Chol. 57b. ה׳מנא דמלכא הוא mandatum regis est, Bm. 83b. דשכיחי גבי הרמנא מרברי אהדדי qui inveniebantur juxta potestatem colloquentes simul, i. e. praefectum, Erub. 59a.

הוֹרְמְנוּתָא *idem:* in Zohar frequens et exponitur רשות ורצון המלך potestas et voluntas regis.

הָרְמֵינִי *Armenia*, Am. 4, 3. in Regiis. V. in הרם.

הַרְנִי הרן. Sic in Ar. hic adducitur: in Gem. legitur ארני, vide ארן.

הַרְנוּגָא[69] *herbae genus, quae vepribus adnascitur*, Sab. 110b. Item *avis species*, Chol. 62b.

הָרַם *irrumpere, ingerere, intrudere se in rem aliquam citra necessitatem et praeter propositum.* Petita significatio ex illo, פן יהרסו אל יהוה ne perrumpant ad dominum, Ex. 19, 21. Hinc in More par. 1. cap. 5. צריך לאדם שלא יהרם לוה העניון העצום necesse est homini, ut non irrumpat in rem hanc difficillimam et gravissimam.

הֲרִיסָה *irruptio.*

הַרְסָנָא[70] *pisces frixi, cum farina, muria et pinguedine ipsorum*, ut Hebraei explicant. Vide As. 38a. Bez. 16a, Ketb. 60b, Jom. 84a.

הָרֶף *ictus oculi, momentum:* כהרף עין quasi ictus oculi, quasi momento, hebr. ברגע in momento.

(אהורמין) legendum est. Secundo *idolum graecum* Ἐρμῆν denotat. Bb. 73a. Errant Castellus (heptag. P. I. col. 3959 et post eum Lorsbachius (arch. bibl. II. p. 259), qui ex eo, quod בר לילית i. e. filius Lilith ibi nuncupatur, Ahrimanum esse putant, qui creator tenebrarum habetur: nam, ut absit, quod paulo ante diximus, ex quo videndum Ahrimanum in Talmude אהורמין vocari, Talmudici idola Graecorum omnia malos habebant genios ac daemones indeque a matre Lilith natos. Superest, quod illa, quae l. c. de eo genio narrantur ad graecum quidem Ἐρμῆν, minime vero ad malum principium Persarum Ahrimanum quadrant. Fabulantur enim ibi de celeritate ejusdem genii de prudentia atque peritia in nectendis nubibus miscendisque earum aquis, imo etiam de missione ejus a superis ad inferos, quae omnia magis iis, quae apud Graecos de Ἐρμῆ, quam iis quae de Ahrimano apud Persas fabulantur, conveniunt. Nihilo minus suspicari licet, Talmudicos non ex iis, quae de Ἐρμῆ apud Graecos fabulantur, sed una cum Graecis ex ipso fonte indico hausisse adjuvarique potest sententia illustris Viri Max Müllerі, qui nomen Ἐρμῆς ex *Sâramèya*, quod nomen est genii apud Indos, ortum porroque facinora graeco ingenio apposita secundum fabulam indicam, quae de *Sâramèya* ficta esset, affirmat †. Cf. annot. nostr. ad מרקולים. Tertio est *nomen proprium* (Git. 11a.), minime vero, „*viri unius de justitia celebrati*“, ut vult autor Ar., sed monentibus R. Salomone nepoteque ejus Tam nomen, quod ethnici, non vero Judaei sibi apponere solebant, ita ut ex ipso nomine cognosci posset, utrum ille, cui hoc nomen est, ethnicus an Judaeus esset. Id vero ex eo loco talmudico non satis liquet num hoc nomen per Saïn an per Nun scribendum. Quarto est *nomen proprium urbis in Persia* observante R. Salomone in Sanh. 76 et Mk. 12. De ea urbe mater Saporis regis אפרא הורמז i. e. *ornatus, pulchritudo, majestas, magnificentia* (pers. أفرند a. v. أفرندين *ornare, exornare*, de quo et illud in fine Bm. אפריין נפטין gratias agimus, magnificentias praebemus) *urbis* הורמז. Vide R. Salomonem in Sanh. l. c., ubi sententia ejus probabilior, quam illa de ea voce in tract. Nid. 20a. Nomine Ahrimano (אהורמין) in Talmude invento supervacuum non videbitur, si etymologiam vocis a Lorsbachio datam addemus. Putat vir illustris vocabulum conflatum esse ex أهار *ahar* quod pers. *contaminationem* seu *pollutionem* innuit, et מנוש, quod in eadem lingua *naturam* significat, ut *pollutionem naturae* i. e. *originem tenebrarum principiumque malorum* denotet. Pro corollario addere liceat vocem אחר, qua Talmudici Chagig. 13 et in TH. pro apostata Elischa, item in Pes. pro sue uti solent, verti potest ad vocem pers. commemoratam أهار, ut eos quasi contaminationem naturae et pollutionem denotent. † Lectures of the science of Language second series p. 472 ff.

*) הרמז *nomen urbis*, Vide in שניא.

68) Vox persica فرمود *mandatum, jussum*. Litera Nun ex more aramaeo affixa, nisi vocem הרמן a Talmudicis non secundum nomen pers. פרמוד, sed ab ipso verbo pers. فرمودن *jubere* eliso ד formatam esse dicas, quae etymologia ideo probabilior, quod הרמנה (per א in fine quiescente) dicunt, unde apparet literam Nun, quasi radicalem a Talmudicis tractatam esse. De mutatis literis ב et ה cf. ar. فرفر et فرفر Latinorumque *hariolus*, quod ut docet Voss. ex antiquo *fariolus*, a. v. fari, ortum est.

69) Gr. ἠρύγγη vel ἠρύγγιον *eryngo*, herba ex aculeatorum genere, d. q. apud Plin. 22. 7. 8. In edit. nostris per ח, הרנוקא legitur, quae lectio probabilior, nam Graecorum η non aspiratum a Tis. per ח reddi solet.

*) הרניתא *squama piscium*. Cast. in Heptag.

70) Ar. هريس *harisun* resoluta nunatione *un* in נ. Origo vocis in rad. הרס ar. هرس *contundit* quasi *contusum* diceres, neque interest, nisi quod Arabes contusa carne, Judaei vero contusis piscibus ad conficiendum pulmentum usi sunt.

Elias deducit a רפה[71] remitti, remissum esse, laxari, quasi dicas, *laxatio oculi.*

הוֹרְפִילָא *nutus: appetitus*, Guido ex Zohar. Dubito.

הַרְפַּנְיָא Nom. propr. loci, שכיבי דהרפניא mortui istius loci, Sanh. 48b.

הַרְפַּתְקֵי[72] *termini, solennitates, vices statae, decisa et definita tempora: accidentia, eventus, infortunia:* In Jobo, מכון להרפתקי וזמנא paratus ad solennitates temporis, solenne et statutum tempus, heb. למועדי רגל, Jobi 12, 5. עד אימתי חשוון הרפתקי למלין quousque statuetis terminos verbis? Hebr. קנצין fines, Job. 18, 2. Apud Tos., כל הני הרפתקי דעדו עלה omnia haec accidentia, quae transiverunt super eam, Rh. 16a. quae antea vocavit פרקים partes temporis. Gl. מקרות *accidentia, eventus, infortunia.* Sic ap. Ros., כמה הרפתקי שעברו עלי tot infortunia, quae transiverunt super me.

הרק. בהריקאי Sic ponitur hic in Ar.: at in Gem. legitur חרק: vide illic.

הרקיה. Scribitur et hoc in Gemara per ח: vide ergo in חרק.

הרר. Hinc Aphel אַהַר Syris est *molestum esse, molestare, molestiam exhibere.* Huc referendum: מַהֲרָא לביה דגברא molestia afficit cor viri, Pr. 25, 20. in Venetis.

הַרְהוּר, הַרְהַר vide supra in הרה.

הַר, הָרָר *mons:* הר הבית mons domus, id est templi, in quo templum erat aedificatum. Vide Mid. c. 2. הר המשחה mons unctionis, i. e. olearum, ibid. Pl. הָרִין הָרָרִין montes: היינו כהררין התלויין בשערה sicut montes pendentes a pilo, Chag. 10b. Argumentum ab imparibus: וכמה עקרים גדולים והררים רמים תלויים בה et fundamenta magna et montes excelsi pendent in ea.

הָרָרִי *montanus*, femin. הָרָרִית *montana.*

הרת *matrix*, juxta Ar., ab הרה concipere, in Ber. 44b. י"ע fol. 29a.

השן הושנא *fasciculus:* הושני פשתן fasciculi lini, macerati quidem et fracti, sed nondum pectinati, Suc. 12a. Tria vocabula de lino; הוצני de lino virente: הושני de arefacto et fracto: אניצי de culto et pectinato.

הוֹשַׁעְנָא השע vide in ישע.

הַשְׁחָא השח vide שעה.

הַתָּךְ *diminutio:* הצמיחה וההתוך accretio et diminutio, More nev. p. 2. in prolegom. התך arabice est *attritio, contritio.*

הַתֵּל *ludificare, deludere, illudere*, hebraice. Hinc Ch. fut. Pahel, יְהַתֵּל בחכימא illudit sapienti, heb. יהולל, Eccl. 7, 8.

הַתּוּל *ludificatio, derisio:* דברו דברי התולים loquebantur verba ludificationum, R. David IR. 18, 29.

הָתָם *illuc, illic.* Hebraeum שם chaldaice effertur תָּם, cui litera ה ab initio servit. Vide תם.

הֲתַר *licitum, permissum.* Vide נתר.

הַתְרָאָה *praemonitio.* Vide תרה.

Abbreviaturae literae ה.

ה': ה' השם τὸ ὄνομα, *nomen*, quomodo κατ' ἐξοχήν vocatur nomen tetragrammaton יהוה.

ה"א: ה"א הוה אמינא *essem vel fuissem dicens, dicerem, dixissem.* Talm.

ה"א"ה"ל: ה"א"ה"ל המלה אשר הונחה להורות *dictio, quae posita est ad significandum.* In libro אוהל מועד, qui continet synonyma hebraica, ejus frequens usus.

ה"א"ע: ה"א"ע החכם אבן עזרא *sapiens Aben Esra.* Vox החכם plerumque integre scribi solet. Vide א"ע.

הב"ת: vide בב"ת.

הב"ה: vide הק"בה.

הב"ע: הב"ע הבא במאי עסקינן *hic de quo agimus? nostine, intelligisne, de quo hic agamus?*

הב"ע"ל: הבא עלינו לטובה *qui*, vel *quod veniat nobis ad bonum nostrum.* Sic loquuuntur de die festo, tempore quolibet futuro, ut בירח הבעל in nundinis, quae veniant nobis bono nostro, quae nobis sint felices, mittam tibi etc. Omittitur interdum ב, remanente ה"ע"ל.

ה"נ: ה"נ הכי גרסינן *sic legimus, sic discimus:* Talm.

הג"ה: הגהת המדבר: *animadversio, admonitio, censura autoris.* Usurpari solet, quando autor aliquis ad alterius autoris textum notas, scholia, aut cestigationes adjicit. Ultimum ה potest etiam denotare הכותב *scriptoris.* Scribitur et integre הגהה cum virgulis, ut tanto magis observatio ista sit in conspectu.

---

[71]) Ubi Graecus ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ (Epist. ad Cor. I. 15. 52.) Syrus habet ܒܡܫܪ ܥܦܨ ܕܥܝܢ, quae variatio vocabulorum איך et ἐν alio modo oriri non poterat, nisi ex ambiguitate literarum figura simillimarum Beth et Caph Hebraeorum (ב et כ); ita quidem ut Syrus literam servilem pro Caph haberet eamque vel ut Caph comparationis per איך *sicut* redderet, Graecus vero per Beth legeret ac, proinde quasi Beth temporis per gr. ἐν *in* eam restitueret. Suspicari igitur licet in ea epistola originaliter scriptum fuisse בהרף עין, unde et ad etymologiam vocis הרף concludi potest, eam inter peregrinam vocem ῥιπή, ut habet Graecus, indigenamque aramaeam radicem רפ, ut legit Syrus, versari, minime vero ad rad. רפה referendam esse, ut vult Kimchius.

[72]) Graecum videtur esse ῥιπτασμός, *jactatio*, *conflictio*, proprie de *jactatione corporis* aegrotorum.

ה"ד: היכי דמי *quomodo videtur, ut apparet, quomodo est, vel habet se?*

הוא דרך *est via, mos, consuetudo.*

הוא דאמרי *illud est, quod dicunt*, scil. אנשים homines, החכמים sapientes, aut aliud simile, quod sequi solet.

היינו דכתיב *illud est, quod ecriptum reperitur.* Pro היינו legi etiam potest הוא vel ההוא.

הכי דרשינן *sic explicamus.*

הד"א: 1. היינו דאמרי אנשי *illud est quod dicunt homines.* Utuntur Talmudici, quando adagium, dicterium aut proverbialem sententiam adducunt.

2. הכל דבור אחד *omnia sermo unus sunt, idem sunt vel valent.* Usurpant, quando idem diversis verbis dicunt. Cum vav copula, והד"א.

ה"ה: 1. הוא הדין *ipsum est ejus, idem judicium, par ratio.* Cum servili, וה"ה: ut תני חני וה"ה הנך docet ista et idem judicium et alterius et alteram sententiam non excludit.

2. היינו האי היינו הך vel *illud ipsum est*, vel הני הך *ista sunt*, vel הוא הדבר *illud est*, Tal.

3. האיש הגדול *vir magnificus*, vel החכם הגדול *sapiens maximus*, vel הנשר הגדול *aquila maxima*, vel denique האשל הגדול *arbor maxima.* In titulis virorum laudatissimorum sic sumi solet.

הלא הוא *nonne est?* In exordiis literarum, quando nominant eum, cui salutem adscribunt: ut, ה"ה כמ"ר משה יצ"ו nonne est ille R. Mosche? Latinis interrogatio non habet locum. Saepe accurrit in libello חמי הזמן. Cum servili וה"ה.

היינו הך דאיתמר *illud ipsum est qnod dicitur*, vel דאמר *quod dicit*, vel דאמרי *quod dicunt.* Vel הוא דכתיב *illud est quod scriptum legitur.* In Zohar frequens, quando scripturae locus citatur. In Talmud Jeruschalmi scribitur היא.

ההמ"כ: האיש הגדול מנוחתו כבוד *vir eximius, cujus requies sit gloriosa.* Sic de viris excellentibus e vivis exemptis loqui solent.

ה"ר: החכם הגדול רבי *sapiens ille magnus Rabbi N.* nomen sequi solet: vel הקדוש הרב רבנו *sanctus ille*, etc.

ה"ז: הינו זה *ecce illud est:* vel הרי זה *ecce ille* vel *illud.* Frequens in Rambam et Rabbi Salomonis Commentariis.

הח"ר: החכם רבי *sapiens ille Rabbi N.* nomen sequi solet.

ה"י: השם יתברך *Dominus, qui benedictus sit.* Interponitur saepius ש. Vide הש"י.

הכ"א: היכמא דאמר *sicut dicit vel dicitur*, Talm.

ה"ל: הוה ליה *erat ipsi.* Sequi solet Infinitivus, למימר *dicendum*, למכתב *scribendum*, aut simile.

הל"ל. הי"לל: היה לו לומר *erat ei dicendum, debuisset dicere*, id est Talmudice, הוה ליה למימר. Quandoque interponitur י, ut היל"ל et cum servile, שהיל"ל quod etc.

הל"מ: הלכה למשה מסיני *traditio Mosis a monte Sinai.* Sic dicunt quando traditiones suas autoritate Mosis, qui eas in monte Sinai a Deo accipit, comprobare nituntur.

ה"מ: הני מלי *haec ista verba, istae res:* בה"מ *istis verbis:* וה"מ *et haec verba, hae res.* Talm.

הכי מאי. Sic ante et post se aliquid requirit: ut אי ה"מ למימר *si sic est, quorsum dicendum?* Talm.

המר"א: היך מה דאמר היכמה vel *quomodo est, quod dicit*, scil. הפסוק *versus biblicus, scriptura sacra: juxta id quod dicitur:* vel היינו מה דאמר *illud est quod dicit*, scil. *Scriptura.* Usurpant, quando locum ex Scriptura adducunt ad sententiae suae confirmationem.

ה"נ: *sic etiam, hoc quoque.* Talm.

הנ"ל: הנזכר למעלה *qund commemoratum est supra*, vel *qui etc.* et cum servili alia, כנ"ל *sicut etc.*

הנ"ר: הנעלה רבי *excellens Rabbi N.* nomen enim sequi debet vel הנכבד *honoratus*, aut, הנגיד *princeps*, הנדיב *munificus*, aut simile.

הס"ד. הסה"ד: הוא סוף דבור vel הדבור *iste est finis sermonis vel textus hujus.* Interdum praeponitur ו copula, וחסה"ד.

העה"ב: vide in litera ע,

ה"פ: הכי פירוש *sic interpretatur:* וה"פ *et sic interpretatur.* Vel הכי פירושו *sic est interpretatio ejus.*

ה"ק: הא קשה *ecce difficile est: ecce objici potest;* וה"ק et ecce objicitur, difficilis objectio est.

2. תבי קאמר *sic dicit:* דה"ק quia sic dicit.

3. האי קרא *hic versus biblicus, hic locus Scripturae, hoc dictum.* Talm.

4. הכי קתני *sic docet, sic vult, sic tradit.* Talm. Cum servili וה"ק.

הקב"ה: הקדוש ברוך הוא *sanctus benedictus ille.* Nomen Dei periphrasticum: Chaldaice קודשא בריך הוא. Abbreviate in Venetis legitur Jes. 50, 11. Saepe omittitur ק, tantum חב"ה, aut prima vox integre scribitur הקדוש ב"ה.

הק"ל: הקודם לבוא *anticipans venire.* In Epistolis ejus usus, ut cum dicunt, ע"י mitte mihi responsum הק"ל per manus primum venientis, primi tabellarii.

הקמ"ל: vide infra in קמ"ל.

הק"ר: הקדוש רבי *sanctissimus Rabbi N.* nomen sequi solet.

ה"ר: השענא רבא *Hoschana rabba*: ut אין מקיזין דם בה"ר non emittunt sanguinem in Hoschana rabba, non secant venam. Sic vocant festum tabernaculorum, quod ex institutione divina, Lev. 2, 3. incipit die decimoquinto mensis תשרי Tisri, i. e., Septembris et durat per integram septimanam. Septimus ejus dies dicitur הושענא רבה Hoschana rabba, Hosanna magnum, q. d. festum auxiliare vel salutare magnum et celebratur vigesimo primo die Septembris. Vocatur הושענא *serva, salva, salutem, opem confer nunc*, quia orant pro salute et remissione peccatorum totius populi, tum etiam pro prosperitate inchoati novi anni, cujus festum praecessit, celebratum calendis Septembris. Hinc omnes preces hujus festi, salvandi et salutis vocabula inclusa habent et pleraeque ab his incipiunt, veluti: למענך אלהינו הושענא propter te, o Deus noster, serva nunc, אל למושעיה deus omnis salutis: כהושעת אליהם בלוד עמך sicut salvasti Israelitas in Aegypto tecum, sic serva nunc. כהושעת אב המון sicut salvasti Abrahamum, כן הושענא sic serva nunc. למען אמתך הושענא propter veritatem tuam opem confer nunc: אתן המשיע o Deus salvator; et sic omnes preces

huc directae sunt. Hinc metonymice preces ipsae hujus festi vocantur הושענות: ut אומרים הושענות dicunt hosannoth, סדר הושענות ordo hoschanoth, i. e., precum festi Hoschana. Haec in libris precum obvia. Deinde vocant fasciculum salicum (de quo Lev. 23, 40) הושענא, quia, in ejus circumgestatione et commotione subinde acclamant הושענא opem fer nunc. Hinc legitur, מקנפין את המגדל עם הלולב והושענות ז"פ i. e., circumeunt suggestum cum spatula palmae et salicibus septem vicibus, nempe in memoriam Jericho, quam etiam circumiverunt septem vicibus: מנענעין את הושענות commovent salices. Haec in Minhagim, i. e., libris ritualibus ipsorum. In Talmud, אמר רבי זירא לא ליקני איניש הושענא ליזנקא ביומא טבא Rabbi Sira dixit: Non comparabit quisquam fasciculum salicis pro puero, in die festo: Suc 46b. Item, אגמא מצראה כשר להושענה myrthus aegyptiaca recta est ad Hoschana, ut sc. cum fasciculo salicis colligetur: Suc. 33a. Item, מגדלי הושענא colligantes fasciculum; gl. אוגדי הלולבין conjungentes ramos palmarum: ibid. 37a. Ergo non tantum de fasciculo salicum usurpatur, sed pro toto fasciculo in isto festo gestari solito. Et mox ibidem: לא לינקוט איניש הושענא בסודרא non prehendet quisquam fasciculum Hoschana cum linteo, ut scil. manum linteo vel sudario involvat et sic fasciculum gestet. Notavit hunc usum vocis jam antea Drusius, in comment. suo ad voces Hebraicas Novi Testamenti: sed hinc vides, usum esse communem et tritum apud Judaeos, ubi de hujus festi ceremoniis tractant.

הרא"ם: החכם רבי אליהו מזרחי *sapiens R. Elias orientalis*. Scripsit ביאור declarationem in Commentaria R. Salomonis.

הרא"ש: הרב רבנו אשר *dominus doctor noster Ascher*. Insignis doctor talmudicus fuit, ac saepe in Talmudici-commentariis sic citatur. Mortuus est Anna Christi 1248.

הר"ר: הרב רבי *amplissimus Rabbi N.* nomen sequi solet, veluti Aharon, Ruben. Infinita doctorum hebraeorum nomina sic cum ה ab initio citantur, quorum communiora aliquot vide in lit. ר.

הש"י: השם יתברך *Dominus qui benedictus sit*. Cum servilibus, בשהש"י, מהש"י, והש"י, quando Deus etc.

---

*) ה': הלכות *constitutiones*. ה"א: האשה *caput XVI. in Jebamoth*. הא"א: הוא אדני אדנינו *hic est dominus, dominus noster*. הוא אחין אחרותו *ipse est dominus unitatis suae*. הלכות אסורי אכילה *institutiones de illis, quae prohibita sunt edere* (apud Maimonidem). הא"ה: האפר והיתר הארוך *nomen libri de vetitis et licitis* (maxime in ciborum differentiis) *agentis*. Autor ejus R. Isaac Durensis (ר' יצחק מדורא), qui fleruit anno 1334. הא"מ: האיש מקדש *caput II. in Kidduschin*. הא"נ: האשה נקנית *caput I. ibidem*. Antecedere solet פרק vel בפרק i. e. caput v. in capite. הב"י: הבעל בית יוסף *autor Ben Joseph* i. e. R. Joseph Karro Hispanus, qui anno Christi 1575 fioruit. Conscripsit librum magnum complectentem ritus, consuetudines, jura et judicia communis politiae judiciae. ה"ג: הלכות גדולות *Hilchoth gedoloth, nomen libri*, cujus autor R. Schimeon Kajara anno Christi 740. (Quidam in aliud tampus rejiciunt.) הג"מ: הגהות מיימוני *correctiones, sive meditationes in Maimonidem*. Autor R. Mair Rotenburgensis (ר' מאיר רוטנבורג) anno 1286. ה"ד: הרא דכתיב *hoc est, quod scriptum est*. הר"ה: הלא דין הוא *nonne argumentatio a minore ad majus est*. הרמ"טב: הבאה, וידוי, אמור טופאה ביעור ea sunt, quae in decimam secundam observari debent, nempe *adportatio, productio*. (Cum decimae secundae nonnisi Hierosolymis consumi licitum erat ac proinde huc adportari debebant), *Confessio formularis*, quae in Deut. 26. perscripta est, *interdictum* sc. ne a luctantibus ederetur, *immundicia, pollutio, deportatio*, d. q. vide in מעשר. הד"נ: הוא הדין נמי *hoc judicium valet etiam* sc. de aliis rebus. הה"ע: הוא האלהינו עליון *ipse est Deus supremus*. הז"י: הדר בחדר ישיבתו *majestas splendoris est habitatio ejus*. הח"ש: האל חנון שמו *qui cus todit semen israeliticum*. הח"ש: חשמר זרע ישראל *deus cujus nomen est misericordia*. הי"נ: השם יודע נסתרות *Deus scit obscondita*. הכ"מ: (או מיתתו) הרי כפרתו משכבו *ecce cubile* i. e. morbus, (seu *mors*) *ipsius fit ejus expiatio*. המא"ה: המאור הגדול *lumen magnum*. המל"תעב: המניח ליזי הבוא עליו ברכה *qui tradit* (epistolam) *in manus illius* (accipientis) *super eum veniat benedictio*. הנמע"ל: הנזכר מעבר לדף *quod memoratum est pagina antecedente*. הנע"ל: היה נא עזור לנו *sis, quaesos nobis adjutor*. הס"רהפ: הסכמת רוב המוסקים *consensus plurimum judicum*. הק"ל: הוא קיימא לן *hoc nobis certum est*. הקמ"ל: הוא קא משמע לן *haec nobis proponit*. השו"ק: הכל שריר וקיים *omne sit firmum et stabile*.

ו[1]

וְאַלַי vide infra in ולא.

וְאָנִי sic adducitur in Ar. ex Gem. Kid. 71a. sed illic nunc scribitur וְיָאנִי, estque *nomen fluvii in Babylonia*. Citat etiam locum ex Br. s. 16, sed et ibi nunc aliter legitur, אעברת נהרא בנה i. e. quam primum transiveris flumen, aedifica. In gl. tamen notatur, lectionem Ar. exstare in libro Juchasin. At in TH. Jev. 3. c. 3. inveni: עד נתר וואניי.

וְהִי וְהָא' וְדָא vide in ידה.

וָהּ *vah, particula gaudentis*, ME. c. 1, 5. In gl. הּ לשון שמחה וי לשון צער.

וָו *uncinus*, ut hebraice. Pl. וָוִין *uncini*, Ex. 38, 28. Constr. וָוֵי עמודיא uncini columnarum, Ex. 27, 10.

וטיב ומב. Sic adducitur hic in Ar., quasi significet *membrum viri*. Perperam. In Gemara legitur וטוביה i. e. et id bonum ejus est, id bono ipsi cedit, id ei utile est ac salutare, Scheb. 18a.

ווטרי *Vitri. Nomen sapientis cujusdam est, qui scripsit librum, qui vocatur* מחזור ויטרי Machsor Vitri. A loco sic appellatus putatur, quasi ex Vitrey oppido Galliae oriundus.

וַי[2] *vae, heu, hei: heus.* Scribi solet per duplex Vau: וַוי לכון מואב vae vobis Moabitae, וַוי לנא vae nobis etc. וי על דאחקריאו עם קדיש vae super eos, qui vocantur populus sanctus, Jes. 1, 4. וי דמקפין ביתא על ביתא vae iis, qui adjungunt domum ad domum, Jes. 5, 8. וי דמקדמין בשפרא למשתי vae iis, qui surgunt mane ad bibendum, v. 11. לְמַן וי cui vae? Pr. 23, 29. וַי ברי וַוי בר כרסי וַוי בר נדרי vae fili mi et vae fili ventris mei et vae fili votorum meorum: vel *heus*, Prov. 31, 2. Sic enim usurpatur alibi, pro hebraeo הוי; ut, וי כל דצבי לטילף heus quisquis vult discere, Jes. 55, 1. Ben Syra, וי למי שהולך אחר עיניו ויודע כי בני זונים המה vae ei, qui vadit post oculos suos, quos novit esse filios scortationum.

Deinde in dialecto hierosolymitana וַיי idem est quod וְהָא' *et ille*, eliso ה, in medio: ut ויי דמר et is qui dicit.

וַיְאָרָן *aucupes equestres*, Sab. 94a. Corruptum: melius in Aruch ויידין, quasi צַיידין, ז et צ inter se permutatis. V. Ar. in ויידן.

וַיְכוּחַ וכח vide suo loco proprio in יכח.

וָלַי וְלָא quod Rabbini olim scripserunt ואלי, interjecto א ad indicandum A^3, unde לא וָאַלַי non *est aequum, par, conveniens*, quod alias dicunt, לא הגון et in Esra, לא אריך לנא non est integrum nobis, non decet nos, Esr. 4, 24. Hinc Munst. negationem praecedentem negligens, וָאַלַי explicavit *inconveniens, incompetens*. Perperam etiam punctavit וַאֲלַי. Nam א protractionis tantum litera est. Porro in Ar. adducitur autoritas ex Ned. 8, ubi hodie sic non legitur, sed לא שרי: olim tamen ab autore Ar. sic lectum ibi fuisse, indicare videtur gl. additionum, in qua prave est יאלי.

וָלָד vide hoc suo loco in ילד.

וִילוֹן וולן *velum, velamen, aulaeum, cortina, tapetes.* Frequens ap. Tos.: מאי ויקן ר' יהושע אמר וילון quid est ויקן? הוא דמקרע דמחנלגל ומחזי נהורא דרקיעא R. Jehosua dicit, velum est, quo rupto et devoluto conspicitur lux expansi, Ber. 58a. In Tg. alia forma: וִילוֹן לדרחא היך וַילְתָּא sicut velum, Ps. 105, 39. tapetes atrii, Ex. 27, 9. in Tg. Jon. et Hier. Pro eo c. 38, 9. in Jon. est ex forma masculina וַויַלַי. Et mox וַויִלוֹן חמשין vela quinquaginta, cubitorum sc. v. 12. Const. וַויִילוֹת דרחא vela atrii, Ex. 35, 17. in Jon. Talmudici pluraliter dicunt וַיְלָאוֹת Bb. 67b.

וום. Sic ponunt hic. Vide חום.

ווסט vide infra in וושט.

וֶסֶת[5] *consuetudo*: synecdochice *consuetudo mulieris menstrua, fluxus menstruus.* Unde in Tg. Jon. סמיך לְוַסְתְּהוֹן prope tempus menstruum ipsarum Lev. 15, 31. Ap. Tos. כל האשה שיש לה וסת omnis mulier, cui est consuetudo sua, i. e. fluxus menstruus, Nidda ab initio: כך היא וסתו של פלוני לגרש נשיו sic est consuetudo N. expellere uxores suas, Ned. 66a. שינוי וסת תחילת חולי מעיים mutatio consuetudinis, (i. e. diaetae in cibo et potu) est principium morbi intestinorum, Sanh. 101a. et Bb. 146a. Nam consuetudo est altera natura, unde non sine periculo mutari potest, etiam in melius. In Scheb. 18b. dicunt Rabbini ex loco Lev. 15, 31.: „sic curabitis ut se separent filii Israël ab immunditiis suis," doctrinam

---

[1]) Hebraeis et Chaldaeis, ס Syris et ع Ar. sexta litera alphabeti (hebraei) et inde *sex* in numeris. Particula inseparabilis est, in omnibus fere ו Hebraeorum aequans, nisi quod praet. et fut. hic non convertit. In peregrinis vocabulis e gr. et lat. lingua sumptis, literas Φ et V restituit.

[2]) Proprie *malum, calamitas*, arab. الويل hebr. אוי. [3]) Fortasse conferendum est c lat. verb. *valeo*

[4]) Syr. neglecto n. ܘܠܐ s. ܒܠܐ sonat.

[5]) Vox frequentissima in usu ac me sciente a nullo adhuc lexicographo perscrutata. Ego ad gr. φάσις (εως, ή) vocem verterem. Est autem φάσις *comparentia*, ut nonnulli ficto vocabulo vocem explicant, quae ut dicunt fieri solet, quum ex multarum stellarum coitu et concursu nova *appareat* species. Hinc a Talmudicis, *apparitiones apud hominem ejusque naturam* sive in animo, ut est *mens hilaris aut tristis*, sive in corpere appareat, ut est *menstruatio mulieris* translatum est.

hanc colligi pro Israelitis, שיפרשו מנשותיהן מפני קוצים לוסתן כל שאינו פורש מאשתו מפני קוצים לוסתה אפילו הוויין לו בנים כבני אהרן מתים quicunque non separat se ab uxore sua tempore consuetudinis ejus, quamvis ei sint liberi sicuti filii Aharonis, tamen morientur. Et contra, כל הפורש מאשתו מפני קוצים לוסתה הוויין לו בנים זכרים quicunque separat se ab uxore sua tempore consuetudinis ejus, illi erunt filii masculi: Alii dicunt, הוויין לו בנים ראויים להוראה erant ipsi filii idonei ad docendum. Quomodo haec singula probent, vide loco citato: וסת קובעת לה fixa est ei consuetudo, id est stato et certo tempore fluxum patitur, Jebham. f. 65a. Pl. וְסָתוֹת *menstrua*, in Nid. c. 9. in Misna.

וָעָד vide infra in יעד.

וְעִוְּדָה *mensurae additamentum fuit*, Erub. 83a.

וְקָקְתָּא וקת. Sic legitur in Venetis Prov. 14, 3, sed in Regiis וְקָקְתָּא, Elias וְזָקְתָּא, quod *stimulum, baculum* significat. Vide illic.

וַרְדָּא וָרֵד *rosa:* ועובדי יאין כורדא et opera mea sunt pulchra sicut rosa, Cant. 2, 1. אנא מחילא לורדא ego similis sum rosae, Cant. 2, 2. Plur. וכגבר דמגבב דמחילין וָרְדִין et sicut vir qui colligit rosas, Cant. 6, 1. לוורדין qui similes sunt rosis, Cant. 7, 2. Ap. Ros. et Tos., ורדא חורא rosa alba, Git. 68b. ורדא סומקא rosa rubra, Bm. 84. וורד תרש rosa recens: גנת ורדים hortus rosarum, Maaser. cap. 2. מי ורדין aqua rosarum, rosacea: שמן ורד oleum rosarum, Sab. c. 14. in Misna. Item *color rosaceus, ruber*. Hinc scribit B. Ar. in בתול secundo, גגן האדום קורין אותו ורד colorem rubrum vocant *varad* et in lingua aramaea vocant *lanam rubram* ורד varad. Hinc Ar. adducit וטוה בשוק וורד כנגד פניה, quod explicat: „et nevit in platea lanam rubram e regione faciei suae," ut nempe color ejus rosaceus in facie resplendesceret atque ita tanto formosior appareret. כיתונא דורדא דמגחא ביה ריאה tunica rosacea sive rubra, in qua residet pulmo, Chol. 46a. Hinc etiam est illud tritum, in quo Judaei gloriantur, יפה עניותא לישראל כורדא סומקא לסוסיא חיורא decora est afflictio Israëlitis, sicut rosa rubra equo albo. Item, ינקותא כלילא דורדא סבותא כלילא דחילפי pueritia (vel adolescentia et juventus) est quasi sertum rosae: senectus est similis serto urticarum, Sab. 152a.

וְרִידִין *venae, venulae tenuissimae colli*, sic dictae a roseo sanguine, qui in illis continetur: עד שישחוט את הוורידין donec mactet venas, i. e. mactando abscindat, Chol. c. 3. in principio. הזהרו בוורידין moniti vel cauti estote de venis colli, Sanh. 96a.

וְוָרְדִינִי *rubus, dumetum*: ביני וורדיני inter dumeta, Bk. 80a.

וַרְדִּינָא aut וַרְדוֹנָא *Verdona, nom. propr. urbis, cujus incolae fuerunt* ציקנין *avari admodum*, Sot. 10a. Erub. 49a.

וְרִשְׁבָּא ורש *vitta* aut *frontale*, juxta R. Gersom: הדהיא אתתא דהות קא מזבנא ורשכי ista mulier, quae vendebat vittas, Kidd. 13a. הדהוא גברא דנקיט ורשכי vir ille, qui vendebat vittas, Bm. 61a. In gl. exponitur vernabule בינדליש.

וָשָׁט וְשָׁט *oesophagus, gula:* שורט את הושט si abscindat gulam, Chol. c. 2. in Misna: ושט מכניס ומוציא כל מיני מאכל gula assumit et ejicit omnis generis cibos, Ber. 61a. ושטו נקוב si gula ejus perforata sit: עד שיצא מאכלה מפומא לושטא מושטא לאסטומכא donec abeat cibus ejus ex ore in gulam, ex gula in stomachum, Vr. 168b. ושט דבלע מיכלא gula, quae deglutit cibum, Zohar. In T. Chol. c. 3. ab initio scribitur per ס, unde videtur colligi, ש legendum esse cum puncto sinistro. Item *foramen angustum instar gulae:* יציאת נשמה מן הגוף כפישודי בפי הושט exitus animae e corpore est velut rudentum per foramen angustum, Mk. 29a.

וָתָא *avis immundae nomen*, Deut. 14, 13. in TgH. pro hebr. הראה *cornix*. Alibi וְתָא et juxta Regia וְתָיָא. Ps. 104, 17. respondet hebraeo חסידה *ciconia*.

וָתָן *nervus*. Pl.: וְתָנַיָּא דפחודי nervi testiculorum ejus, Job. 40, 12. pro hebr. נידי ponitur. ותן in libris medicinalibus frequens. Unde י in Venetis post ו videtur redundare. Vau autem duplicatur ad indicandum esse consonam mobilem Ar. וְוָתָן. V. et in שעבו.

וָתָם. In Ar. וחש, ex Nid. 14a; sed ibi legitur אותיום, quod vide in אתה.

וַתִּיק וותק *justus, pius, sanctus, probus:* vel juxta Munst. *doctus, peritus:* R. Sal. in Ber. 9b. exponit אנשים ענוים מחבבין המצות viros humiles, diligentes praecepta Dei observare: חסיד וותיק pius et sanctus. תלמיד וסיק discipulus sanctus, MK. c. 5, 8. Pl., ותיקין היו משלימין אותה pii perficiebant, complebant eam, Rh. 32b. ותיקין היו נוטרין אותה עם הנץ החמה probi absolvebant eam precationem cum ortu solis, Ber. 25b. מנהג ותיקין consuetudo piorum, sanctorum. In Ar. manuscripto adducitur hoc loco מְוַתֵּק מוריא pro hebr. מפרק הרים, 1R. 19, 11. Sed non sic extat hodie in nostris libris.

---

[5]) Vertenda est haec vox ad heb. יתר, *insuper, amplius*.

[6]) Ar. ورد *vardun* gr. ῥόδον = Fρόδον.

[7]) ورد *varidun, vena hominum et bestiarum*.

[8]) Vocem ad pers. ورس i. e. *elegans, ornatus* vertere potes literamque ب pers. ك terminationem deminutivam habere, d. q. vide Vulleri institut. ling. pers. §. 256. p. 170. Moss. gr. esse dicit ورسو ὡραῖος i. e. malogranata aurea

[9]) وتين in ar. lingua, ubi tamen nonnisi de ea *vena* usurpatur, *qua cor suspensum manet*.

[10]) Nonnulli ad ἐύτυκός, alii ad gr. εὔθοξος vocem referunt. Nugae. Arabum est وثيق *vathicum* i. e. *firmus, solidus, constans* sc. in fide a. v. وثق *confisus et fretus fuit* aliquo.

ויתיקין *debiles, languidi, infirmi:* ut, הקיז דם ושתי ויתיקין qui emittit sanguinem (venam secans) et administrat lectum suum (coiens) ei erunt liberi debiles, Ketub. c. 7. in fine. Git. 70a. בא מן הדרך ושתי מיטתו הויין לו בנים ויתיקין qui ex itinere venit et coit, erunt ei liberi debiles, Git. ibidem.

ויתוק *debilitas, languor:* מאן דשתי פוליא יתוקא qui bibit vinum austerum album, comprehendet eum debilitas; nempe ventris, id est dolor colicus, Git. 70a.

ויתיקא *pulmentum, cibus ex farina,* Pes. 39b. Gl. מאכל קמח cibus farinaceus.

ויתנות, ויתן וכו׳ etc. vide in יתר.

וחם vide in וחם.

Abbreviaturae literae ו.

Quia litera ו ab initio hic semper servilis est ideo multas alias abbreviaturas vide in litera, quae proxime eam in abbreviatura sequitur.

וא״ש: ואלה שמות *Exodus,* nomen libri secundi Mosis.

ואש״ר: ואלה שמות רבא *glossa in Exodum magna.*

ובכ״א: ובכל אחד *et in unoquoque.*

ודהר״ע: דברי הימים דניאל עזרא *libri Chronicorum, Daniel, Esra.* Usus ejus in Masora magna. Sic explicatur ibi in ordine בם, ad Masoram לחם.

וה״א״ר: והא אמר רבי *et ecce dicit Rabbi N.* nomen continuo sequi solet ejus, qui dicit. Talm.

והמ״ב: הוא מובן בנקל *et hoc intelligitur perfacile, facile intellectu est.* In Com. in More saepe.

ויק״ר: ויקרא רבא *Vajikra rabba, glossa magna in Leviticum:* vide ב״ר.

ויו״ת: ויונתן תרגם *et Jonatham transfert.* Interpres chaldaicus Prophetarum, de quo supra.

וכת״י: וכן תרגם יונתן *et sic transfert Jonathan:* in commentariis.

ולמ״ד: ולמן דאמר *et ei qui dicit.* Talm.

ולמ״ל: ולא מצי למימר *nec potest dici:* Talm.

ופג״ן: ופורץ גדר ישכנו נחש *diruens sepem, mordebit eum serpens,* Eccl. 10, 8. Vide nostram institutionem epistolarem hebraicam c. 6.

Quia haec litra semper servilis est, ideo videatur litera eam proxime sequens.

וצ״ע: וצריך עיון *et opus habet consideratione:* in commentariis.

---

[11]) Gr. φθισμός qui laborat morbo, qui *phthisis* dicitur.

חֲלִיטָה, חֲלוּטָה *placentatum, collyrizatum, placenta, mattya, spira, striblita* vel *streblita* et panis usum habet et ex farina factum est. חלוט בעלי בחין panis frixus vel elixus patrum familias. Judaei vocant Gebrütbrot, i. e. panis in aqua fervente coctus. In Ar. parvo Bregel. Item coctio placentarum in sartagine, frixum vel elixum in frixorio. In TH. Challa c. 1. איזהי המעיסה ואיזהי החליטה המעיסה הנותן חמין לתוך קמח חליטה קמח לתוך חמין i. e. quaenam est מעיסה et quaenam est חליטה? מעיסה est cum inditur aqua calida in farinam; חליטה quando inditur farina in aquam calidam. In Tg. ובשלת ית חֲלִיטָתָא et coxit placentas, IIS. 13, 8. Sic v. 6.

Deinde חֲלִיטָן,[63] חֲלִיטָתָא sunt *monilia, ornamenta aurea*, Jes. 3, 20. Hebr. הלחשים. Sic Hos. 2, 13. pro hebr. וחליחה.

Secundo חָלַט et in Niphal נֶחְלַט, est *proprium, singulare, absolutum; simplex esse* vel *fieri, simpliciter et absolute declarari, pronunciari* Hiphil החליט *simpliciter, absolute declarare, pronunciare*. Ap. Ros. et Tos. frequenter in hoc sensu usurpatur, quando agitur de lepra et tum החליט significat *simpliciter et absolute pro immundo et leproso declarare, pronunciare*. Tria verba de inspectione leprosorum habent: פטר dimittere i. e. liberum et immunem pronunciare a lepra: הֶחֱלִיט absolute et simpliciter ad primam inspectionem pro leproso declarare et pronunciare; הסגיר includere, per septem sc. dies, ut videatur interea, an plaga accrescat et quid de ea sit statuendum; cum videlicet res est dubia, in Neg. c. 1. ab initio. V. et Maim. in tract. טומאת מצורע. Proinde quod Munsterus, Guido et ceteri hic addunt, חלוט significare *mansionem, locum, in quo per septem dies leprosus recludi solebat*, id falsum est; nam חלט non usurpatur de illa inclusione per septem dies, sed verbum סגר. Porro hoc sensu legitur etiam in Tg. Jon. ויסאיבניה ויחלטניה et impurum pronunciabit eum absoluteque pro leproso declarabit, Lev. 13, 11. Sic מחלטא צורעא lepra absolute impura, lepra simpliciter, ibid. v. 51. Sic ap. Ros. מצורע מוחלט leprosus simpliciter.

חֲלָטָא *proprietas, appropriatio*. שטרי חלטאתא literae proprietatis, Bm. 16b. Sic vocantur ibi literae, quibus judices bonum aliquod malae fidei debitoris creditori in judicio ob non solutum debitum adjudicatum attestantur, quod ex sententia judicii creditori cesserit et obtigerit, tamquam proprietarium.

מוּחְלָט, הָלוּט *absolutum, simplex; absolute, simpliciter*. במוחלט *idem*.

בַּהֲלוּטִין, לַחֲלוּטִין *absolute, simpliciter, prorsus, praecise*. Ut לחלוטין ואורעא לא חודבן et terra non vendetur prorsus et absolute, hebr. לצמיתת ad excisionem, nempe ut a venditore perpetuo abscissa sit et emptoris propria fiat in ejusque potestate semper maneat neque venditor recuperationis jus unquam habeat. Sic ibid. v. 30. In Br. s. 41. כמא דאתא בחליטין כן הוא אויל בחליטין quemadmodum venit simpliciter (sc. nudus in mundum), sic abit simpliciter.

חֲלָטִי *absolutus*. סילוק החלטי recessus absolutus vel ablatio perpetua.

חוּלְטָנִית *absolutio*. זריבתם לחולטנית היתה combustio earum absolutissime erat, i. e. penitus prorsus, funditus combustae, Br. s. 28. Gl. לחולטנית, i. e. לצמיתות. Idem exstat in TH. Sanh. 29b.

חֲלָטָתָא *lacerta*, hebr. הלטאה, Lev. 11, 30. V. infra in לטא.

חֲלִיטָר *tabernarius, institor*, TH. Bk. c. 2. Sic סלקיה לחנותיה דחליטרא projecit illud in tabernam institoris cujusdam, gl. בעל חנות, TH. Sab. 8a. ר' ילא מפקד לאילין חלטריא R. Jala praecepit istis tabernariis vel institoribus, Schevi. c. 7. in Gem. TH.

חָלַל *profanari, e sancto profanum et commune fieri*. Praet. וְחִלַּלְתְּ רעותי ביניהון et profanatur voluntas mea inter eos, Ez. 22, 26. Pah. חִלֵּל *profanare, profanum, commune facere*. Fut. וַאֲחַלֵּל שטיה דאלהא

[62]) Syr. ܚܠܛ ar. خلط.

[63]) Gr. χλιδών (ωνος ὁ) *brachiale, armilla, monile*.

*) חליטין, quod in Br. sec. 9. vide in אליטין. Item חליטין, quod in MK. legitur gr. est χλιδανος (ὁ ὀν) *delicatus, nimia indulgentia corruptus*.

et profanem nomen dei, Prov. 30, 9. יח קודשיא לא תחללון sancta non profanabitis, Num. 18, 32. Part. ואתון מְחַלְלִין יתיה vos autem profanatis illud, Mal. 1, 12. Fem. וּמְחַלְלָא et profanatam, Lev. 21, 7. **Aphel** אַחַל *profanum, commune facere, violare.* **Praet.** יח קודשא דיי אַחִיל sanctitatem domini profanavit, Lev. 19, 8. ולא אחליה et non profanavit eam, Deut. 20, 6. אַחֲלְתָא לשווי profanasti stratum meum, Gen. 49, 4. ויח יומי שביא דילי אחלת et dies Sabbatorum meorum profanasti, Ez. 22, 8. אחילו profanarunt, Ez. 20, 16. 21. על דאחילו יח ארע בית שככתי propterea quod profanarunt terram domus majestatis meae, Jer. 16, 18. Ez. 7, 22. על דאחילו יח שמא דקודשי quia profanarunt nomen sanctitatis meae, Ez. 36, 20. דאחילוהי quod profanarunt, Ez. 36, 21. דאחלתון quod profanastis, v. 22. ואחילחון יח שמי et profanastis nomen meum, Jer. 34, 16. ואחלתן רעותי et violastis voluntatem meam, Ez. 13, 19. Infin. בדיל לְאַחָלָא ad profanandum, Am. 2, 7. ולאחלא משריית ישראל et ad profanandum castra Israëlis Cant. 6, 12. לאחלותיה ad profanandum illud, Ez. 23, 39. מאחלותיה a profanando illud, Jes. 56, 2. Futur. ולא יְחֵיל יח מקדשא et non profanabit sanctuarium dei sui, Lev. 21, 12. דְיַחֲלִנֵּה qui profanaverit illud, Ex. 31, 14. ולא תחיל יח שמא דאלהך et non profanabis nomen dei tui, Lev. 18, 21. ולא תחלנה et non profanabis eam, Deut. 28, 30. ותחלנה profanabis eam, Ex. 20, 25. דיחלנה אתקטלא יתקטל qui profanarit illam, occidendo occidetur, Ex. 31, 14. ולא יַחֲלוּן יח שמא דקודשי neque profanent nomen sanctum meum, Lev. 22, 2. ארי יחלונה quia profanarint illam, Lev. 22, 9. ויחלונה et profanarint eam, Ez. 7, 22. לא תַּחֲלוּן עוד ne profanetis amplius, Ez. 20, 39. **Ithpeh.** דְאִתְחַל ביני עממיא quod profanatum est inter populos, Ez. 36, 23. Partic. femin. היא מִתְחֲלָא ipsa violata est, Lev. 21, 9. Fut. בדיל דלא יִתְחַל eo ut non profanaretur, Ez. 20, 9. ארי תִּתְחַל quod violata fuerit, Lev. 21, 9. ויתחלון מקדשיהון et profanabuntur sanctuaria ipsorum, Ez. 7, 24.

חוֹל, חוּלָא *profanum, commune.* בין קודשא ובין חולא inter sanctum et inter profanum, Lev. 10, 10. באורח חולא in via profana, IS. 21, 5. ביומא דחולא in die profano, profesto, hebr. ביום המעשה, IS. 20, 19. Werktag, qui opponitur diei Sabbati. לא חיזו חוּלָא חזויה non est aspectus communis aspectus ejus, Jes. 53, 2. Pl. חוּלִין profana, communia. לחם חוּלִין panis profanorum, i. e. communis, cui ibi opponitur panis facierum, i. e. sanctus, IS. 21, 4. חולין הוא לך profanum tibi est, Gen. 18, 25. Hebr. חלילה חולין הוא לך מעשות כדבר absit a te. Sic ap. Tos. חוּלִין profana, Lev. 6, 21. in Jon. Fem. חוּלְתָּא profana, Esth. 2, 9. Ap. Ros. חול המועד dies profestus solennitatis. Maim. scribit in Hilchos jom tof c. 6, f. 22.: dies, qui sunt inter primum et septimum festi Paschatis, inter primum item et octavum festi Tabernaculorum, qui sunt quatuor in festo Paschatis et quinque in festo Tabernaculorum, hi, inquam, vocantur חולו של מועד. V. eundem c. 7., ubi differentiam explicat inter hos dies et reliquos dies profestos communes. V. etiam Schulchan Ar. parte 1, 88b. et seqq., ubi prolixe agitur de operibus licitis aut interdictis his diebus.

חָלִיל *profanus, profanatus.* Fem. וַחֲלִילָא מטעיא et profanam meretricem, Lev. 21, 14.

חֲלַל V. mox in signif. 2.

חִלּוּל *prophanatio, violatio.* חלול השבת profanatio sabbati. חלול השם profanatio nominis dei.

חֲלִילָה *profanum, absit.* Vox tamquam profanum aliquid abominantis. Accentus est in paenultima, quomodo a sequenti distinguitur. Constr. cum dativo. חלילה לעבדיך profanum sit servis tuis, absit a servis tuis, Gen. 44, 6. in hebr. Jon. transfert חולין הוא לך. V. paulo ante in חול.

חִילוֹנִי, חִילוֹנָאָה *alienus, alienigena, extraneus, profanus, laicus.* וחלוני לא ייכול et extraneus non comedet, Ex. 29, 33. וחילוני לא יקרב לותכן et extraneus non accedet ad vos, Num. 18, 4. חילונאה ככהנא eritque laicus ut sacerdos, Num. 18, 4. Pl. עממיא חוֹלוֹנָאֵי populi profani, Deut. 23, 2. in Jon. Fem. אתתא חילוניתא mulier extranea, Pr. 2, 16. על ארעא חילוניתא in terra alinea, Ps. 37, 4.

Secundo חָלַל *perforavit, excavavit, vacuum, cavum, concavum fecit.* Part. pass. מחוללין excavata, Sab. 52b.

חָלִיל *vacuitas, concavitas; vacuum concavum,* quasi *perforatum et perfossum:* חליל לוחין vacuum tabularum, Ex. 27, 8. בדקא חלילא scrutatio perforata, i. e. paries cancellatus, cancellis distinctus, cancelli, per quos clam rimamur, Bb. 61a. תיכי חלילתא catenae concavae vel perforatae, Sab. 57a.

חַלָּלָה, חלול, חָלָל *idem.* חללה הוא דנברא קדם שנברא העולם cavitas est, quae creata fuit antequam crearetur mundus, scilic. cavitas inferni, Pes. 54a. ולציריה בחללא דבי צווארי et alliget illud in concavitate colli, i. e. circa collum sub gutture, Sab. 66b. בתי הבדים שפתחיהן לחוץ וחלליהן לפנים domus torcularium, quarum portae sunt extra murum et concavitas seu area interius, Maaser scheni cap. 3. הדם שבחללו sanguis, qui est in cavitate ejus, sc. cordis, ap. Ros. לכתוב חללה של רשות ut scribere possint cogitationes potestatis, h. e. regum, i. e. profunditatem sive profundas cogitationes cordis regum, juxta illud Salomonis: cor regum inscrutabile, Sab. 11a. Sic explicatur per מחשבות, in Vr. s. 20. in gl. V. locum: דאי הוו יהבי ליה כל חללא דעלמא לא הוה קא משני בדבוריה quod si dedissent ipsi totam concavitatem mundi, (i. e. universum globum hujus mundi, cum omnibus contentis in eo) nunquam mutasset verba vel sententiam suam, Bm. 48a. Sanh. 97a. Vide etiam in More in simili usu par. 1. c. 2. In Tg. ברם לא אסחכלת בפנרך דאתעבד חללין ונקבין דאינון צורכך דלא אפשר, לך דתחקים דלא בהון מיומא דאתבריתא עמך מחקנין quia non respexisti ad corpus tuum, quod factum est (plenum) concavitatibus et foraminibus,

quae sunt necessitas tua et sine quibus fieri non potest ut subsistas; inde a die quo creatus es, ipsa tecum sunt ordinata, Ez. 28, 13. Super hunc locum fundata est precatio quaedam Judaeorum quotidiana, quam apponam: ברוך אתה ייי אלהינו מלך העולם אשר יצר את האדם בחכמה וברא בו נקבים נקבים חלולים הלולים גלוי וידוע לפני כסא כבודך שאם יפתח אחד מהם או יסתם אחד מהם אי אפשר להתקיים ולעמוד לפניך אפילו שעה אחת: i. e. benedictus sis domine deus noster; rex hujus mundi, quod formasti hominem in sapientia et creasti in ipso foramina et concavitates multas; manifestum et notum est coram throno gloriae tuae, quod si aperiatur unum ex his aut occludatur, impossibile est eum vivere posse aut coram te consistere, etiam hora una. Hic per *foramina* intelligunt aures, nares, os et duo inferiora naturae per *concavitates, membra concava, cor, ventrem, intestina, ossa.*

חָלִיל *tibia*, sic dicta, quod *excavata sit et perforata.* Judaei germ. reddunt eine Schalmeye, h. e. tibia longa. Usus tibiarum ap. Hebraeos duplex erat: in hilaritate et gaudio et in luctu. De duplici hoc usu legitur ap. Tos. in Bm. c. 6. ab initio in Misna: השוכר את החמור ואת הקרר להביא סרייפרין וחלילין לכלה או למת qui conducit asinum et aurigam ad adducendum vel advehendum ligna praestantia et tibias ad (exhilarandam) sponsam aut ad (plangendum) mortuum. Gl. לכלה h. e. לשמח חתן וכלה ad exhilarandum sponsum et sponsam למת h. e. לקונן ad lamentandum ob mortuum. Haec verba citans R. Sal. Ez. 25, 6. scribit: יש דברים שעושין אותם לאבל ולשמחה אבל אין ענייניהם שוה וכן חלילין לכלה ולמת sunt quaedam res, quibus utuntur ad luctum et ad gaudium; sed non est par earum ratio. Sic tibiae adhibentur in nuptiis et in funeribus. De duplici hoc usu loquitur locus, Matth. 11, 17. ηὐλήσαμεν ὑμῖν, tibio cecinimus vobis et non saltatis; ἐθρηνήσαμεν, lamentati sumus (scil. tibiis, sicut verbum קונן sumitur in ante adducta gl. talm.) et non planxistis. Posterioris usus exemplum est Matth. 9, 23., ubi tibicines leguntur fuisse adhibiti ad plangendam filiam defunctam principis synagogae. Sic legitur in T. Ktb. 4. in Misna. אפילו עני שבישראל לא יפחות משני חלילים ומקוננת etiam pauper inter Israelitas non adhibebit pauciores quam duas tibias (αὐλούς abstracte, pro quo apud Evangelistam est αὐλητὰς concrete) et unam feminam lamentatricem (in funere sc. uxoris suae in captivitate mortuae). In Sab. c. 23. ע"א שהביא חלילין בשבת לא יספוד בהן ישראל idololatra, gentilis, Christianus si adferat (Israelitae) tibias in sabbato, non planget illis Israelita. Usus tibiarum ad laetitiam erat quoque in templo, ut festo Tabernaculorum, d. q. v. T. Suc. c. 5., quod החליל incipit, החליל של בית השואבה tibia domus Schoabhah non pellit neque sabbatum neque diem bonum. Hinc Deut. 16, 14.: ושמחת בחגך et laetaberis in festo tuo (sc. Tabernaculorum, d. q. in verb. praec.) Jon. reddit, ותחדון בחדוה תניכון בשאובתא וחלילא in oblationibus, unde in T. Erchin c. 2. אין פחותין unus non utuntur paucioribus, quam duabus tibiis (in sanctuario) et non pluribus, quam duodecim. ובשנים עשר יום בשנה החליל מכה לפני המזבח et in die duodecimo anni tibia pulsatur coram altari. Haec vocatur חליל הקרבן tibia oblationis, ut Maim. notat. In Gem.: אמאי קרו ליה חליל דוחלא קליה quare vocarunt illam chalil? quia chali, dulcis erat sonus ejus. Plur. ב' שוקיו duo crura ejus sunt duae tibiae, Kinnim cap. ult. בחלילין tibiis, Ps. 150, 4.

חֲלִילָה *revolutio reciproca, reciprocatio, versio, conversio*, στροφή, ἀντιστροφή. חוזרי חלילה redeunt per circuitum in orbem, Suc. 55b. Desumpta locutio a tripudiandi significato, quod hoc verbum in hebr. habet; quod saltantes et tripudiantes soleant in orbem se convertere et reciproce redire.

חַלָּה, חַלְתָּא *placenta, collyra.* Mulieres judaeae cocturae panem, decerpunt a massa particulam instar ovi aut plus minusve, pro quantite massae farinaceae, unde panem facturae sunt. Eam particulam vocant *challa* et projiciunt in furnum ac comburunt igne. Quandoque reservant et tempore oborti incendii inscribunt ei certas literas, vocabula angelorum et notas superstitiosas. Ea in ignem projecta, creduat exstingui incendium. De hac integer tractatus est in T., qui vocatur חלה; in Tg. ולא תהי בכון ע ללא כסת דיעברון מניה חלחא neque sit in vobis tantum fructus, ut faciant ex illo placentam, IIS. 1, 21. Hebr. ושדי תרומות neque agri oblationum i. e. de quibus oblationes desumi possint, adeo steriles erunt. Mirum, quod interpres latinus in Targ. hujus libri locum hunc non intellexerit, nam omnino prave reddidit, ut et Graeci et quidam Latinorum. Elias scribit חלחא non amplius in Tg. reperiri et חלה hebr. semper in Tg. reddi גריצא. Unus locus Eliam effugit, Num. 15, 20. ubi חלה in Tg. Onk. et Jon. transfertur חלחא. Alias significationes vide infra in חלת.

מַחֲלָה *fossa, foramen, caverna.* Pl. ובמחלת עפר et in cavernas pulveris sive terrae, Jes. 2, 19. Ap. Ros. מחלות נעשות להם בקרקע cavernae factae sunt illis in ima terra, Ktb. 111a. Loquitur ibi Gem. de cavernis subterraneis, per quas devolvuntur corpora mortuorum piorum, donec deveniant in terram Israël, ubi reviviscent et resurgent, de quo vide in גלגל. Et aliter גלגל in מחילים האדם עשוי מחילים ונקבים נקבים homo factus est plenus cavitatibus et cavernis, Br. in princ. V. supra.

חַלּוֹן *fenestra.* חלון מצרית fenestra angusta, h. e. parva, fenestella, per quam caput hominis transmitti nequit, Bb. c. 3. in Misna.

חֲלוֹנוֹת *arcae, capsae.* In Tamid c. 5. וחלונות היו שם וכתוב עליהם חשטרשי הכלים arcae erant illic, super quibus scriptum erat: „usus vestium.“ Quaelibet custodia sacerdotum habebat quatuor arcas etc. Vide illic.

מָחוֹל *circuitus.* מחול הכרם circuitus vineae i.

e. locus vacuus inter sepem et vites circa vineam, de quo quaeritur, an et quando liceat illic seminare alia semina, Erub. 3b. Kilajim c. 5,

Tertio חָלַל *caedere, scindere*, hebr. חצב. Praet. cum part. חאפשר דישחבח חוֹלִילָא על דְחָלִיל ביה הא nunquid gloriabitur securis contra eum, qui scindit ea dicens: „Ecce ego scidi," Jes. 10, 15.

חוֹלִילָא *securis, ut in praec. loco.* Plur. ארזובין וְחוֹלִילִין mallei et secures, IR. 6, 7.

Quarto חַלִּיל *lavit, abluit.* Usurpatur in Tg. pro hebr. רחץ, quando de sacrificiis dicitur. Praet. ויח כרעיא חַלִּיל במיא et crura ejus lavabit aqua, Lev. 1, 9. וחחלל גויה et lavabis intestinum ejus, Ex. 29, 17. Sic וחחלילי במיא et lavabis te in aquis, Ruth. 3, 3. Ap. Tos. דיחליל ביה טבחא in quo lavit mactator, Chol. 113. מחליל רישא במיא abluit caput in aqua, Chol. 95.

Quinto a חָלַל hebr. fit in Hiphil חֵחֵל: *incepit* et nomen תְּחִלָּה *initium, principium.* Ab isto nomine Ri. formant verbum in Hiphil, litera formativa ח in radicalem conversa, חֵחֵיל pro הֵחֵל incepit, exorsus est. החחלה incepisti, מחחיל incipiens, אחחיל *incipiam* et nomen החחלה *principium, initium.* Idem in aliis quibusdam faciunt, ut s. l. videbitur. לכחחלה *ab initio, penitus, omnino,* Talmudice.

Sexto חָלְחֵל *commovere, agitare, excavare.* איידי דמחלחל postquam excavatum est, sc. lignum et magnam medullam habet, veluti salix, ficus, nux et similia, Pes. 74a. אם פקק את העגור או חלחל לתוכן si obthuraverit canalem aut agitaverit in eis, sc. לתוך הזיתים in medio olivarum, Machschirim c. 3. Agitur illic de oleis in tecto (olim plano) positis, in quo, obthurato canali, colliguntur aquae, in quibus olivas agitabant et commovebant, ut mundae fierent. Glossator explicat חלחל per ינענע *commoverit, circumagitaverit.* Minus commode autor Ar. exponit פירשם *expanderit eas.* ענני חלחולי מחלחלי nubes agitando agitant, Ber. 59a. Et ex altera significatione חלחולי מחלחל perforando perforat, Chol. 119b. מְחוֹלָחָל *commotum, dissolutum, remissum,* quod facile movetur et nutat. מגופת החבית המחולחלת operculum dolii commotum, laxatum, mobile, vagum, solutum, quod non firmiter impactum est, Kel. c. 10. f. 18. Item *excavatum, perforatum.* עץ מחולחל lignum excavatum, quod amplam habet medullam, Pes. c. 7. initio. קוליית של מים המחולחלת spuma aquae vacua, cava, inanis, Tibbul jom. c. 1. בזמן שהוא כלי מחולחלת quando vas est perforatum, Ohol. cap. 9. Ithpah. praet. ואתחלחלת ארעא et commota est terra, Ps. 97. 4. Hebr. וחחל et formidavit, formidine contremuit. Sic heb. de Esthera regina, ותחחלחל מאד et commota est valde, Esth. 4, 4. Apud Tos. צרורות מחחלחלין lapilli mobiles, qui una cum aqua in canali moventur et fluxum aquae impediunt, illi eximendi sunt, Mikv. c. 4. Est etiam נתחלחל, החחלחל *liquescere, putrescere, putrefieri.*

חֲלְחוֹל *commotio, motus,* ap. Ros. Item *diarrhaea, dysenteria.* In Jelam. החלחול נכנס בהן והיו מחרפין commotio, h. e. diarrhaea, dysenteria invasit ipsos et fuerunt remissi facti coram Israele, in Par. משפטים circa finem.

חוּלְחָלְתָּא, חוּלַחְלָתָא *idem.* וחולחלתא דמלכותא et motus regni, Eccl. 17. et 2, 12. et 7, 26. וחולחולחא בלבבהון et commotio est in corde ipsorum, Eccl. 9, 3. חלחלחא בישא commotio mala, Eccl. 10, 13. Hebr. הוללות *insania.* Pl. שלבם מלא חולחלות רעות quorum cor plenum est motibus, i. e. cogitationibus malis, ut in gl. explicatur, Vr. s. 20. mox ab initio. Sic supra in חללה explicatum fuit.

חֲלָחוֹלֶת *intestinum, quod ad sedem usque perrectum est.* וחלחולות שנקבה intestinum rectum, quod perforatum est, Chol. 50a. Hinc R. Sal. Jes. 36, 12. כרכשא exponit per חלחולת, et contra in Chol. חלחולת per כרכשא.

חָלַם [61] Primo *somniare.* ופרעה חלם et Pharao somniavit, Gen. 41, 1. מה חלמא הדין דְחַלְמְתָא quod est somnium illud, quod somniasti? Gen. 37, 10. חֲלָמִית חלמא somniavi somnium, ibid. v. 9. חַלְמְנָא somniavimus, Gen. 40, 8. וחלמו חלמא et somniarunt somnium, v. 5. Part. חַלָּם חלמא או somnians somnium, Deut. 31, 1. Inf. כְּמַחְלֵם הרהור sicut somnium cogitationis nocturnae, Jes. 29, 7. Fut. כמא די יְחֶלְמוּם כפנא sicuti somniat esuriens, v. 8. סביכון חלמין יְחֶלְמוּן seniores vestri somnia somniabunt, Joel. 2, 28. Ex Aphel part. דאתון מַחְלְמִין quae vos facitis vel curatis somniari, Jer. 29, 9.

חוּלְמָא, חֵלְמָא et ex dialecto hieros. *somnium.* בחלמא חזית somnium vidi, Dan. 4, 2. חיך חלמא יטום sicut somnium avolat, Job. 20, 8. Cum aff. בְּחֶלְמִי in somnio meo, Gen. 40, 9. יח חֶלְמֵיהּ somnium suum, ibid. Pl. בסגיאות חֲלָמִין דנביאי שקרא in multitudine somniorum prophetarum falsorum, Ecl. 5, 6. מרי חֲלָמַיָּא דיכי dominus somniorum iste venit, Gen. 37, 19. ותברחני בחלמיא et terruisti me somniis, Job. 7, 14. ופשר לנא יח חלמנא et exposuit nobis somnia nostra, Gen. 41, 12. ואל חלמי חלמיכון et ad somniantes somnia vestra, Jer. 27, 9. על חלמוהי propter somnia ejus, Gen. 37, 8. בחלמיהון per somnia sua, Jer. 23, 37. Tria sunt genera somniorum: חלום הנבואי somnium propheticum: חלום הפשוט somnium simplex: חלום הקסמי somnium divinatorium prophetarum falsorum. Ti. כמו שאי אפשר לבר בלא חבן כך אי אפשר לחלום בלא דברים בטלים quemadmodum frumentum non est sine palea, sic non est somnium sine verbis otiosus, quia non possunt accurate quoad omnia particularia explicari, Ber. 55a.

Secundo חָלַם *solidum, integrum esse.* Hinc heb.

---

[61]) Proprie: convolutus atque in se conglobatus, *coagulatus* (ar. حلم, quam significationem A. n. sub voce חלמון tertiam ponit). Hinc de mente in se quasi convoluta, *somniavit;* item a notione firmi compactique: solidum, integrum esse.

valere, covalescere, validum, sanum, robustum esse, ut Job. 39, 4. al. 7. Item Jes. 38, 16. Pihel חִלֵּם *consolidare, compingere, consuere arcte et solide.*

חָלִים, חֲלִים חֲלִים *integrum, solidum, compactum:* item *sanus, validus, valens,* qui alias dicitur בריא aut שלם *integer.* Ejus oppositum חולה aegrotus, morbidus. Transfertur et ad *sanam mentem:* unde dicunt: עתים חלום עתים שוטה quibusdam temporibus, i. e. aliquando sanus est, quandoque insanus, Rh. 28a. עור חלים pellis integra, i. e. solide compacta et consuta Chol. 123. זימנא דחלים שפותיה quandoque compactum est utrumque labium ejus, quasi dicat, ita firmiter coarctata labia ejus sunt, ut os solidum et integrum, non disjunctum labiis appareat, Kid. 25a. Sic in As. 69b. Glossator חלים דבר שהוא מרביק ביפה שו"לדו בלעז, i. e. chalim significat rem, quae optime cohaeret, italice *solido,* h. e. solidum. והאיכא מקום חלמה דאי בעי מפקע ליה est locus integer (in loculo) quem, si vult, disrumpit, Sab. 91b. Gl. dicit esse *locum suturae in fundo loculi.* טיט חלים lutum solidum: חלום בשעת שחיטה וחולה בשעת זריקה sanus est tempore mactationis, aegrotus tempore dispersionis, sc. sanguinis agni paschalis, Pes. 78b. Sic quidam valent tempore vindemiae, at tempore sarritionis aegrotant. Frui quisque cupit, sed laborare non item.

חָלְמָה, חֶלְמָה *soliditas, integritas.* מקום חלמה locus soliditatis, ubi quid consutum, compactum ac integrum est, Sab. 91b. Item *lutum argillaceum, quod tenaciter cohaeret,* λῦμα (quod affine), *limus, illuvies tenax,* veluti חלמון aut albumen ovi. Sic usurpatur in Kil. c. 11.

חַלְמוֹן, חַלְמוֹנָא *vitellus ovi,* hebr. חלמות, Job. 6, 6. Sic dictus, quod coagulatus est et tenaciter cohaeret.

חַלְמִית[65] *malva,* herbae species, Kil. c. 1. In Ar. per ו in ultima syllaba scribitur. In Gem. TH. Kil. in fine c. 4. חלמה.

חוֹלֶם *Cholem, nomen vocalis O longae,* ap. Grammaticos hebraeos, sic dictum, quod integro et composito ore pronunciandum.

חִילוֹנִי, חַלּוֹנִי V. supra in חלל.

חוּלְמִית[66] חלם *campus, ager area, locus sterilis, incultus, lapidosus, arenosus,* (quasi a חול) *sationi ineptus, ad nil utilis, nisi ut in eo aliquid aedificetur,* Erech. 32a. Glossator חולסית מקום שאינו ראוי לזריעה: disputant in Gem., an qui vendit alicui locum incultum et lapidosum, simul vendat ipsi מצולה fossam, puteum, cisternam, piscinam, aut similem locum profundum in area ista contentum? Bb. 67. et 68. Pl. ibid.: vendens atrium simul vendit aedificia exteriora et interiora, וביח החולכאות et locum sive aream incultam et lapidosam atrio contentam.

חַתְחוּלְתָּיָא V. in lit. Thau.

חָלַף[67] *mutare, permutare, commutare, mutari, innovari, transire, praeterire.* Item *transire ex hac vita, commutare vitam cum morte.* Praet. חָלַף ולא חַלִיפִית מניה ואול transiit et abiit, Cant. 2, 11. neque permutavi ex ea pro re immunda, Deut. 26, 14. Part. חָלְפִין עם אלפיא transeunt cum navibus, Job. 9, 26. Fut. אין יַחֲלוֹף si transierit, Job. 11, 10. Ex Pah. part. וּמְחַלְפָן חד מן חבריה commutantes unus ab altero, Ruth. 4, 7. Ex Aphel היך אעטלי תְּחַלִּיפִנּוּן sicut stolam immutabis eos, Ps. 102, 27. ואם חלפא יחליף quod si permutando permutaverit, Lev. 27, 10. ubi inf. est ex forma Pahel לא יְחַלִּיפֶנָּה non permutabit eum, Lev. 27, 10. יחלפון עלוהי praeteribunt eum, Dan. 4, 13. Ithpah. praet. יִאְתַּחֲלַפְתְּ לנכראין et permutata est cum alienis, translata ad alienos, Jes. 1, 7. Part מִתְחַלְפָן כל אורחתיה mutantur omnes viae ejus, Eccl. 81. מתחלפן מחוחא mutantur plagae, Job. 10, 17. Fut. היך עסבא דמתפרכא יִתְחַלְפוּן sicut herba, quae abscinditur, transibunt, Ps. 90, 5. ויתחלפון et muntabuntur, Ps. 10, 27. Ap. Tos. כי חלפי רבנן או איקום מקמייהו אקבל אגרא quando transeunt Rabbini, surgo coram ipsis et accipio mercedem, Ber. 28a.

חֵלֶף, חֲלָף *pro, loco, vice, pro eo quod.* Respondet hebr. תחת, עקב, יען אשר, חֵלֶף. In Tg. Jon. fere semper pro eo est חֲלוֹף et חֵלֶף, ex dialecto hieros. עינא חלף עינא oculum pro oculo, Ex. 21, 24. חלף דקבילתא eo quod fecisti, Gen. 22, 16. לחלף דאתברכא propterea quod accepisti verbum meum, v. 18. חלף דאתהברכא propterea quod magnificant se filiae Tzijon, hebr. יען כי, Jes. 3, 16. חלף פולחנהון pro cultu ipsorum, Num. 18, 21. חלף דהה רוח אוחרי עמיה propterea quod fuit spiritus alius cum eo, Num. 14, 24. חלף דעבד propterea quod fecit rem hanc, IIS. 12, 6. חלף הבל pro Abele, Gen. 4, 25. חלף בריה pro filio suo, Gen. 22, 13.

חֲלוּף *permutatio, immutatio, res permutata, commutatum* et praepositionaliter *pro, loco, vice* אהוי יהי חֲלוּפָךְ ערב ipse erit sors pro te, tuo loco, Esth. 3, 7. in Tg. sec. תהי כען לך חֲלוּפָה sit ea nunc tibi commutatio ejus, Jud. 15, 2. Hebr. תחתיה pro ea. Sic חֲלוּפֶיהָ pro ea, sc. vinea, IR. 21, 2. Hebr. תחתיו. Sic חלופהא pro ea, Job. 28, 15. והלופה יהי קודשא et permutatio ejus erit sancta, h. e. permutatum pro ea, hebr. וחמורתו, Lev. 27, 10. Plur. חֲלוּפִין et in forma constr. חֲלוּפֵי *idem.* חלופי פולחנכון pro cultu, ministerio vestro, Num. 18, 31. in Jon. עד דייתי חלופי חיי donec veniat immutatio vitae meae, Job. 14, 14. hebr. חֲלִיפָתִי: חלופי היכנא propterea, Ps. 19, 12. Cum aff. חֲלוּפֵיהּ pro eo, תחתיו, IR. 2, 35.

Ap. Ros., חֲלוּף *mutatio, permutatio, varietas, diversitas, disparitas.* חלוף האותיות permutatio literarum.

---

[65]) Transpositis literis gr. μαλάχη, ut vult Mussafia.

[66]) Gr. χάλις, χάλιξ, χάλικες, *lapides minuti, quibus ad structuram aedium utuntur.*

[67]) Syr. ܚܠܦ, arab. خلف, *successit,* item *substituit* rem pro re, *resarsit, restituit* aliquid.

Deinde ap. Tos. חֲלוּף *vicarius, successor, substitutus.* נושאי המטה וחלופיהן portantes feretrum et vicarii ipsorum, i. e. qui alii aliis in ferendo succedunt: plures enim id officium subeunt, cupientes bene mereri ob illud, Ber. c. 3. in principio.

חֲלִיפָה, חֲלִיפוּת *mutatio, permutatio.*

חֲלָפָן *idem,* חֲלִיפָן כלבא permutationem canis, id quod pro cane datum et commutatum est, i. e. *pretium canis,* ut hebr. מחיר כלב Deut. 23, 18. Apud Ros. est *collybista,* ein Wechsler, qui pecuniarum sortes commutat, *trapezita, argentarius.*

חֲלִיפָה *idem.* Cum aff. חֲלִיפָךְ commutationem tuam, Jes. 43, 3.

מְחֻלָּפִין Rab. *mutata, commutata, permutata, varia, diversa.* אותיות מחולפות literae permutabiles.

חֲלוּפוֹת *cultri mactatórii,* ab hebr. מחלף, cujus pl. legitur Esr. 1, 9. Sic autem dicuntur juxta Kimchium ab incidendo, ut verbum sumitur Jes. 2, 18. Pr. 31, 8. Peculiare conclave erat olim in latere templi, in quo cultri et instrumenta mactatoria asservabantur. Id vocabant בית החילופות domus cultrorum mactatoriorum, Mid. 37a. Jom. 36a. Glossator ibi notat, ar. cultrum vocari חילוף.

חֲלִיפִין *permutata, permutabilia, permutatio:* בחליפין per permutationem, durch Eintauſch. *Species emptionis in jure Hebraeorum,* Kid. 22b. קנה ממנו בחליפין comparavit ab illo pro permutatis, per permutationem, Bm. 11b.

Deinde חלפין, חליפין *rami, folia radices.* אילן שנגמם והוציא חליפין arbor, quae succisa est et producit novas ramos, Schevi. 34a. Alia forma חֲלָפֵי תרדין folia betae, Jev. 81b. et forma fem. חֲלָפוֹת, Oktz. c. 1., quod alibi scribitur חולפות, ubi prius Vav Kibbutz denotat, Orla c. ult.

חֲלַף *juncus* aut *species junci, storeis conficiendis apta,* Kal. c. 17. in fine. In Sota in fine scribitur חילת et in gl. חילית pro eodem. Item חילת גדולה juncus major, Suc 20a.; sed Ar. et in his locis legit חילף.

חִלְפָא *salix.* משום דדיירא בחלפי propterea quia habitat inter salices, Sab. 77b. Glossator explicat per ערבה. Item חילפא גילא כשרה להחשענה salix gilla recta est ad fasciculum festi Hosanna, Suc. 34a. Populus alba, weiße Pappelweiden. In Tg. ומפשחין חֲלַפְנָנָא et discindunt salices nostras, Esth. 3, 8. in Tg. sec. בנחלא דמרבי חֲלָפֵי in valle, quae multas producit salices, Num. 21, 13. in Jon. Item *urtica,* ut in illo proverbio, אסא דקאי ביני חילפי אסא שמיה ואסא קרו ליה myrtus stans inter urticas, myrtus est nomen ejus et myrtum vocant eum, Sanh. 44a. Israelitae etiamsi peccaverint, tamen vocati sunt a deo Israelitae et id mansit nomen ipsorum. Pii, viri boni, docti, etiamsi calumnias improborum sustineant, tamen manent docti, pii et vocantur tales etc. קרחו ביה חלפי crescunt in eo urticae, Bm. 23b. ינקותא כלילא דוורדא סבותא כלילא דחילפי puellae convenit sertum rosarum, vetulae corona urticarum, Sab. 152a. V. etiam paulo ante in חליפין.

חֲלָפֵי רֵיחָא *spica nardi, nardus,* Berach. 43b. Glossator הוא שקורין אשפ"ג est herba, quam vocant italice *espiga,* והוא שבולת נרד estque *spica nardi.* In Git. 68b. idem glossator explicat gallice גירופלא *giroffle,* i. e. *caryophyllon.* Quidam *libanotidem,* sive *rosmarinum* esse volunt.

חָלַץ *exuere, extrahere, spoliare; eruere, liberare.* Part. כמא דְחָלִיץ sicut quis exuit se hominum vanorum, IIS. 6, 20. Pah. וְחַלִּיצוּ יית זיניה et exuerunt arma ejus, IS. 31, 9. Inf. לְחַלָּצָא קטיליא ad exuendum, s. exspoliandum occisos, ibid. v. 8. heb. לפשט. Ap. Tos., הסרים לא חולץ ולא מיבם eunuchus non discalceat neque ducit fratris viduam, Nid. 47b. Non enim potest excitare semen fratri, ut lex requirit. יצאו לפניו שלשים וששה אלף חלוצי כתף praecesserunt ante ipsum 36000 exuti humero, i. e. nudis humeris, qui vestimenta sc. sua luctus causa ita dilacerarunt, ut nudi humeri conspicerentur, Bk. 17a. גיד הנשה של עולה חולצו לחפות nervum femoris extrahit (et projicit) in cumulum cinerum, Chól. 90b.

חֲלִיצָה *extractio.* Sic in specie etiam appellatur *extractio illa calcei, quam facit vidua mariti defuncti fratri, quando is eam ducere renuit.* Fit autem ista extractio singularibus ceremoniis, ut in synagoga Judaica nostra explicatum. גט חליצה libellus extractionis, qui dabatur tali viduae, quam levir ejus ducere renuit. Ejus forma exstat in libro Pesikta editionis Venetae 82c. V. T. Jev. c. 12. Maim. in הלכות ייבום.

חֲלוּצָה *nom. pr. loci,* pro hebr. שור, Gen. 16, 7. in TgH.

חֲלָצִים *vires,* ap. Ros. Munsterus.

מַחֲלִיץ *trulla cementarii.* אבל לא מחלצים sed non trullis, sc. complanant, Mk. 11a. אשחעו צלמנייא והוו למחלצייא laeves, glabrae (h. e. planae, depressis omnibus elevationibus) factae fuerunt sicut trullae cementariorum, Mk. 25b. Alias dicitur מחצל, ut est in חצל.

חָלַק *partiri, impertiri, dispertiri, distribuere, dividere, separare,* ut hebr. Hinc אם ראה מים חלוקים si viderit aquas divisas, i. e. divisim, guttatim exstillantes, T. Mikv. c. 8. Hinc etiam ap. Ros. est: *divisum, distractum esse in diversam partem et sententiam, dissentire, disceptare, controvertere.* Hinc כל החולק על רבו כאילו חולק על השכינה quicunque disceptat contra magistrum suum, perinde est ac si contenderet cum deo, Sanh. 110a. החולק על ישיבתו של רבו qui disceptat contra scholam magistri sui, efficit, ut recedat majestas divina ab Israele, Ber. 27b. כל החולק על מלכות בית דוד ראוי להשיכו נחש quicunque est contra regnum domum Davidis, dignus est, ut mordeat eum serpens, sicut dicitur, IR. 1, 9. et Deut. 32, 24. חולקים dissentientes, disputantes in contrarium, vocabulum scholasticum. Sic in Niphal נחלקו רבותינו dissentiunt Ri. nostri. Praeterea est *laeve, lene, molle, glabrum esse* et inde *blandum esse, blandiri,* ut Ps. 55, 22. Ex Pyh. קנים המחולקים calami laevigati, i. e. decorticati, Bb. 69a.

Intelliguntur perticae laevigatae, quas supponunt viti pendulae. Unde est quod alii notarunt חילק esse *pedamentum vitis*. Hiphil הֶחֱלִיק *emollire, laevigare* et metaph. *blandiri*. אמריה סחלייקה verbis suis blanditur, Pr. 2, 16. hebr. Ap. Tos. העגול משיחלקנו massa orbiculata ficuum (tenetur sc. de decimis), ex quo laevigarit eam, h. e. certis liquoribus inunxerit atque ita laevem reddiderit, Maaser. cap. 1. Deinde החליק ap. Tos. est *separare, extrahere, eradicare*, ut המחליק בצלים לחים לשוק ויקיים יבשים לגורן qui extrahit cepas virentes ad forum et relinquit aridas pro areo, ut sc. illas asservet, Peah. cap. 3. Sic המחליק ביחים qui extrahit vel eradicat oleas, Schevi. c. 4. Gl. ישרש. Tertio החליק sumitur pro *labi in molli sc. et lubrico vacillare et nutare*, germ. ſchlüpfen, ut בחקק מלח על הכבש בשביל שלא יחליקו spargunt salem super gradus, ne labantur, ne vacillent, sc. pedes sacerdotum, quando ascendunt gradus ex pluvia lubricos, Erub. 104a. in Misna. Sic עשה לה סנדל בשביל שלא תחליק si fecerit ei calceamentum, ut non labatur, T. Para c. 2.

חוּלָק, חוּלָק, חוּלָקָא *pars, portio*. חולק ואחסנא pars et hereditas, Deut. 18, 1. ליח לכון חולק בסיטרא non est vobis portio in verbo domini, Jos. 22, 24. ליח ליה חולק ואחסנא עמך non est ei pars neque hereditas tecum, Deut. 14, 27. ליח לן חולק בדוד non est nobis pars in Davide neque hereditas nobis est in filio Isaj IIS. 20, 1., i. e. nulla communio, societas et conjunctio. Nihil rei est nobis cum Davide, nihil commune habemus cum ipso. Ita Christus ad Petrum: non erit tibi pars mecum, Joh. 13, 8. et Paulus: quae pars fideli cum infideli? II ad Cor. 6, 15. וחלק גבריא et portio virorum illorum, Gen. 14, 24. Cum aff. חולקי אלהא לעלמא portio mea deus in saeculum, Ps. 73, 26. אנון חולקך ista erunt pars tua, Num. 18, 20. למהוי חולקיה ut sit pars ejus, Eccl. 2, 21. אנון יקבלון חלקהון illi accipient portionem suam, Gen. 14, 24. Pl. לשבעה חוּלָקִין in septem partes, Jos. 18, 5. Hinc est etiam *ager*. ובחלקא ריחמי et in agrum pupillorum, hebr. ובשדי, Prov. 23, 10. חלקחדון מפלגין agros ipsorum dividunt, Mich. 2, 4. Hebr. שדינו.

חֶלֶק ch. *idem*. חלקה pars ejus, Dan. 4, 12.

חֵלֶק *idem*. בחלק ראשון של ספר in parte prima libri, Ri. חלק שאינו מתחלק particula indivisibilis, ἄτομος, More par. 1, c. 73. Item *scrupulum astronomicum*. הנביל שעות חלקים רגעים דקים determinavit horas, scrupula, momenta, minuta. Item *pars propositionis logicae*: שלשה חלקים tres termini s. partes propositionis.

חֶלְקִי *partialis*. חנועות האיברים החלקיות motus membrorum partialium.

חִלּוּק *discrimen, differentia, controversia, dissensio, divisio arithmetica*. חלוק גדול יש ביניהם differentia magna est inter eos. Item *laevitas, glabrities*.

חֲלוּקָה *divisio, partitio, distributio*. יש חלוקה חלוקות עצמיות ומקריות divisio necessaria. partes essentiales et accidentales.

מַחֲלוֹקֶת *dissensio, contentio, disceptatio*. יש מחלוקת ביניהם dissensio est inter ipsos מחלוקת המראה *diversitas, differentia aspectus, parallaxis*, apud Astronomos.

חָלָק, חֲלִיק, חֲלֵק *laeve, glabrum, planum, molle*; glatt. Ap. Tos. חֲלִיקֵי אגוזים laeves nucum, i. e. pertica laevis et recta, nodis non interstincta, ex corylo, Peah c. 4. Hinc alii scripserunt חלק significare *arbovem nucis*; fem. והחלקה טהורה מכולם et plana (sc. tabula) purior est omnibus, Kil. c. 24.

חִילְקָא *triticum, grana tritici contusa*. חילקא חדא לחרת uno grano in duas partes fracto, Ber. 37a. V. ואמאי קרו ליה חילקא דשקיל חלקיהו quare vocant illud חלקא? quia ablata est חלקיהו glabrities ejus i. e. cortex sive gluma, palea ejus, Mk. c. 2. in fine.

חֻלּוּק *indussum, tunica interior, interula, camisia*. יחכך על חלוקו scabat se super indusio suo, in Gem. Sab. 120a. חלוק i. e. קמי"שא על בשרו *camisia*, h. e. indusium super carne sua. Refertur inter octodecim vestium species, quas licet sabbato ex incendio secum deportare, de quibus illic disputatur: חלוק של יוצאת חוץ העשוי כסבכה camisia seu indusium meretricis factum ad instar retis, Kel. c. 28. h. e. indusium cancellatum, reticulatum, ut corpus per illud conspiciatur. מבית לבית חלוק מאחר לאחר נפש de domo in domum (migrans sc.) indusum: de loco (uno) in locum (alterum) animam (sc. perdit). Ut proverbium adducitur in Br. s. 39. q. d. per molestiam et incommoda migrationis et viae consumitur pecunia et infirmatur corpus ejusque commoda minuuntur, quinimo vita ipsa periclitatur. In Tg. Jon. היא חלוק תחביה דנפלא למושכיה est indusium habitationis (i. e. operimenti) ejus, quod accidit seu adhaeret cuti ejus, hebr. היא שטלחו לערו, Ex. 22, 26. Pl. חלוקין *indusia*. In Sab. c. 19. in Misna sumitur pro *linteo perforato, quo post circumcisionem membrum infantis involvitur et obligatur*.[67a]

חילק[68] *species pisciculorum mundorum, qui neque pinnas neque squamas habent*, As. 35b. in Misna: f. 39a. scribitur in Gem. חאי חילק quid est chillak? Dixit Raf Cbanan bar Rabba, dixit Raf, est סולחנות *sultanuth*.

חִילֵק *proprium nomen*, cui conjungitur בילק, et proverbialiter usurpantur. ut in illo: חילק ובילק אכלי לה an Hillek et Billek devorabunt ipsum? Sanh. 98b. wirds der Buß freſſen? Videntur esse nomina ficta. Hic tamen scribitur הילק per ה, sed in Chol. per ח, f. 19a. לא חילק ידענא ולא בילק ידענא neque Chillekum neque Billekum novi, q. d. autores illos, quos tu adducis, non magis novi, quam Chillek vel Billek, qui nunquam in rerum natura fuerunt. Adducitur hic locus a Kimchio, Jes. 24, 1.

[67a]) Vox mere arabica.

[68]) Vocem ad gr. χαλκὶς *halec* vel *alec* vertit Mussafia.

חליקוסתא sic scribitur in Aruch. In T. legitur per ס ab initio. Vide סלק.

חליקופרי *nomen propr. viri:* חליקופרי איש טבעון **Machschirin** c. 1.

חָלַשׁ primo *debilem, infirmum esse, debilitari, infirmari.* Fut. ויֶחֱלַשׁ תקוף גברין et debilitabitur fortitudo virorum, Jes. 2, 11. 17. Aphel אַחֲלִישׁ *debilitare.* Part. מַחֲלִשׁ תקוף מלכיא fortitudinem regum debilitat, Job. 12, 21. Item *exuere, excoriare, pellem detrahere* pro hebr. הפשיט: ut, וחחליש יח אהרן et exues Aharonem vestibus suis, Num. 20, 26. in TgH. ויחליש יח עלתא et pelle nudabit holocaustum, Lev. 1, 6. Onk. et Jon. habent שְׁלַח. Transpositae ergo tantum sunt literae. Ithpeh. אִתְחֲלִישׁ בסריה infirmatur caro ejus, Regia אתקלישׁ attenuatur, Job. 33, 25.

חָלָשׁ, חֲלִישׁ *debilis, infirmus, remissus.* דחלישׁ יימר quia infirmus dicet: potens sum, Joel. 3, 10. Pl. חֲלָשִׁין ואף לא קל neque vox debilium, Ex. 32, 18. In Jon. est absque Dagesch חֲלָשִׁין. Fem. חֲלִישָׁא ורעיתי et familia mea debilissima est, 1 Sam. 9, 21. מרחקא וְחַלִּישָׁא elongata et infirma, Thr. 1, 13. Ap. Tos. סכינא דחלישׁ פוטיה culter, cujus os i. e. acies, acuta est, Chol. 48a. Gl. חדוד ודק.

חוּלְשָׁא *idem.* לחולשא in debilitatem, Jes. 40, 23. מתחלפין בחוק ובחולשה differunt robore et debilitate, More 1. c. 56.

חֲלִישׁוּתָא *idem.* חלישותא מטתנך infirmitas assecuta est eos, Hos. 7, 9.

חֲלִישׁוּת *idem.* Item *negligentia, remissio, ignavia:* בחלשות עסק אוריתא in debilitate studii legis divinae, dum negligenter et remisse opera datur verbo divino, Eccl. 10, 17. 18.

חֵילָשׁ *pellis pergamenum:* בחילשׁ כתבא in pergameno scriptorio: alii, in *archivo scriptuarum:* alii in *exiguo scripto*, Zach. 11, 13.

Secundo Ris. etiam est *sortiri, projicere sortem*, de quo vide Kimchium, Jes. 14, 12. Talm. חולשׁ מעותיו ללשכה projiciens pecunias suas in cubiculum, Git. 74, 2. Gl. זורה.

חֶלַשׁ *sors.* מטילין חלשין על הקדשים projiciebant sortes super res sanctas, ut sc. dividerent eas aequaliter inter sacerdotes, Sab. f. 148b. in Misna. Et f. 49b. חלשים לישנא דפורא הוא i. e. cholaschim significationem *sortis* habet, juxta illud חולשׁ על גוים sortem projiciens eras super gentes, Jes. 14, 12.

Tertio adducuntur in Ar. quoque duo exempla חלשׁ pro *exuere*, ut idem sit quod חלץ. Sed in priori ex Br. s. 22 legitur nunc חלתן; in altero ex Br. s. 75. legitur שלח.

חַלְשָׁתָא sic adducitur in Aruch. In Gem. legitur חשילתא, quomodo et in Ar. scribitur et explicatur in voce טריסא. V. infra חשל.

חַלְתָּא [69] *alveus apum, alvearium, capsa apum, in qua mellificant:* חלתא בת חדי כורי alvearium duorum cororum, Sab. 35a. et 74b. חלתא דעבד qui facit alvearium. Gl. explicat per כוורת, de quo s. l. בת שבע הוה קא חיפה רישה חותי חלתא Batschaba pectebat caput suum sub alveo apum, Sanh. 107a. Sumitur et pro *corbe, per quem colatur mustum*, in As. 75a.

הֵילְתָּא [70] *vallis.* Vide infra in חיל.

הַלְּתָּא Vide supra in חלל, in חלה.

חילת, חילית vide in חלף *juncus.*

חוּלְתָּא *provincia arenosa et sterilis, inepta ad perendos fructus.* Sic in Aruch parvo; in Gem. legitur בחולת המחוז in loco communi provinciae, Erach. f. 14a. Munst. deduxit a חול *arena.* Videtur potius esse a חול *profanum, commune*, ut intelligatur *locus omnibus communis, qui hominum bestiarum calcationi prostat.* Alii, בחולת i. e. בסביבות in circuitu urbis, ut et supra מחול הכרם notat circuitum vineae, locum circa vineam.

חִלְתִּית *laserpitium, herba, cujus succus vocatur laser medicum s. syriacum*, In officinis vulgo vocatur *assa foetida*, ut et Ar. explicat; arab. حلتيت. In Misna אין שורין החילתית בפושרין non macerant laserpitium in aquis calidis, Sab. 140. sc. in sabbato, quod alias licitum et inde potus medicinalis optimus fuit in Syria, ubi haec herba laudatissima, maxime in provincia Cyrenaica. Hinc Catullus ad Lesbiam *laserpitiferas* vocat Cyrenas. Laseris in condituris meminit Apicius. Est et Graecis affinis vox κάλθη, *caltha, herba floris crocei.* Hinc חלת חירש *crocus sylvestris*, Nid, 51b. Oketzin c. 3. וקורט של חלתית et granum laseris, As. 35b.

חֲמָא חֲמָה *contemplari, respicere, aspicere, videre, intueri*, idem quod hebr. חזה et ראה, pro quibus frequenter in Tg. ponitur, maxime in libro Jobi et Ps. et in Jon. in Legem. Praeter. ארום חֲמָא פורענותא cum videt vindictam, Ps. 58, 11. חֲמָת יחד vidit te, Jobi 42, 5. ודין דַּחֲמִית id quod vidi, Jobi 15, 17. חֲמִיתָךְ vidi te, Ps. 63, 3. כל בר נש חֲמון בה omnes homines intuentur eum, Jobi 36, 25. חמון שכנתך viderunt me, Jobi 29, 8. חמון יתי viderunt majestatem tuam, Ps. 77, 12. הא אתון כולכון חֲמִיתוּן ecce vos omnes videtis, Jobi 27, 12. Part. עיני חָמֵן oculi ejus vident, Ps. 11, 4. כל דחמין לי omnes, qui vident me, Ps. 22, 8. Inf. לְמֶחֱמֵי בנסימותא ut videam dulcedinem domini, Ps. 27, 4. Imper. חֲמִי סגופי aspice afflictionem meam, Ps. 9, 14. וַחֲמִי פרישת עובדוי et aspice mirabilia operum meorum. Ps. 45, 11, חמון עובדיא דיי videte opera domini, Ps. 46, 9. Futur. ולא אֶחֱמֵי et non videbo, Job. 9, 11. מטול דְּאֶחֱמֵי שמיך quia videbo coelos tuos. Ps. 8, 4. באשתציות רשיעיא תחמי cum exscindentur impii, videbis, Ps. 37, 34. ואמרו לא יחמי יה et dicunt, non videt Jah, Ps. 94, 7. בויו יקרך נחמי נהורא in splendore gloriae tuae videbimus lumen, Ps. 36, 10. יֶחֱמוּן סגיאין וידחלון videbunt multi et timebunt, Ps. 40, 4. Ithpeh. praet. אִתְחֲמֵי לי בביתא visa est mihi in domo Lev. 14, 35. in Jon. אִתְחֲמִיאוּ רישי טוריא videnda

[69]) Vide supra in חלה secundo.

[70]) Gr. κοῖλος ut nonnulli volunt.

se exhibuerunt, apparuerunt cacumina montium, Gen. 8, 5. Jon. Infin. לְאִתְחַמָּאָה קדם יי אלקכון ad comparendum coram domino deo vestro, Deut. 31, 11. Jon. Fut. יִתְחַמֵּי ולא לך חסיע neque conspicietur apud te fermentatum, Ex. 13, 7. in Jon. אנש לא יתחמי בכל טורא vir non conspiciatur in toto monte Ex. 34, 3. יִתְחַמּוּן קדמי ריקנין ולא et non comparebunt coram me vacui, Ex. 23, 15. Aphel אַחֲמֵי *videre fecit, ostendit.* אחמי ית פרעה ostendit Pharaoni, Ex. 41. 28. אַחֲמַתְנִי עקן סניאן videre fecisti me angustias magnas, Ps. 71, 20. Part דאנא מְחַמֵּי יתך quod ego ostendo tibi, Ex. 25, 9. Imper. אַחֲמֵי כדון ostende nunc mihi, Ex. 33, 18. Jon. Sic et in Futur. אַחֲמֵי לה מן יְהַמְנָנָא ostendam ei, Ps. 50, 23. טבא מן יְהַמֵּנָא quis ostendet nobis bonum? Ps. 4, 7.

חֲמֵי *spectatus, dignus, idoneus, conveniens,* idem quod hebr. ראוי et chald. alias חזי: מן חמי למדר quis dignus est, ut habitet in tabernaculo tuo? Ps. 15, 1. Fem. אין לא חֲמֵיָא ליה si non sit conveniens ipsi, si non placeat ei, Exod. 22, 16. in Jon.

חֲמֵיָה *visio, aspectus,* Ri.

Secundo חֲמֵי *abscondi*, quasi per antiphrasin, a *visu averti.* In Aphel מן מסכנא עיניה מן דְמַחֲמֵי qui abscondit oculum suum a paupere, hebr. מעלים Pr. 28, 27. Ithpeh. אִתְחַמִּיו מן אחריהון absconditi sunt de locis suis, Job. 6, 17. in Regiis, quod interpres latinus male reddit *incaluerunt.* נִתְחַמֵּי מן בישׁ abscondetur a malo, i. e. protegetur, hebr. ימלט eripietur, evadet, Pr. 28, 26.

Tertio in Ar. adducitur exemplum ex Gem., pro *suave, dulce esse:* sed prava est explicatio. V. infra in חמם.

חֲמָאָה, חֲמָאתָא *pinguedo,* sive *flos lactis, unde fit butyrum, et* inde metonymice *butyrum.* נפקא חמאתא exit butyrum, Pr. 30, 33. V. R. Sal. Gen. 18, 8.

חֲמָא *raphanus.* קפא דחסא חמא virulentam qualitatem lactucae (curat) raphanus, Pes. 116a. V. in קפא. Cum ה in fine: חֲמָה לחסה וסילקא לצינא raphanus conducit calori, (i. e. febribus ardentibus) et beta vel blitum frigori (morbis frigidis), ע"י f. 28b.

חְמַד *desiderare, concupiscere, appetere.* Praeter. דְחַמַדְתּוּן quas desiderastis, Jes. 1, 29. Part. וְחָמְדִין חקליא et desiderant agros, Mich. 2, 2. Fut. יְחַמֵּיד ולא אינש neque concupiscet quisquam, Ex. 34, 24. Ex Pahel Praet. וְחַמֵּידַת נפשא דדוד et desideravit anima Davidis, IIS. 13, 39. Part. דְמַחְמְדִין לאלפן qui expetunt, desiderant doctrinam, Jes. 32, 6. Ex Aphel, מְחַמְדָן למגף כלהון omnes desiderant adulterare, Hos. 7, 4. Ex Ithpah. Partic. דהויתון מִתְחַמְדִין לסחמי יתיה quem desiderastis videre, Gen. 28, 12. in Jon. V. et Esth. 1, 2. in Tg. sec. Quae B. Ar. hic adducit ex T., per ר illic leguntur. Vide in חמר

חֲמוּד *desiderium, concupiscentia, appetitus.* Ri

חֲמִידָתָא *idem.* על חקלי חמידתא super agros desiderii, Jes. 32, 12. juxta Ven. Regia activa חַמְדַתָּא *desiderabiles.*

חֲמְדָתָא, חֲמָדָתָא *idem,* Zach. 7. v. ult.

חֲמוּדָא *idem.* ומני חמודא vasa desiderabilia, Jud. 5, 30.

חֲמִידָא *idem.* נפשנא חֲמִידַת desiderium animae nostrae, Jes. 26, 8.

תַּחֲמוּדִין, תַּחְמוּדָיָא *idem.* Pl. Deut. 9, 22. in T. Jon. et Hieros.

תַּחֲמַדְתָּא *idem.* גברא דתחמדתא vir desiderii, heb. אִישׁ חֲמוּדוֹת, Esth. 1. in secundo Targ.

Ap. Tos. דורשי חמודות[71] qui scrutantur desiderata, i. e. מקראות סתומים arcanas scripturas, Pes. 54a.

מֻחַמַּד *Muchammed, pseudopropheta turcicus,* qui sic a desiderio dicitur, quasi suis *desideratus,* vel a concupiscentia nimia, qua conjugum multitudinem permisit, vel quasi laudatus, celebris. Nam id arab. verbum אחמד significare, periti tradunt.

חֲמָה unde חָם[71a] *socer,* ut אב *pater,* ab אבה. Chaldaice semper cum aff. pron. חֲמוּךְ socer tuus Gen. 38, 13. לות חֲמִיהָא ad socerum suum, v. 25.

חְמוֹת *socrus.* חֲמוֹתָהּ socrus ejus, Ruth. 2, 19. כלחא מקילא בַּחֲמָתָהּ nurus contemnit socrum suam, Mich. 7, 6.

חְמַט[72] *incurvare, flectere, inflectere se, procumbere.* Pro hebr. כרע in Tg. usurpatur: חמיט בל procubuit Bel, Jes. 46, 1. Part. וארכוביא דְחָמְטָן et genua, quae flectunt se, Job. 4, 4. Fut. יעלה יְחַמְטוּן et super eam incurvabunt se, Job. 31, 10. נְחַמוּט incurvemus nos coram domino, Ps. 95, 6. In Pahel חַמֵּט *inclinare, deprimere, prosternere:* מְחַמֵּטְתָּנוּן תחותי inclinasti eos sub me, Ps. 18, 40. in Regiis. מטול דַחֲמֵיטְתּוּן לפחנם עבידתא propterea quod incurvastis vos rei factae, Deut. 28, 35. in Jon. In Aphel ועולמי ישראל אַחְמֵיט et juvenes Israelis prostravit, Ps. 78, 31. In Gem. אין הזכרים יוצאין בעגלה כי היכי דלא לחמטן אלייחיה[73] non egrediuntur arietes (sc. in sabbato) cum plaustro (quod caudae illorum subligatur, ut in Misna est) ne inflectant vel demittant caudam suam, Sab. 54b. Rambam scribit hoc loco: oves in Aegypto habent caudas magnas et graves; proinde faciunt illis plustra parva, quibus sustinentur, ne in terra atterantur et exulcerentur. Traditionem hanc talmudicam egregie illustrat locus apud Herodotum lib. 3. ubi ita inquit: Suntque in ea (Arabia) duo ovium genera admiratione digna,

---

[71]) Vide notam 48. supra p. 318.

[71a]) Vox mere arab. حم, quod idem.

[72]) Affine est verbum קמט *contrahi, rugas contrahere; corrugari astringi, constringi.* Hinc genus illud reptilium, quod *corrugando* i. e. *contrahendo* et expandendo corpore tali modo se promovet, ut inter movendum corpus *corruge* fiat plenumque videatur rugis atque plicis, חומטא hebr. חומט vocatur.

[73]) Rectius hoc verbum ad nomen sequens חומטא gr, ἄμαξος verteres, sensus hujusce loci talm. ut sit: *non egrediuntur* (arietes) *cum plaustro,* (quod adhiberi solet) *ne inficiant caudam suam* (arietes) *arena.*

quae nusquam alibi visuntur, quorum unum caudas habet tam longas, ut non sint tribus breviores cubitis. Si quis trahi sinat, ulcera, contracturae, dum per terram atteruntur. Nunc unusquisque pastorum hactenus est doctus arte fabrili, ut plostella faciant, quae singularum ovium caudis subligent, superque plostella caudas ipsas alligent. De his ergo plostellis loquitur ibi Gem. B. Ar. scribit haec plostella fieri שלא יעלה כעין עיפוש באליה ne quid putidum vel sordidum caudae adhaereat. Hinc alii scripserunt חמט significare etiam *putrescere*.

חֲמִיטָה *incurvatio*, Ri.

חמוטים. In Jalk. Proph. 50a.: rex carnalis aedificans navem primo adducit trabes, deinde cedros, exinde anchoras, denique etiam חמוטים. Gl. marginalis explicat מנהיגים *gubernatores*. Hinc est, quod Schindlerus posuit, חמוטים *gubernatores*. Sed mendum est, et pro עליונים חמוטים legendum מביא עליו נוֹוְטִים adducit in eam nautas, quomodo exstat in Ber. s. 12.

חֲמִיטָה *placenta tenuis*[74], i. e. עוגה דקה s. רקיקה: ut המקפה והחמיטה plumentum et placenta ex frugibus profanis, nondum licitis, Tibbul jom c. 2. האופה חמיטה coquens placentam, ibid. c. 1. Sunt etiam qui pro *scutella*, *paropside* accipiant, in Maaser. cap. 1. Scribitur et absque Jod in medio, unde apparet, efferri per Chirek breve et Dagesch.

חוּמְטָא[75] *crepusculum*, *tenebrae*, hebr. ועלטה, Gen. 15, 17. in Jon. Item חומטא[76] *lacerta*, ex heb. חומט, Lev. 11, 30.

טִבְעִי *naturalis:* מקום טבעי locus naturalis: נשם הטבעי corpus naturale: Fem. נפש טבעית anima rationalis: מיתה טבעית mors naturalis, Jes. 25, 8. in Kimchi. Pl. טִבְעִיוֹת naturalia.

טְבִיעָה *submersio:* אנשים הנרונים לטביעה homines adjudicati ad submersionem.

טוּבְעָנָא *diluvium, universalis omnium rerum submersio:* דרא דטובענא seculum diluvii, Job. 4, 8. Gen. 6, 17. in Jon.

טובעני *locus depressus et humidus*, Taan. 10a.

טַבְעָא, טִבְעָא *moneta:* בסילעא דטיבעא דקודשא in siclo monetae sacrae, Ex. 30, 3. in Jon. Est etiam *monetae certa species, valens dimidium siclum*, unde pl. טבעין, Schek. c. 2.

טָבוּעַ *signatum argentum vel aurum:* דינרי זהב טבועים numi aurei signati.

טְבִיעוּת *infixio, impressio:* משום טביעות עינא propter impressionem oculi, qua oculum infixi in scriptum, Git. 27b.

טִיבּוּעִין *repetitiones, exactiones per jus, cum quis de jure repetit, quod sibi debetur:* לטיבועין ניתנו repetendi jure datae sunt: Bb. 145a. Veluti si quis centum florenos mulieri vel puellae det in fidem conjugii. Illa moritur antequam ipse sibi eam copulaverit per nuptias: tunc ipse repetere potest arrhabonem. Est a חבע per commutationem ט et ת. Adducitur in Ar. sed neglectum ab aliis.

טַבַּעַת *annulus, orbis, circulus*, sic dictus, quod ipsi aliquid *infigatur*. Pl. טַבָּעוֹת. Ap. Tos. legitur, ad latus altaris aquilonare, ubi sancta sanctorum mactabantur, olim fuisse טבעות annulos in pavimento, quibus immittebantur colla animalium et concludebantur, ut tanto facilius mactari possent, vide Joma 62b. Middoth c. 3. et Ar. in בלגה et hoc loco: טבעת הבהמה annulus bestiarum, quibus nempe veluti compedibus constringuntur: טבעות הכלים annuli vasorum: טבעת קדושין annulus sponsalorium, quo sponsus sponsam sibi in conjugii fidem obligat. Deinde ap. Tos. et Ros. ulterius per metaphoram טבעת est *podex, foramen ani*, sic dictum, quod sit rotundum instar annuli: יד לפי טבעת תיקצץ manus (imposita) ori podicis, abscindi digna, Sab. 108b. „Manus", scil. antequam mane aqua frigida probe abluta fuerit. Sic ibidem scribunt, si manus illota oculos tangat, causam esse coecitatis; si aures, surditatis etc. Idque eo scripserunt, ut necessitatem lavandi manus populo persuaderent, unde et ritus lotionis manuum in tantam superstitionem devenit, ut Christus non immerito Judaeos propterea reprehenderit. מזמרים ברוח היוצא מפי טבעת psallunt mihi spiritu, sive flatu, qui egreditur ex podice, R. Sal. Ez. 8, 17. ubi זמרה *crepitum ventris* exponunt. Dicunt etiam pluraliter טַבָּעִין.

מַטְבֵּעַ, מַטְבֵּעָא *moneta*, sic dicta, quod figuram *impressam* habeat: על ידי דעבדי מטבעא per manus cudentium monetam, durch die Münzmeiſter, Esth. 3, 9. in Tg. sec. In rabbinica sententia fuit ante in verbo. Metaphorice *fama*, ut supra טבע: Hinc ומַטְבְּעֵיהּ נפק בכל פילכיא et fama ejus egrediebatur per omnes provincias, i. e. מַשְׁמַעְיָה, ut habent Regia, Esth. 9, 4.

טַבּוּר hebr. טִבּוּר Talm. rabb. *umbilicus*. Metaphorice *medium, medius, locus, eminens pars, ut umbilicus in ventre*. Pro loco eminente accipitur Jud. 9, 37. Pro medio, Ez. 38, 12. in hebraeo, ubi Kimchi scribit: Terra Israëlis vocatur טבור הארץ umbilicus, i. e. medium terrae, quia est in medio mundi, sicut umbilicus in medio ventris. Talmudici: Quare Sanhedrin appellatur שררך „umbilicus tuus", Cant. 7, 2. שהיא יושבת בטיבורו של עולם quia sita est in umbilico mundi, Sanh. 37a. Sic Cic. Verr. 6.: Qui locus, quod est in media insula situs, Umbilicus Siciliae nominatur. Livius Dec. 4. lib. 7.: Aetolos qui umbilicum Graeciae incolerent. Inde Cic. in Pisonem, Aetoliam scribit medio fere Graeciae gremio contineri. Talm. המכנים ידו למטה מטיבורו תיקוץ admovens manum infra umbilicum suum, digna quae amputetur, Nid. 13b. Ibidem legitur aliud, quod vide in אמם in אמה. Sic voluerunt praecavere libidinis causam, ne contactus impudicus libidinosi quid generet.

טַבִּירְיָא טְבִירְיָא, טְבָרְיָא *Tiberias*. Elias scribit, *portum maris esse in terra Israëlis, qui vocatur* טבריא *Tiberia*. Inde in Evangelio: Posthac profectus est Jesus trans mare Galileae דטבריום quod est Tiberiadis, Joh. 6, 1. Item ימא דטבריום mare Tiberiadis, Joh, 21, 1. Hoc Syrum nomen videtur esse Tiberii, in cujus gratiam quidam scribunt eam ab Herode conditam et Tiberiam vel Tiberiada appellatam. Unde est quod in Br. s. 23. ab initio legitur: קראו בשמותם עלי אדמות. טיבריה על שם טיבריאוס. אלכסנדריאה על שם אלכסנדרוס. אנטיוכיא על שם אנטיוכוס „vocarunt nominibus suis terras", Gen. 49, 12. sic Tiberias vocatur a nomine Tiberii: Alexandria a nomine Alexandri: Antiochia a nomine Antiochi. Talmudici aliam dant Etymologiam, scribentes: Quare vocatur nomen ejus טבריא? quia sita est בטיבורה של ארץ in umbilico, i. e. medio terrae. Item:

Quare vocatum nomen ejus טבריא Tiberias? שטובה ראיתה quod elegans essent aspectus ejus, nempe propter גנות ופרדסים hortos et promaria, quae illic fuerunt. Hier. in Ezech. 48. Sexta, Nephthalim in Galilaea usque ad Jordanem, ubi Tiberias, quae olim appellabatur כנרת Chinnereth. Et in Quaestionibus in Genesin circa finem, ad locum Gen. 4, 9. Nephtali etc. In hebraeo ita scriptum est: Nephtali ager irriguus, dans eloquia pulchritudinis: signans, quod aquae calidae in ipsa nascantur tribu: sive quod super lacum Genesareth et fluento Jordanis irrigua sit. Hebraei autem volunt propter Tiberiadem, quae Legis videbatur habere noticiam, agrum irriguum, et eloquia pulchritudinis prophetari. Mentio ejus quoque in Targum Jon. Num. 34, 8. מעלך לְטַבַּרְיָא. Et Deut. 3, 17. וקרחא טַבַּרְיָה דסמיכא לימא דמלחא et urbem Tiberiada quae est ad mare salis; et Deut. 33, 23. וימא דטבריא יירת et mare Tiberiadis haereditabit. In Ar. scribitur, aquas maris sive lacus Tiberiadis laxare alvum; id notat ad explicationem hujus loci Talmudici: השוחה מי טבריה אע"פי שיוצאים נקיים bibens aquas Tiberiadis, etiamsi egrediantur purae, Machsch. c. 6. Codice Tah. 14a. Plura qui vult, adeat nostram Teberiadem et Drusium in Praet. Joh. 6.

טִיבְרָנִי *Tiberiensis:* femin. שמיניח טיברנית ישנה mensura Tiberiensis vetus, TH. Pes. cap. ult.

טיבראין *Tiberienses.*

טַבְרִירֵי[6] *venatores:* תהא מטברירי ולא מקנגיא esto ex venatoribus et non ex venatione, sive venatu, Aruch ex Pesikta.

טֵבֵת *Tebbet, nomen mensis decimi: incipiens a novilunio Decembris nostri,* Esth. 3, 7. in Tg sec.

טג.[7] Aruch ex Midrasch citat hinc טגיות, quod Aquinas scribit esse *speciem vestimenti superioris instar chlamydis vel pallii:* טגיות אינן חייבין בציציות.

טִגֵּן[8] *frigere, torrere in sartagine vel patella:* שלקו וטיגנו elixant et frigunt, Erub. 28b. אופה ואחר כך מטגנה illa coquit, deinde frigit, Men. 50b. בצק שמטגנין אותו ברכש massa farinacea quam frigunt in melle, R. Sal. Ex. 14, 31.

מְטוּגָן *frixum,* cui opponitur שלוק exilium: מְטֻגָּנָא et similia frixa, Lev. 7, 2. in Jon. Pl. דגים מטוגנים piscis frixi, gebackener Fiſch.

טִיגָּן[9] *frixio, frictum:* עשה לי טן חמשה טיני טיגן appara mihi de quinque speciebus frixorum, Men. 104b. Gl. non fuit מטגן mincha similae cocta in furno: sed mincha sartaginis aut aheni, et vocat illud in quo est oleum: כמן ימא לטיגני quantum est a mari ad frigendum piscem Kid. 44a. Sic volunt proverbiale esse, pro *quamprimum, statim, e vestigio,* prout nempe homo piscem e mari educens non diu moratur ad eum torrendum. Alii sumunt pro duobus nominibus propriis, quantum distat Jama a Tigane, h. e. ad distantiam exiguam, prout haec duo loca vicina erant.

טִיגְנָא *ruta, herba:* טגנא ברוכשא ruta contusa in melle, As. 28a. In Ar. citatur פיגן.

טִגְרִים טִגְרִי *tigris.* In Gem. legitur: טגרים אריא דבי עילאי tigris est leo, (sylvae) Elaj, Chol. 59b. De leone isto fabulosa illic est historia. עילאי Elai vel Ulai (ut י referat Kibbutz, ut et alias) sylvae nomen est, רבי עילאי, pro דבעילאי qui in Elai, scil. sylva. Sic Praepositionem ב separatim cum י usurpari, suo loco dictum est. Munsterus scribit, significare *leonem sylvestrem, qui alioquin* עילאי *major vocetur.* Guido: qui עאלי *superior* vocatur. Uterque erravit, nescientes עילאי esse sylvae celebris nomen in Talmud.

טַדֵּי *Tadde, nomen portae aquilonaris in monte templi, quarum quinque fuerunt:* duae versus meridiem, quae vocabantur חולדה Cholda: una versus occidentem: Tadde ad septentrionem: ad orientem שער המזרחי porta orientalis appellabatur. Mid. c. 1. In Mischnajoth nuperis in octavo legitur per ר, טרי.

טָהֵר[10] hebr. *mundum, purum esse.* In Pihel טִיהֵר *mundare, purificare.* In Hithpa. הִטַּהֵר *mundare se.* Ap. Tos. חייב אדם לטהר עצמו ברגל tenetur homo seipsum mundare in die festo, Rh. 17. בא ליטהר מסייעין אותו qui venit ut mundetur, adjuvant eum: בא ליטמא פותחין לו qui venit ut polluat se, aperiunt ei, exemplo dicti, Ez. 14, 9. in Joma 38b. lin. ult. vide Adag. Drus. Decuria IV.

טָהוֹר *mundus, purus:* טָהֵר *mundities, purgatio, nitor.*

טַהַר *medium:* חזה על טהרו של מזבח spargebat (sanguinem) super medium altaris, Joma 58b. in Misna et 59a. Gemara ait: quid est טהרו? פלגיה דמזבח medium altaris. Vide et f. 15a. וּמִטַּהֲרֵי יומיך et a medio dierum tuorum, Jobi 11, 17. על טהרו של שלחן in medio mensae, Men. 97a.

טַהֲרַיָּא, טַיְהֲרַיָּא *meridies, medium diei.* Derivatum ex hebraeo צהר et צהרים commutatis ט et צ, ut fieri solet: שירותא דטיהרא convivium meridiei, prandium, Gen. 43, 15. in Jon. וחרי מטשש בטיהרא et palpabis in meridie, Deut. 28, 29. Hinc et illud accipiendum הוו ערקין מזיקי וטלני צפרירי וְטַיְהֲרֵי מביניהון fuerunt fugientes spiritus noxii et nocturni, matutini et meridiani, Cant. 4, 6. Sic כרוח טַיְהֲרָיִן sicut ventus meridianus, Jer. 4, 11. Vide et Num. 6, 24. et Deut. 32, 24. in Jon. ubi scribitur וְטַיְהֲרֵי. Ap. Ros. טהר שרגא מטיהרא דיומא luce meridiana clarius est: Et בטיהרא מה מהניא lucerna in meridie quid prodest? Vide in שרג.

---

[6]) Θεωρος *spectator* hebr. חואה ut in ipso loco citato explicatur, ω graecum et O lat. a Talmudicis saepe per labialem ב vel ו exprimi satis notum. Cf. talmud. לבוקי quod nihil aliud nisi *Laodiceam* urbem denotat, et plura alia.

[7]) Lat. *toga.* [8]) Gr. τηγανίζω. [9]) Gr. τήγανον *scutella.* [10]) Vide supra in זהר.

טַהֲרוּרִית, טַהֲרוּת *splendor lucis:* בטהירן עולאה *in splendore supremo*; in Zohar.

מטהרת *aqualiculus in balneo, in quo servantur aquae frigidae, ut iis corpus abluatur, posteaquam aquis calidis lotum est*, ut glossa exponit, in Mikv. c. 6.

טוב *bonum esse:* metaphorice, *hilarem, laetum esse*, טָבִיתָ bene-dixisti, ap. Tos. *bene, recte ais.* Pihel טִיב *benefacere.* Unde Inf. לְמֵטְיְבָא ad benefaciendum, Ex. 23, 2. in Jon. Ithp. אִתְטַיְיב vel נִתְטַיְיב *bonum, meliorem fieri:* unde שדה שְׁנִתְטַיְיבָה ager melior redditus, gebeſſert, sc. stercoratione, Schevi. c. 4. alii שנחרשת היטב qui bene aratus est. In Hiphil הוֹטִיב et הֵטִיב hebr. *benefacere, meliorem* vel *melius reddere:* item *aptare, apparare, praeparare, ex priori statu in meliorem disponere et dirigere*: ut בהיטיבו את הנרות dum aptaverit ipse lucernas, Ex. 30, 7. in hebr.: in Tg. ביום דיוטיב לך יי in die quo benefaciet tibi dominus, Eccl. 7, 14.

טָב, טָבָא *bonus*: hebr. טוב: metaphorice *elegans, praestans: hilaris, jucundus, laetus:* Item substantive *bonum, bonitas, beneficium:* et adverbialiter *bene, egregie, valde*: טב רמו ליה egregie percusserunt eum, ut in glossa explicatur, Git. 14b. בין טב ובין ביש inter bonum et inter malum, Lev. 27, 12. ארי טב quod bona esset, Gen. 1, 4. וטב למיכל et bona ad cibum, Gen. 2, 9. הטב טב את an melior es, Jud. 11, 25. טורא טבא הדין montem optimum hunc, Deut. 3, 25. או ביש בטב aut malum in bonum, Lev. 27, 10. טבא דבהון optimus inter ipsos, Mich. 7, 4. Pl. תרין גדיי עזין טָבִין duos haedos lactentes bonos, Gen. 27, 4. טבין תרין צדיקיא meliores sunt duo justi, Eccl. 4, 9. ימין קדמאין הוו טבין dies priores fuerunt boni, Eccl. 7, 11. אוטיב יי לטבין benefacit dominus bonis, Ps. 125, 4. Emph. אתון טָבָיָא vos estis boni, Jes. 5, 20. Fem. טָבָא ארעך bona est terra tua, Num. 24, 5. אתחשבא לטבא reputatum est in bonum, Gen. 50, 24. על כל טבתא pro omni bono IR. 8, 66. טבתא חוכמתא דאוריתא bona est sapientia legis, Eccl. 7, 12. הטבא היא אם בישא num bona sit an mala, Num. 13, 19. Pl. פטימין וְטָבָן pingues et bonae, Gen. 41, 5. שבליא טָבָתָא spicae bonae, Gen. 41, 24. In sententiis Ben Syrae: הוי טב וידך מן טבתא esto bonus et manum tuam a bono nunquam abstrahe: כל דעבד רחמנא לטב quicquid agit Deus, in bonum agit, vel cedit, Ber. 60b. טב לביש לא תעביד bonum malo ne facias et malum non eveniet tibi, v. ביש: מטוב אדוני לא טוב לי ומרעתו a bono domini mei non est mihi bene et a malo ejus male mihi est. Adducitur ut commune proverbium. in ME. 55d. Aliud: טבא חרי מחלת meliores sunt duo quam tres; Sab. 152a. h. e., meliores sunt duo pedes juventutis, quam tres pedes senectutis, quando nempe baculo incedere cogimur.

טוב, טוּבָא, טוּבָה *bonum, bonitas, praestantia: beatitudo, felicitas:* טובא דארעא חיכלון bonum terrae comedetis, Jes. 1, 19. יח טוב ארעא דמצרים bonitatem terrae Aegypti, Gen. 45, 18. ויתפנקון בטובא דיהב להון et oblectabunt se in bonitate, quam dedit eis dominus, Jer. 31, 12. בטובא דיי bonitatem domini, Ps. 27, 13. Cum affix. כל טוּבִי omnem bonitatem meam, Ex. 33, 19. כמה סגי טוּבָךְ quam multa est bonitas tua, Ps. 31, 20. טוּבֵיהּ bonitas ejus, Jobi 20, 21. Plur. טוּבִין, טוּבֵי beati, beatitudines: טובי רבוני beatus dominus meus, heb. אחלי IIR. 5, 3. טובי צדיקיא bonitates justorum, beati justi, hebr. אשרי, Jes. 30, 18. טוּבָךְ beatum te: טוּבוֹהִי beatus ille, Ps. 1, 1. טוביכון beati vos, טוביהון beati illi. De summo hominis bono et malo vide fuse disserentem Majemonem Commentar. in Sanh. c. 10. ab initio.

טוב ap. Tos., praesertim in dialecto hieros., est idem quod רב *multus, copiosus:* Pl. בעי פריטין טובן vult nummos plures habere, Pea c. 1. in TH.

טוּבֵי, טוּבָא *multa, plurima: multum, plurimum,* אמנם קהינא ביה טובא certe laboravimus in eo plurimum, Ps. 18, 48. in Masora. הני טובא הוין horum utique plura sunt, Sanh. 94, 12. וכן טובא אין מספר et sic innumera. ודכוותיה טובא et similia plurima.

טִיבוּתָא, טִיבוּת, טִיבוּ *bonitas, bonum, hilaritas:* Eccl. 5, 10. אף אנת בטיבוחא etiam tu esto in bonitate, hilaritate, Eccl. 7, 14. ומחסר ית נפשי מטיבוחא et destituo animam meam bonitate, hilaritate, Eccl. 4, 8. טיבו וקשוט bonitas et veritas: item נפשיה בטיבוחא חביית anima ejus in bono requiescet, Ps. 25, 13. Ti. לא נחויק טיבוחא לנפשין non attribuemus hanc bonitatem (virtutem) nobis ipsis, Tan. 23b.

טָבָאוּת *bonitas: bene*, Deut. 9, 21. Jon. Hebr. היטב: Sic ותחבעון ית סהדיא טָבָאִית et exquiretis testes bene, diligenter, Deut. 17, 4. et 13, 14. et 19. 18. Onk. pro eo habet וְאוֹת pulchre.

טָבוּת *bonitas, bonum.* Pl. למעבד טָבָן ad exercendum bona, benignitates, Ex. 34, 6. מכל טבון prae omnibus beneficiis, Gen. 32, 10. אדכר טָבָוָתָךְ recordare beneficiorum tuorum Ps 25, 6. דכרן טָבָוָתְהוֹן memoria bonorum (id est) benefactorum ipsorum, Hos. 14, 8.

טִיב, טִיבָא *bonum:* ולא לטיבא et non in bonum, Am. 9, 4. ומה טִיבְכוֹן et quod est bonum vestrum, quid boni, quid lucri inde habetis? Cant. 7, 1. Item *status, conditio, proprietas, affectio, natura:* ית טיביהון תיתי et statum eorum referes, quam bono rerum statu fruantur, quam bene se habeant, IS. 17, 18. Sic ap. Ros. et Tos.: טיב משא ומתן conditio accepti et dati: מה טיבו quae conditio ejus? quae natura ejus? מה טיבם של שבעת הימים quae est conditio vel proprietas ipsorum septem dierum, Sanh. 108b. הייסורים הזמניים הם נר דלוק ביד אדם לרעת מה טיבו עם בוראו castigationes temporales sunt quasi fax accensa in manu hominis, ut cognoscatur status ejus cum creatore suo, in Baal akeda: מה טיבן של שמות הללו quae est conditio nominum istorum? R. Sal. Gen. 43, 30. quis status, quis sensus, quomodo se habent haec? Sic IIS. 24, 9. et alibi saepe: Item *fama, rumor, infamia*, hebr. דבה: ut ואפיקו טיב ביש et divulgarunt famam malam, Num. 13, 33. in Jon. שמעית טיב ביש audivi famam malam, Ps. 31, 14. ויפקון עלה טיב ביש et proferant contra eam infamiam,

Deut. 24, 17. וטיבך לא תפיך et famam tuam non pervertat, Pr. 25, 10. Vide et supra in טבב.

טִיוּב *melioratio, aptatio, accomodatio cultura in melius:* טיוב של שדה melioratio, stercoratio agri.

טוֹבְיָא vel טוֹבִינָא Talm. *felix, beatus:* ר' אלעזר טובינא דחכימי R. Elieser felicissimus sapientum, Git. 26b. in gl. מאושר שבחכמים. Idem in Ketub. 40a. Nam אשרי in Tg. redditur טובאי. Vide Scaligeri, Trihaeresion c. 3.

מוּטָב *bonum, melius, optimum:* להחזירן למוטב qui converterent eos in bonum, reducerent ad probitatem: לא העלהו למוטב non effecit eum ascendere in melius, non potuit eum ad frugem reducere, non reddidit eum meliorem sive probiorem. מוטב דאקום ואיזיל melius est, ut surgam et abeam: אם ישראל מקבלין את התורה טוב si Israëlitae suscipiunt Legem, bene est; sin minus etc.

טָבִי, טָבִי *Bonus, Agathius.* Fuit olim *nomen proprium familiare*, et inde fem. טָבִיתָא *Bona, Agatha.* Inde in Vr. s. 19. טביתא אמהא דרבן גמליאל Tavitha, ancilla Rabban Gamalielis. Gl. טביתא nomen ancillae fuit לשון טובה. Sic et nomen servi sui fuit טָבִי a טוב et sic in virtute bonitatis eum vocavit. Vide etiam supra in טבה.

טוֹבִיָה *Tobias, propr. nomen.* Hic proverbio locum dedit: טוביה חטא וזיגוד מנגיר Tobias peccavit et Zigod mulctatus est. Zigod Tobiam apud Judicem de delicto commisso detulerat, cujus solius testimonium cum sufficiens non esset, ad flagra tamquam calumniator damnatus est. Cum plagas susciperet, regessit judici, Tobias peccavit etc. Legitur ie Pes. 113b. et in Babylonia id dictum factum. Simile proverbium in terra Israëlis fuit, שכם נסיב ומגבאי גזר Sichem (uxorem) duxit, propterea Migbacus fuit circumcisus. Quod peccaverat Sichem in ducenda filia Jacobi in uxorem, ejus poenas Migbaeus et reliqui cives Sichemitani dederunt. Ob regum delicta saepe plectuntur subditi. Leguntur in Tract. talmudico Macc. c. 3, 11a. Vide שכם.

הֲטָבָה *benefactio:* הטבה נפלאה benefactio, beneficium maximum: Item *aptatio,* הטבת הנרות aptatio lucernam. Ad eam pertinebat mundatio acerrarum, mutatio ellychnii, remotio olei veteris, infusio olei novi, impositio ellychnii novi, Joma 33a. Liber Mamadoth f. 32. eum intelligo, qui cum commentariolo nuper prodiit. Sic Verbum pro *aptare* sumitur hebr. Ex. 30, 7.

טָוָא טָוָה *assare:* Praet. טַוִית בשרא assavi carnem, Jes. 44, 16. טָוָה טָוִי assavit assaturam, Jes. 44, 16. Inf. הב בשרא לְמִטְוִי da carnem ad assandum. IS. 2, 15. Ti. לאטוינהו ad assandum ea etc. נטוייה בנורא כי נפחא asset illud ad ignem in domo fabri, Git. 69b.

טָוִי *assatum, assatura,* ut antein Jesaja. Constr. טְוִי נור assatum igne, Ex. 12, 8. hebr. צלי.

II. טָוָה hebr. *nere filia ducere,* Ex. 30, 25. 26.

טְוָיָה *filatio, netio, nendi actus,* Rab.

טָוּוִי, מְטָוֶה heb. *netum,* Ex. 35, 25. Sic ap. Ros. טווי הירעות netum cortinarum.

טְוָאָה *filatio, netio,* פשתן שטוואתו נדה, Pes. 79b.

מַטְוֵיאַתָא *aranea,* a *nendo* sic dicta: בי מטוראתא domus aranеae, Jobi 8, 14.

טָוְזָא טָוָן *cuniculus,* Lev. 11, 5. V. et טפז.

טַוָּז *pavo.* Pl. טַוָּזִים. Vide infra in טום.

טָוְזִיג *convivium, compotatio, collatio,* As. 14a. Ar. exponit *convivium vulgare, non solenne, ubi quisque suum confert symbolum.*

טוּחַ hebr. *linere, illinere, oblinere, inungere, incrustare, inducere parietem calce vel caemento.* Talm. ונטחייה בתנורא et illinat eum fornaci (ut scil. exsiccetur) i. e. agglutinet fornaci, Git. 69b. הוא צריך להטיח את גגו ipse opus habet incrustare tectum suum, Beza 9a. טחין פניהן בשמן illinunt faciem suam oleo: פניו טוחות facies ejus illitae, injunctae sunt, Nid. 24a.

טִיחַ *tectorium, illinimentum, incrustatio, parietis.*

טָחִי, טִיחָא *illinimenta:* תנורא דטחו ביה טיחיא fornax quam illeverunt illinimentis, Pes. 30a. קריב ליה חלת סאוי טחיי exhibuit ipsi tria sata illinimentorum, Sab. 119a.

טוּחוֹת heb. *renes.*

Secundo הַטִיחַ Talmudicis: *jaculari, ejaculari, ejicere, projicere,* ex significatione istius affinis verbi כמטחוי קשת quasi jaculantium arcu, Genes. 21, 16. De quo vide ibi R. Salomonem: לעולם אל יטיח אדם דברים כלפי מעלה in aeternum non ejaculetur homo verba sursum versus (sc. contra Deum:) nam aliquando vir quidam magnus ejecit verba sursum versus, ואיטלע et claudus effectus est, Suc. f. 53a. Tan. 25a. gl. יטיח, i. e. יורוק: Item כמה שיטיח כנגדך מהדברים לחסרון דעתו juxta verba quae contra te ejaculatur, R. Levi Pr. 26, 4. Hinc in Tg. Jon. דלא אַטָה לקמיה quod non jaculatus est contra eum verbis, i. e. oblocutus est ei, Gen. 15, 6.

Tertio *incutere, impingere, sicut caementum injicitur et impingitur parieti.* Hinc illud היה חורש והטיח מחרישה בסלע si araverit et incusserit vel impegerit vomerem in petram, Ohol. c. 17. Gl. הטיח i. e. *incusserit, impegerit:* מטיח ראשו לכותל illisit, incussit caput ad parietem, Br. s. 20. Aliter: אדם אחד שהטיח את אשתו תחת התאנה homo quidam fuit qui jaculatus fuit in uxorem suam sub ficu, scil. semen, Sanh. 46a. Gl. הטיח i. e. בא עליה iniit eam, rem habuit cum ea publice, propter quod lapidatus fuit. Meminit hujus loci R. Sal. Gen. 21, 16.

מְטָחָא *ejaculatio,* Hinc legit Ar. ולא סדר מלי מטחא et non reposuit verba ejaculationis, Jobi 1, 22. quod Regia reddunt, *verba blasphemiae,* quibus quasi sagittis laeditur Deus. Pro eo in nostris legitur מְהָטֵי.

טוֹט[12] *sonitus cornu;* metonymice *cornu, cujus usus olim fuit apud Judaeos in coetu sacro, etiamnum hodie in quibusdam ipsorum festis.* Hinc tötſchen

---

11) Gr. Διὰς *bacchanalia.* 12) Onomatop. sonitum tabae immitans.

dicunt Judaei Germaniae, pro *cornu inflare, sonitum cornu edere*. Inflabant etiam olim cornu, cum quis excommunicaretur et quando excommunicatio solvebatur, reo reconciliato. Inde in Gem. טוט אסר וטוט שרי cornu ligat et cornu solvit, Mk. 16a.

טַיְט vide infra.

טול[13] unde hebr. in Hiphil, הטיל *jacere, ejicere, dejicere, injicere, projicere*. Pahel טַיֵּל *abire, spaciari, vagari, ambulare, deambulare, incedere*. Praet. כד טַיֵּילְתָּא במדברא quando perambulasti desertum, Ps. 68, 8. לא טַיִּילוּ בה non ambulaverunt per eam, Jobi 28, 8. Part. מְטַיֵּל בגנתא ambulantis in horto, Gen. 3, 8. in TgH. et Jon. דְּמְטַיֵּל בחקלא לקדמותנא qui spaciatur in agro obviam nobis, Gen. 24, 65. Jon. ומְטַיְּילין ברגליהון et ibant pedibus suis, non vero equitabant, Ex. 12, 37. Jon. Imper. טַיֵּיל בארעא deambula in terra, Gen. 13, 17. in Jon. Pl. וְטַיְּילוּ et abite, discedite, Gen. 42, 33. Jon. Futur. רומא דשמיא יְטַיֵּל altitudinem caeli perambulat, Job. 22, 14. Item *dimittere, ejicere*: יטיל לה מביתיה ejiciet eam e domo sua, Deut. 24, 3. in Jon. Hebr. ושלחה. Ex forma geminata, טַלְטֵל *ejicere, projicere, evellere, tollere: ferre, transferre, portare, transportare, deportare: movere, commovere, agitare*. Elias numerat quindecim verba hebraica, quibus hoc subinde in Targum respondet, ac praeterea plura alia esse scribit. Praet. ואילניא לא טַלְטִילוּ et arbores non projecerunt folia sua, Deut. 28, 15. in Jon. vel moverunt, commoverunt וְטַלְטְלִנּוּן יי et ejecit eos dominus, Deut. 29, 28. vide et Num. 32, 13. in Jon. טלטילו ית בנימין ejecerunt Binjaminem, Jud. 20, 43. quod Munst. prave exposuit, *cinxerunt*, juxta hebr. כתרו. Sed Chaldaea non semper in eodem significato respondet Hebraeis. Part. praet. sive Pahul aut passivum: מְטַלְטַל וגלי erro, vagus et exulans, deportatus et migrans, Gen. 4, 12. Sic recte in Venetis: Regia per Tzere in fine, quae est forma Participii praesentis activi. At passiva hic requiritur, quae in Pathach desinit. Pl. ויהון מְטַלְטְלִין eruntque vagantes inter populos, Hos. 9, 17. מְטַלְטְלֵי עילם ejecti ex Elam, hebr. נדחי expulsi, Jer. 49, 36. מְטַלְטְלְתָא ejecta, expulsa, Jerem. 30, 17. Jes. 51, 21. Infinitiv. לְטַלְטָלָא cransferre, 2 Reg. 21, 8. Imper. טַלְטֵל יתהון מן בתיהון exagita, ejice eos e domibus ipsorum, Ps. 59, 12. Fut. וַאֲטַלְטֵל עליכון et moverem contra vos caput meum, Jobi 16, 4. אֲטַלְטִלְנָךְ tollam te, IIS. 15, 20. Veneta hic fere habent Tzere sub literis formativis Futuri, quod pravum est: אֲטַלְטְלִנּוּן vagari faciam, expellam eos, Hos. 7, 12. הנון יְטַלְטְלוּן ipsi vagabuntur, Ps. 59, 16. יטלטלון רישיהון movent capita sua, Ps. 109, 25. Sic Ps. 22, 8. Ithpa. אִטַּלְטַל *transferri, tolli, vagari*, ut faciunt, qui aliunde ejecti sunt, *migrare, emigrare*. Praet. אִטַּלְטְלוּ כהדא translati sunt pariter, hebr. נדדו vagantur, Jes. 22, 3. אטלטלו מן פלטריהון ejecti sunt, migrarunt e palatiis suis, Ps. 68, 13. vide et Jobi 28, 4. אחטלטלו עורין בטחוזין vacillant, vagantur ebrii in plateis, Thr. 4, 14. Part. מִטַּלְטְלִין שביולהא moventur semitae ejus, Pr. 5, 6. Infin. cum Futuro, וְאִטַּלְטָלָא יְטַלְטְלון בנוי et vagando vagantur filii ejus, Ps. 109, 10. Imper. אִטַּלְטְלִי vagator, Ps. 11, 1.

Secundo טול *hinnire*, ex hebr. צהל, cui respondet, צ mutato in ט, ut saepe. Fut. תְּטוּלוּן כגבריא hinnitis quasi potentes, Jer. 50, 13. Regia תצולון.

Ap. Ros. מטייל על שפח הים ambulat ad littus maris, Tan. c. 3. ab initio: אני ואתה נטייל בגן עדן ego et tu ambulabimus in horto Edenis, Sanh. 61. מַטִּיל ejicit aquas, urinam reddit: Ex Hophal, מוּטָל *projectus*: מי שמתו מוטל לפניו is in cujus conspectu projectus est mortuus ejus (amicus sc.) i. e. coram quo adhuc jacet insepultus, Ber. c. 3. ab initio. Simili locutione dicitur Matth. 8, 14. εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν vidit socrum ejus projectam, i. e. jacentem, et febricitantem. Sic הריני מוטל כאבן בקבר ecce me projectum, i. e. jacentem instar lapidis in sepulchro, Sanh. 91a.

טוּלָא, טוּלָא vide infra in טלל.

טִיוּל *vagatio, ambulatio, incessus, deambulatio*, Job. 29, 15. מהעסק בטיול ובשחוק vacat deambulationibus et lusui; deambulatio fit oblectationis causa saepissime, unde verbum pro *oblectari, deliciari, oblectare se* exponunt, et טִיוּל *oblectationem*. Sed a propria significatione non est recedendum.

טַיָּיל *ambulator*, Job. 29, 15. in ת"א: Item *otiosus, spaciator* ein Müſſiggänger, *qui nullum exercet opificium vel negotiationem*: טיילין בכל יום otiosi singulis diebus, reddent sc. uxori debitum lecti, Ketub. 61b. in Misna. fol. sequenti in Gem. disputant Talmudici, quid sit טייל, sed more suo.

טַלְטוּל, טַלְטוּלָא *migratio, translatio, deportatio, vagatio, motus, commotio*: טלטול דגברא deportatione viri, Jes. 22, 17. וטלטול ספוחי אחמנע et commotio labiorum meorum inhibita est Jobi 16, 5. טלטול רישא commotionem capitis Ps. 44, 15. Cum aff. ביום טַלְטוּלִי in die migrationis meae, 2 Sam. 22, 19. וּבְטַלְטוּלָן et in vagatione nostra, Num. 12, 12. Jon. Deinde טלטול *vagus*: Pl. שויתנא טַלְטוּלִין vagos posuisti nos. Thr. 3, 45. Ap. Ros. טלטול הנר בשבת portatio luminis in Sabbatho: טלטולי דגברא קשין מדאיתתא ejectiones viri graviores sunt, quam mulieris, sicut dicitur, „ejicit te ejectione viri", Jes. 22, 17. Ketub. 28a.

טַלְטוּלַיָּא *gemmae*, sic dictae, quod longae lateque transportentur, Jes. 3, 21. Autor Ar. legit טְלוּלַיָּא quasi dicas, *umbracula, umbellae*, a טלל: Regia טַלְטִילַיָּא.

מְטַלְטְלִים *bona mobilia, supellectilia*; apud Ros. frequentissimum: oppositum ejus, מקרקעים bona immobilia, domus, fundi et similia.

מטולטלת vide in מטל.

טום[14] *obthurare, obstruere, claudere, occludere*.

---

[13]) Ar. طال *longus, extensus fuit*, et in II. *in longum extendit*.

[14]) Cf. hebr. אטם et סתם.

Praeter. וְטַמּוּנוּן פלשתאי et obstruxerunt eos Philistaei, Gen. 26, 18. ubi Jon. טַמְּנִינוּן geminato Nun, more syro. Fut. תְּטוֹמְנוּן באבניא obstruetis lapidibus, IIR. 3, 19. Ti. טום ולא תשפיץ obthura et non fortifica, שפיץ ולא חבנה fortifica et non aedifica; etenim כל העוסק בבניון מתמסכן quicunque occupatus est aedificando, pauper fit, Jeb. 63a. Nempe principiis obstandum, antequam malum ingravescat. Parvum foramen parietis statim reficiendum, antequam majus factum, majorem fortificationem postulet. Et sic fortificare deinceps praestat, quam totum de novo aedificare. Nam

Aedificare domos et pascere corpora multa
Ad paupertatem proximus est aditus.

In Pihel טַמְטֵם, טִמְטֵם *idem*. Praet. וְטִמְטֵם שמנא et obturavit pinguedo, Jud. 3, 22. וְטִמְטַמְתּוּן אודניכם et obturastis aures vestras, Deut. 29, 3. Partic. מְטַמְטֵם אודניה obturat aures suas, Jes. 3, 15. et 33, 15. Ps. 58, 5. Part. passivum מְטַמְטָמִין מלמחזי עיניהון obturati sunt a videndo oculi ipsorum, Jes. 44, 18. Infin. ואדנין לְטַמְטָמָא אלהין לצייתא et non aures ad obturandum, sed ad audiendum, Deut. 29, 3. in Jon. Ap. Ros. עברה מטמטמת לבו של אדם transgressio obstruit cor hominis, ne sc. ingrediatur in illud cognitio Dei, Jom. c. 3 in fine. Ithp. Praet. אִטְמְטֵם היך חריב obturatus est quasi adipe, Ps. 119, 70. in Regiis. Fut. יִטַּמְטְמָן עיני צדיקיא ולא neque occludentur oculi justorum, Jes. 32, 3.

טוּמְטוּם *obturatus, occlusus*. Sic appellatur a Rabbinis, cujus membrum genitale in ventre occlusum et obturatum est, sine indicio an mas vel femina sit. Rambam p. 2. f. 3b. מי שאין לו לא זכרות ולא נקבות אלא אטום הוא הנקרא טומטום quicunque neque habet virilitatem neque femineitatem, sed occlusus est, hic est qui vocatur טומטום. De hoc ap. Tos. peculiaria sunt jura et conjungitur ipsi plerumque אנדרוגינום androgynus, qui utriusque sexus membra habet.

טַמְטָמָה *obturatio, obstructio*.

טוּנָא טון vide infra in טען.

טוּם[15] *volare, avolare*, hebr. טוש quod legitur hoc sensu Jobi 9, 26. Part. כעופא דְּטָאֵים sicut avis quae volat, Jes. 30, 5. כל עֲפָא דְּטָיִין בגדפין omne volatile quod volat aliis suis, Gen. 1, 21. in Jon. בטרומא טָיְסָא in altum volat, Job. 39, 18. al. 21. וְטָיְסִין לצפרא et avolant mane, Ps. 90, 10. Alio sensu et feles vociferabantur, Esth. 1, 2. in secundo Tg. Sunt ibi plura verba, quae avium et animalium vocem propriam exprimunt, unde et de felibus hic similiter explicandum. Nam in proprio suo significato volandi felibus tribui nequit. Fut. אֲטוּם ואשרי avolarem et habitarem alibi, Ps. 55, 7. כחלמא יטוּם sicut somnium avolabit, Jobi 20, 8.

טַיָּסָא *avis, volatile*: ובד נחת טיסא et cum descenderet volatile, Gen 15, 11. in Tg. hebr. עיט.

טָוָּסָא, טַוָּסָא *pavo*: est a gr. ταὼς: טווסא דדהבא pavo aureus, Esth. 1, 2. in sec. Tg. Pl. קופין וְטַוָּסִין simiis et pavonibus, IR. 10, 22. Ez. 27, 15. Talm. קריבו ליה רישא דטווסא בחלבא לא אכיל apposuerunt ei caput pavonis in lacte, sed non comedit, Sab. 130a. Chol. 116a. פסיתי וטחס כלאים זה בזה phaseanus et pavo sunt heterogenea inter se Bk. 55. in Br. s. 29.: omnia corrupernnt viam suam in generatione diluvii, canis cum lupo, תרנגול עם הטווס gallus cum pavone etc. Et sect 7. ad למינהו כל עוף כנף scribitur, זה טווס hic est pavo.[16]

טוּף[17] *exundare, inundare, fluere, effluere, natare, supernatare*. Est ex hebr. צוף formatum prima litera צ in ט mutata. Praet. וְטָפוּ על קצוי et natarunt ad finem, i. e. tandem submersi sunt, ut est in versione latina Schrekenfuchsii, Cant. 2, 8. Elias legit טפו, quem nos in nostra editione secuti sumus. Vide Commentar. nostrum Chaldaicum. דְּטָפַת בירא quod fluebat, manabat fons et ascenderunt aquae in faciem ejus, והות טָיְפָא et fluebat omnibus diebus istis, Gen. 28, 10. in Jon. et TgH. Part. מן טָיֵף quis fluere fecit, vel inundavit inundationi abyssi cisternas aquarum, hebr. פלג divisit, Jobi 38, 25. in Venetis. Regia hebraeum retinuerunt: דלמא חלי טָיְפָא si forte flueret (fons) sed non fluebat, Gen. 31, 22. in Jon. ולא טָאֵיף על אנפי מיא et non natans super aquam, Deut. 21, 1. in Jon. Fut. וְיטוּפוּן נעויא et effluxerunt, exundarunt torcularia, Joel. 2, 24. Aphel די אַטְיֵף מי ימא דסוף qui fecit ut inundarent aquae maris Suph, heb. הציף, Deut 11, 4. Ti. על דְּאַטַפְתָּ אַטְפוּךְ וסוף מְטִיפָךְ יְטוּפוּן ey quod fecisti natare, (alios) fecerunt et te natare, et tandem qui fecerunt te natare, natabunt et ipsi, Succa 53a. Pirke avoth c. 2. Hillelis hoc dictum est, qui cum videret craniam hominis interfecti in aqua natare dixit: quia tu fecisti natare aliorum crania, i. e. quod et tu alios antea occidisti et in aquam projecisti, ideo et tibi similiter contigit et qui te occiderunt et occidentur ipsi et in aquam prajicientur, ut sicut tu natent. דאכלה מוניתי הוו לה בני מטיפי שינא quae comedit pisciculos, ei erunt liberi stillantes oculos habentes, si sc. tum coeat et concipiat, Ketub. 60b. Sic citat Aruch. In nostris libris legitur מציצי. Pihel geminatum טַפְטֵף ושוקע *fluere, stillare*: יין מטפטף ושוקע vinum exstillat et absorbetur in terram, Sanh. 104b. כיון שהכה משה את הסלע טפטפה דם cum percuteret Moses petram, stillabat sanguinem. Midr. Ps. 78. ומן השמן המטפטף בשעה שהנר דולק ad suppeditandum oleum quod stillat tempore lucernae ardentis, Sab. 44a. Haec omnia affinitatem habent cum vicino verbo נטף stillare.

---

[15]) Syr. ܛܫ. Cf. gr. ταζω et Ὀσάζω.

[16]) Verbum de hoc nomine derivatum טוס et part. act. pl. מטסין in Sr. s. 15. legitur pro *superbire, pulcritudine gloriari*.

[17]) Syr. ܛܦ et ܛܘܦ, ar. طَفَا et طَفّ.

Secundo טָף *spectavit, prospexit, circumspexit:* Hinc טף לסטרא דא לעילא respexit ad latus hoc sursum, spectavit ad dextram, Zohar 3d. vide in אוזל בר אוהא ועיני מטייפי. Hinc forte legendum דמטיפא כל קבל ביה ישימון quae spectat versus Jeschimon, Num, 21, 21. in TgH. quod legitur דמצטיפא.

טִיף, טִוף *rivus:* טִיפֵי טיא rivi aquarum, Ps. 119. 136. item 36, 10. et per ו in medio, טִוְפֵי דמיא Pr. 5, 16. et 21, 1. et Ps. 1, 3. טופי משח rivi olei, Jobi 29, 6.

טיף Talm. *stilla, gutta:* טיף טיף *guttatim*, Pes. 111b. Vide et As. 30b.

טִיפִּין *oculi muscarum:* ושתי עיניו כשתי טיפי של זבוב et duo oculi ejus, sicut duo oculi muscae, Nid. 25a. Gl. טיפין של זבוב עיני זבוב tiphin sunt oculi muscae. Vide etiam in טפף.

טוּפָנָא[18] *diluvium, inundatio, cataclysmus,* Gen. 7. in Onkelo. Jon. fere semper habet טובענא, de quo suo loco dictum: יי בדר טופנא יתיב dominus in generatione diluvii sedit, permansit, Ps. 29, 10. Ap. Tos. אשכח דפא מחיבותא דנח אמר היינו אלהא רבא דשיזבן לנח מטופנא invenit asserem de arca Noah et dixit, hic est deus magnus, qui liberavit Noachum ex diluvio Sanh. 96a.

טוּפְיָתָא vide id in טרף.

מַפְטוּף *stillatio.*

טוּר[19] טוּרָא, טַוּר, טַוְרָא *mons.* טור רם mons altus. Jes. 30, 25. מעל כל טור ex omnibus montibus, Jer. 16, 16. בשפולי טורא in radicibus montis, Ex. 19, 17. לריש טורא in verticem montis, v. 20. וטורא בעי באשתא et mons ardebat igne, Deut. 5, 11. ונחיתו מן טורא et descenderunt de monte, Jos. 2, 23. ויתיב בטורא et habitavit in monte, Gen. 19, 30. לטורא ערקו in montem fugerunt, Gen. 14, 10. מטורא דחורב de monte Horeb, Ex. 33, 6. טַוְרֵי חלגא mons nivis, Num. 34, 11. Jon. Plur. ארע טוּרַיָּא terra montium, montana, Deut. 11, 11. עד סיפי טוּרַיָּא usque ad fines montium, Deut. 32, 22. דשליט על טוריא qui dominatur super montes, 1 Reg. 20, 23. ביני טוריא inter montes, Ex. 32, 12. אתר טוריא locus montium, Ps. 75, 7. בטוריא in montibus, Jer. 46, 18. Constr. טוּרֵי קרדו montes Kardu, Gen. 8, 4. Cum aff. ירית טוּרָוְהִי haereditantem montes meos, Jes. 65, 8. טוּרָוְהִי montes ejus, Ez. 35, 8. Ap. Tos. טור חלג סחרנהי גלידין כלבוהי לא נבחין טחנוהי לא טוחנין mons (factus est) nix, (i. e. caput meum prae senio album, canum est instar nivis:) circuitus ejus (i. e. mystax et barba mea) sunt velut pruina: canes ejus non latrant, (h. e. vox mea ita submissa est, ut non amplius audiatur) et molae (dentes) ejus non amplius molunt, Sab. 152a. Ita senex quidam Rabbi respondit Caesari interroganti, cur non venisset in domum ubi Bajtosaei et Sadducaei disputarunt.

טַוְרוֹס *Taurus mons.* In Jon. legitur pro hebr. nomine הור, in quo monte Aharon mortuus est. Legitur autem cum epitheto, טוורוס אומנוס Taurus Umanus. Is fuit in finibus Idumaeae. Hinc apud Plinium legitur: portae Amani montis: Taurus mons prima sui parte Imaus dictus etc. Vide eum l. 5. c. 27. Vide et Jon. Num. 34, 7. 8. 12. In TgH. est מנום.

טוּרָא *oleris species*, Pes. 39a.

טְוַשׁ[20] *incrustare, inducere parietem caemento:* metaphorice *inungere, illinere.* Futur. ומשח לא תְּטַוְּשׁוּן sed oleo non inungetis vos, Deut. 28, 40. in Jon. Sic legit Elias: corrupte חשטון in Veneto: וְיִטְּשׁוּן יח ביתא et inducent domum istam, Lev. 14, 42. in TgH. Ithp. בתר דְּאִיתְטָשׁ posteaquam incrustata est, Lev. 14, 43. in Jon. וְיִתְטָשׁ יח ביתא et inducetur domus ista, Lev. 14, 42. Respondet hebr. טום de quo ante. Ti. אין טשין את התנור non inungunt furnum, vel incrustant, Pes. 30b. *Abscondendi* significatum vide in טשה.

טְשַׁטֵּשׁ *foedare, maculare: turbare,* sive *turbidum, turbulentum, lutulentum reddere.* Ithpa. אפי מְתַּשְׁטְשִׁין facies meae faedatae, maculatae, maculosae factae sunt prae fletu, Job. 16, 16. heb. חמרמרו. Sic מטשטשין מאחי turbatae sunt aquae ejus, Ps. 46, 4. hebr. יחמרו. Rabb. מטשטשו ברין maculat illud atramento: נמחק או ניטשטש si deletus aut maculatus sit (libellus scil.) Bb. 168b.

טִשְׁטוּשׁ *macula, maculatio, faedatio, turbatio, turbidum, lutum, caenum:* מסאן טשטושא ex luto faedo, turbido, hebr. מטיט היון ex luto caeni, Ps. 40, 3.

מְטוּשְׁטָשׁ *maculosum, maculatum, inquinatum:* אותיות מטושטשות characteres maculati, attriti et vetusti, qui maculosam literam exprimunt, ap. Ros. de characteribus typographicis: היו בגדיו מטושטשין si fuerint vestes ejus maculatae, sordidae, Pes. c. 5. in fine.

טָוֹת *jejunus, incaenatus,* Dan. 6, 19. Hunc usum etiam in lingua arabica habere, Aben Esra autor est. Sic Talm. ולא טוות et non jejunus, Ber. fol. 55b.

טַחֲב[21] *frigidum:* vel *humidum:* אל תשחה צונן ולא תשכב בטחב ne bibas frigidam, neque dormias in humido loco. Ar. explicat *frigidum.* Vide R. Sal. Lev. 16. in principio et Jalkut in principio hujus sectionis ex Torath kohanim, juxta Aruch.

טַחֲבוּת. In Regiis legitur et explicatur ab interprete latino, *humiditas:* בטחבות מטרח עיבא humiditate fatigat nubem, Jobi 37, 11. pro quo in Venetis בברירותא in serenitate.

טְחוֹל, טַחֲלָא[22] *lien, splen.* Pl. דאתנטלו טְחוֹלֵיהוֹן quibus ablati erant splenes, Esth. 8, 10. Ti. בולם נטולי טחול coctura splenis: חבשילא דטחלא

---

18) Syr. ~~ܛܘܦܢܐ~~ ar. طُوفَان.

19) Hebr. צור, cujus origo in secando (ar. طور) ut *acutam praeruptamque rupem* denotet.

20) Aff. est hebraeo טשׁ. Videatur ann. nost. in חנך. 21) Idem est atque טשׁ q. v. 22) Ar. طِحَال.

omnes erant privati splene, ut sc. tanto expeditius possent currere, Sanh. 21b et As. c. 3. V. infra in קרד in signif. 3.

טְיָהֲלָא *globus, congeries conglobata*, Guido ex Zohar.

טָחַן[23] *molere, commolere*. Partic. טָחֵן והוה et erat molens, Jud. 16, 21. Pl. וְטָחֲנִין בריחיא et commolebant molis, Num. 11, 8. Ap. Tos. ר׳ שמעון טוחן הרבה ומוציא קימעא R. Schimeon molit multum et producit parum, Git. 67a. Proverbiale in eos, qui multum laborant et parum usui sunt aliis. משחא טחינא oleum molitum i. e. cui costum molitum immixtum est boni odoris causa, Bech. 43a.

טְחִינָה *molitio, actus molendi.*

טוֹחֵן *molitor*. Pl. טוֹחֲנִין.

טַחְטַח. Hinc citat Ar., טחופות ולבנות *nigrae* et albae, quasi טחוף idem sit quod שחור. Nunc legitur in Gem., unde locum citat, שחופות, de quo vide in שחף. Extat autem locus in Cholin 136b.

טַחַר *contrahere, constringere, comprimere, occludere leviter*. Ar. hic citat, לא ליטחר ex Sab. 82a. Hodie illic legitur לטרח. Vide טרח.

טְחוֹרִים *posteriores corporis partes*, qui *constringi* solent et constrictas natura esse voluit, ne invita ea excrementa elabantur. Inde pro marbo pessimo istarum partium, *mariscae, haemorrhoides*, IS. 6, 17. Ps. 78, 66. Deut. 28, 27. in Tg. Jon. et Hier.

טַט. Hic tradunt lexica, טט idem est quod שתי גדפים *alae duae*. Tu sic a me cape: In Sanh. 4b. Men. 34b. legitur: טט בכחפי שתיים פח באפריקי שחיים tat in Kasphe significat *duo*[24]: Pat in Aphrica significat *duo*. Kasphe nomen proprium loci, (Drus. vult Aegyptum intelligi. De 3. sectis lib, 2.) ubi quando *duo* volunt significare, dicunt tat: in Aphrica autem Pat. Ex his duabus vocibus volunt quidam illic, compositam esse vocem טטפח, q. d. *duo, duo*, i. e. *bina, bina*. Nam Totaphot sive Tephillin quatuor habent cellas, quibus totidem loca scripturae in pergameno subtili scripta infarciunt. Vide R. Davidem in praef, libri radicum et R. Sal. Ex. 13, 16. Hinc fortasse פחכוטריכון binorum sacrificulorum vestrorum, Am. 5, 25. quod interpres latinus reddit, „et portastis bini tabernaculum sacerdotum vestrorum.“

טִיטְיָא, טִיטִין, טִיטוּרָא vide infra in טמר in טמר.

טַטַל. Hinc nomen טוּטָלָא[25] *racemus*. Pl. טוּטָלְוָתְהוֹן ופרט כרמיכון לא תלקוטון racemos et particularitatem vinearum vestrarum non recolligetis; nempe postquam semel vindemiaveritis, Lev. 19, 10. Deut. 24. 21. in Tg. Jon. et Hier.

מְטוּטְלַת *ferrum quod amussi perpendiculari annexum, quo rectificantur muri:* באילו מטוטלת תלויה בו ac si ferrum perpendiculi penderet in eo, Kil. c. 6. Item לא יצא גמל במטוטלת הקשור לו בזנבו non egredietur camelus cum ferro ligato ipsi in cauda ejus Sab. 54a. ubi editio Basileensis prave habet מטולטלת, inserto ל. Alii explicant, *frustum panni, linteum*, caudae cameli signi loco alligatum, ac si scil. idem esset quod מטלית.

טטלפוש *nomen proprium*, Chol. 110a.

טַטָּפָא, טוּטָפְתָּא *armilla: tiara, ornamentum manuum et capitis:* וטוטפתא דעל דרעיה et armillam quae erat in brachio ejus, IIS. 1, 10. hebr. אצערה. Pl. ולעילא מן כלילא טַטָּפָן et supra coronam erant tiarae, Esth. 8, 15. Cum aff. בּוּטָפָתֵךְ יהיון עלך tiarae tuae erunt super te, Ezech. 24, 17. טוטפתכון ברישיכון et tiarae vestrae erunt in capitibus vestris, Ez. 24, 23. hinc.

טוֹטָפוֹת heb. *monimenta frontis et manuum ex schedis scriptis, quae alligantur fronti et manui sinistrae, ut iis moneantur Judaei ad observationem legis*, unde in N. T. appellantur *phylacteria*. De Etymologia hujus vocis vide Drus. in lib. de tribus sectis lib. 2. et Nic. Fuller. in Miscel. lib. 5. cap. 7. Vide etiam supra in טט: In Talm. לא בטוטפת non cum Totaphoth, egredietur sc. mulier in Sabbatho, Sab. c. 6. in Misna ab initio. Gl. in Mischnajoth parvis: ציץ שקושרין על המצח מאזן לאזן Totaphoth est lamina quam alligant fronti ab una aure ad aliam. Iu Gem. מאי טוטפת quid est טוטפת? dixit R. Joseph חומרתא דקטפיתא alligamentum abscissionis, h. e. membrana sacra collo appensa, ad abscindendum periculum ab hoste, vel invido. In Men. 34b. in Tosephos scribitur: videtur טוטפת significare capitis partem juxta frontem, sicut dicitur in capite במה אשה (in loco nempe praecedenti:) טוטפת וסרביטין, ubi significatur *corona quae circumdat totam frontem:* vel etiam vocantur טטפת, propterea quod sunt in capite inter oculos ex significatione *respiciendi:* nam טוף significat *respicere, prospicere*.

טוטפראות *arces, palatia*, Bb. 57b. glossa קטנים מברניות. Sic in Midr. Ps. 48. כמה טטפראות עתידין להיות בירושלם quot palatia erunt Hierosolymis? Vide et in Jalkut Prophet. f. 88a et f. 106a. Est vox peregrina.[26]

טִיטִירְיָה *hospitium:* אנא אזילנא אטיטיריה דבר יוחי ego ibam ad domum sive hospitium R. Jochaj, Zohar col. 313. i. e. לחנות. Interpres citat etiam sic legi in c. 2. Bb. טיטירא ex significato חנות. Possit esse vel ex טירה, vel ex טאטרון.

---

[23]) Syr. ܛܚܢ ar. طحن. [24]) Convenit cum chald. תרתא extrita ר.

[25]) Hinc gr. τύτλα (Iliad. Lib. 6, 8.), observante Bocharto.

[26]) Haec vox in libro Ar. confuse tractatur. Ex multis mendis, quae ibi leguntur, hoc tantum intellexi, vocem ab auctore Ar. compositam haberi ex טט *duo*, d. q. paulo ante, et אַת, quod pers. *alam* innuit, ut domum *duabus aliis* denotet. Citatur vero ibi et alia lectio טטראפילות, quae ad gr. τετραπολις spectare videtur. Nec eorum caret, qui טטרפליות legant, quod gr. est τέτρα *quatuor* et πλευρά *latus* (praecipue latus *quadrati*) ut *palatium quadratum* denotet.

טיטוּרָא vide in טשא.

טַטַּרַ *percutere, occidere:* טטרוני מטטרני להו occidendo occiderunt eos, Erub. 61a.

טַטְרָגוֹן, טַטְרִיגוֹן, τετράγωνος, *tetragonum*, Nasir c. 1. in fine, Midr. Ps. 78.

טִיטַרְטוֹן *quartarium, quadrantal, nomen mensurae*, gr. τέταρτον TH. Sab. c. 8.

טיטראסולין[27] *quadriga, currus quadrijugis cum quatuor mulis, vehiculum mulare*, q. d. *tetramulis, sicut* dicitur τέτριπτον. In Sr. s. 43. in fine: s. 3. et s. 42.: quando venturus sum in montem Sinaj ad dandum ipsis legem meam, אני יורד בטטראסולין שלי descensurus sum in quadriga mulari mea et illi abripient unum (sc. mulum) ex illis et irritabunt me etc. Vide Rabbi Mosen bar Nachman in Legem sectio כי תשא ubi totum hoc Medrasch explicat.

טיטרפליות[28] *tecta quadrata.* טיטרפליות של כרמים אסור לטלטל תחתיהן tecta quadrata in vineis, prohibitum est spatiari sub eis, TH. Pea c. 4. Glossator explicat עלין חוץ לקורה et deducit a טַרָפָא *folium*. Sed forma notat originem graecam.

טיטרום *vas hortense, infra latum et multis foraminibus perforatum, supra angustum et unicum tantum foramen habens, quo irrigantur horti sive areae hortorum, irrigatorium hortense*, Kel. c. 2.

טטש unde דמטטשין, quod vide in טשה.

טִיב, טַיִּב. Quae hujus formae sunt vde in טוב.

טָיְין[29] *verecundus, humilis, mansuetus:* גרדנא ענין textor impudens, inverecundus, Gl. Ar. As. 26b. Vide supra in גרדנא.

טַיֵּט et in Aphel אַטְיֵט[30] *maculavit, commaculavit, maculis respersit.* Illud est quod Munst. scribit, *facere puncta, ne quid scribi valeat:* מטייט ליה בדיו aspergit illud maculis atramenti, maculavit atramento, idem sc. quod מְדַיֵּט, ut alii legunt.

טִיוּט, טִיוּטָא, אַטְיוּטָא *maculatio, commaculatio*, Bb. 163a. Veluti charta maculas atramenti aspersas habens: מחק הטיוט erasit maculas atramenti.

טִיט *caenum, lutum.* טיט היון lutum caeni, Ps. 40, 3. In Mikv. cap. 9. איזהו טיט היון וזה טיט בורות quodnam est lutum fovearum? טוט היון est lutum fovearum.

טַיָּל vide supra in טול.

טילא vel טיליא vide infra in טלה.

טִימִי *honor, reverentia: pretium, aestimatio, utilitas, lucrum.* Gr. est τιμή, quod graecis utramque significationem habet: ולמלכא ליח ליה טִימֵי מנהון regi nulla est utilitas ab eis, Esth. 3, 8. ליתיה טימי לותי id non est utilitati mihi, non prodest mihi' Esth. 5, 13. והוו בעין למחן ליה טימי et voluerunt ipsi dare pretium, Gen. 21, 33. TgH. טִימִין והוחא pretium aut lucrum, Esth. 7, 4. טִימָהָא pretium ejus, Pr. 31, 10. דטימין דידה cujus pretium est etc. Gen. 23, 15. in Jon. Ap. Ros. באוני אחח ובטימי אחח contractu emptionis uno et pretio eodem, Br. 2. מרגליחא בלא טימי margarita sine pretio, inaestimabilis.

טִין[31] טִינָא *caenum, lutum, inquinamentum:* בחסף טינא cum luto caeni, i. e. caenoso, Dan. 2, 41. ועבדין בטינא ובלבני in luto et lateribus, Ex. 1, 14. מוהי סין וטין et faciunt aquae ejus caenum et lutum Jes. 57, 20. כטין שוקין sicut lutum platearum, Zach. 10, 5. דעריך יח טינא qui disponit lutum, Jes. 41, 25. אלהן טינא וטבע ירמיה בטינא sed tantum lutum et immersus fuit Jeremias in luto, Jerem. 38, 6. ושעבידי בטינא et servito in luto, Nah. 3, 14. Ap. Ros. טינא בר טינא lutum filius luti i. e. lutum vetus parietis, ex luto novo productum, Joma 116. Vide etiam infra in טנן.

כולבא טינא *species reptilis nares piscum ingredientis*, Bb. 73b. In gl. scribitur אכלא טינא.

טיינין[32] *coloris certi species*, מין צבע *tincturae species*, ait glossa, TH. Sab. c. 2. in Gem. 4d. In Midr. Esth. 1, 6. videtur respondere hebr. חור. In MK. c. 1, 9. legitur pro eo אלטינון[33]. Vide locum.

טִינָתָא vide in טנן.

טַיָּעָא[34] *Arabs, mercator vel negotiator arabicus:* Jeb. 102a. Sab. 112a. Fem. ההיא טייעתא ראייתי חייתא ista Arabs femina, quae attulit sacculum, Git. 45b.

טַיְּעוּת *arabismus, mos arabicus*, Pes. c. 5. in fine.

טַיָּף vide supra in טוף.

טַיֵּר *augurari, conjectare, experiri.* Jon. eo utitur pro hebr. נחש, itidem et TgH. ארום מְטַיָּרְנָא יְטַיַּר nam experiendo experietur, explorando explorabit, experimento cognoscet, Gen. 44, 15. in Jon. Sic ibid. v. 5. Ex Aphel אַטְיָרִית קוסמין expertus sum conjectationibus sive divinationibus, Gen. 30, 27. TgH. et Jon. Volunt, proprie esse *augurium capere ex avibus, in qua re olim erant periti.* Inde et *avis* arabice dicitur طَيْر[35] teste Aruch. Et sic quoque syriace Ps. 148, 10. in versione syra legitur pro hebr. צפור. In Gem. legitur de quodam qui intellexit vocem avium et interpretari potuit, Git. 45a. Idem de rege Salomone scribit R. Sal. IR. 3, 15. „Et expergefactus est Salomon et ecce erat somnium;

---

[27]) Nomen compositum ex τέτρα et mulus.

[28]) Vide paulo ante in טוטפראות.

[29]) Conferri potest cum part. צָיִת verbi צוה q. v.

[30]) *Luto* (טיט) *obducere.*

[31]) Syr. ܛܝܡܢ ar. طمن.

[32]) Mussafia vocem corruptam putat pro ייקנטין, gr. ὑακίνθινος, *hyacintinus.* Rectius vero יינטין corrigas, ut sit gr. ἰάνθινον = ἴανθον, ἰανθες, *quod violae colorem refert, ianthinae vestes.* Litera י enim conjuncta cum נ (יג) facile a scriptoribus pro ט habita et ante ט omissa est. In Pesikta s. 33 pro do מאינ legitur.

[33]) Gr. ἀλικτίνα *purpureus.*

[34]) Arab. اَلطَّيِّئ *Tayensis* seu *Arabs a tribu Tai*, ac deinde *Arabs* generatim. Syr. per א, ܐܪܡܝܐ, scribitur.

[35]) طَيْر, طَيِّر a rad. طار *volavit.*

